R-3529

SALGADO DE SOMOZA, Francisco

Labyrinthus creditorum concurrentium ... : pars quarta et ultima / Francisci Salgado de Somoza ... — Lugduni : Sumptibus Laurentii Anisson, 1672

# D. FRANCISCI SALGADO DE SOMOZA,

IN REGALI CANCELLARIA VALLISOLETANA SENATORIS,

# LABYRINTHUS CREDITORUM

CONCURRENTIUM AD LITEM,
per debitorem communem, inter illos cauſatam.

## PARS QUARTA ET ULTIMA

*Opus poſthumum ex ipſo Authoris intricatiſſimo Authographo non ſine ingenti labore, & multâ induſtriâ erutum, lucique vindicatum.*

Huic acceſſit Tractatus DE LIBERTATE BENEFICIORUM, & Capellaniarum recuperanda, ab eodem Authore aliàs concinnatus.

Nunc ſecundùm in lucem prodit, cum Indicibus neceſſariis.



LUGDUNI,
Sumptibus LAURENTII ANISSON.

*M. DC. LXXII.*

CUM PRIVILEGIO REGIS.

# EXCELLENTISS. PRINCIPI

## ET ILLUSTRISSIMO DOMINO,

# D. GARCIÆ DE HARO

## ET SOTOMAYOR,

COMITI DE CASTRILLO, VICE-REGI
quondam Regni Neapolitani, nunc Caſtellæ Præſidi,
& à conſilio Status,

## *HOC OPUSCULUM*

Dicat & conſecrat P. Lector M. Fr. ALVARUS SALGADO,
Rector Collegii S. P. N. Auguſt. Agrippinenſis.

*Auſpiciis res cœpta bonis malè cedere neſcit.* Alciatus.

*PRÆCLARI ingenii, Præclariſſimi, & illuſtriſſimi Domini D. Franciſci Salgado de Somoza patrui mei incliti, & naturæ vinculo alligati Fratris chariſſimi Patris mei Domini D. Garciæ Salgado advocati Regii nuncupati defuncti, & functi officio Auditoris Generalis totius Regni Gallæciæ in regia patria noſtra Civitate Corunæ, veluti columnam regio utpote ( de nube lumen ) moderamini aptam, utilitati publicæ patrocinium, & Eccleſiaſticæ libertati ( ſi fas ſit dicere ) refrigerium non tam poſthumum, quam poſthumatum opus tibi Domine non dicam commendamus, donamus, dico* ( Illuſtriſſime & Excellentiſſime Princeps ) *non poſthumum, opus dixi, ſed opus poſthumatum, namque vivus author expreſſum, & impreſſum reliquit, ſine licentia pro tunc obtenta regia pro voluminis manuali, & controverſiali ſine litiſque pendentia tractatione; crevit illico tunc populare erga authorem ſtudium, decorata tum affectio, tum virtualis ambitio inter doctas tam Prælatorum illuſtrium, quàm decoratorum Magiſtratuum claſſes tanti Doctoris Magiſtri majeſtuoſam doctrinam appetendi, & repetendi, ut pro*

*regali nutu adipiſcendo ad univerſalem curſum, & concurſum, petendi, ut pro regium noſtrum authorem Doctorem, & Magiſtrum concitarint.*

*Obiit tandem; eſt ego hoc, inter cætera, opus opera contexui, & licet pervigili, ut excuderetur indigebat lucubratione, communem, privatàmque ſapientum utilitatem retardare non placuit, imò amicorum votis ad hæc propenſorum ſtudia reſpondere fas eſſe duxi: quamobrem iteratis undique charorum monitis circumventus tanti fructus ingenii omnibus nati, omnibus noti in lucem prodere conſtitui, iniquum etenim noſtra judicaret tempeſtas, indignúmque lamentaretur, in opera omnium plauſu, ac probatione dignatam temporis æribus, quàm immortali hominum memoriæ commendarentur, dum medico ipſemet parcens labori, oblivionis tenebris lumen obliterari paterer inextinguendum.*

*Obiit meus, inquam, Patruus, ſed minimè ejus deperiit fama nominis, attamen ingenitæ quærit nobilitatis ſpecimen, litterarum expoſcit patronum, æquitatis repetit aſylum, frugalitatis exoptat normam, incolumitatis denique ſibi vendicat propugnaculum, ſed ſi humanam Celſitudinem inveſtigemus prudentiæ, neminem (* Excellentiſſime Princeps *) potiori quam te jure tanti operis decet patrocinium, nam ſi te ad Magiſtratuum ſpeculam provectum, imperatoriæ clavum poteſtatis tenentem; Neapolitani dudum regni munia mirifico terrarum orbis plauſu obeuntem ſpectem, muneris erit tui, hujus uſum doctrinæ cunctis patere provinciis, quæ ſub tanti regimine Principis continentur; ſi integerrimi animi tui judicium conſulam, jura cuique ſua reddi (quis neget) exoptabis; ſi naturalem tuam gravitatem, morumque honeſtatem commemorem, tutiorem utique hæc ſcripta Mecænatem æternis ſtabilienda ſæculis, diuturnioribus decoranda inſignibus nec reperire valebunt, ſi inclitæ tuæ proſapiæ ſtemmata ſolo ſaloque notiſſimi celebrem, ſilentio potius, quam enarratione memorare auſim. Accedit inſuper (* Excellentiſſime Princeps *) charitas illa, qua authorem (nec immerito quidem) complectebare, quapropter hoc opus tot tibi nominibus obnoxium, mirificoque pectori debitum accipe, neque tamen minoris ſubſidii ſtabilitate muniretur, quam imaginis tuæ claro nobilitaretur obtutu, ut inoffenſo decurrat pede; & licet authoris lumina inexorabilis claudantur jaculo mortis, ejuſdem tamen opera te auſpice numquam intermoritura videbuntur, ut doctrinæ ſeries judicibus monita, Dynaſtis jura, legibus propinet effectum, cujus adhuc ſcholia, Divini dixerim ſpolia ingenii pietati ſacranda tuæ æmulandam poſteris teſtantur æquitatem, & quoniam regia protectio vigorem primitus ſortitur ſuum, quem alium (Integerrime Princeps) quam te ſuæ evocabit provectionis exactorem? Si Homero placuit dicere:* Magnis magna para, parvis diſpone minora, *opus magnum magno paratur Principi, nec indignum quiſquam reputabit oculis quod omnium integro ſedebit judicio: Modum verò dicendi faciam, non, quod tuarum affluentia laudum exhauriatur, nec obſequii mei iterandus, refugiat animus, nam ait Enodius?* Numquam pauper vena timetur ingenii, ubi eſt dives cauſa dicendi. *Sed ne modeſtiæ tuæ ſanctitatem inenarrabili*

*narrabili videar offendiſſe contextu. Vive & vince* ( Excellentiſſime Princeps ) *ut vita functis beata ſuperſtitem honorem, viventibus tuæ beneficentiam ingenuitatis, poſteris veſtigia tuis impertiare, téque tua cœlitibus, ut par eſt, adſcribant merita. Vale.*

Excellentiſſime Domine,

*Obſequio tuo deditiſſimus ſemper*
Fr. ALVARUS SALGADO.

In laudem Auctoris, & Collectoris

# P. M. FR. ALVARI SALGADO,

## PRIORIS RECTORISQUE COLLEGII Agrippinenſis S. P. N. Auguſtini: Frater Hieronymus de Añoa in eodem Collegio Lector Sacræ Theologiæ.

Geneſ. 41.

CLARESCIT jam è latebris erutum hoc clariſſimum opus ab Illuſtriſſimo D. D. Franciſco Salgado apprimè conditum. Deſiit univerſæ literaturæ Princeps: proh dolor! Gemit Hiſpania fatali oppreſſa calamitate. *Nunquid ſapientiorem (ſic Pharao Joſeph alloquutur) & conſimilem huic invenire potero?* Haud dubie fateor tantum virum non raptum è ſæculo; immortalis clamitat ipſe,

Ennius.

*Nemo me lacrymis decoret, nec funera fletu*
*Faxit; cur? Volito vivus in ora virum.*

Caſſiod. lib. 3. Epiſtolarum Epiſtola 1.

De hujus vivacis ingenii fœtibus nimis ingenuè ſtudioſi ſapientiæ exclamant cum Caſſiodoro: *Neſcit inde aliquid naſci mediocre, tot probati, quod geniti;* atque ego cum D. Proſpero perſonabo.

Proſper. lib. de ingratis.

*Flumina librorum mundi effluxere per orbem,*
*Quæ mites humileſque bibunt, campiſque animorum,*
*Certam vitales doctrinæ emittere rivos.*

Ambroſius Coranus in vita Sancti Auguſtini.

Demúmque dicam quod de Patre noſtro excelſo Auguſtino Coranus diſertè cantavit.

*Quamvis multorum placeant volumina libri,*
*Si Auguſtinus adeſt ſufficit ipſe tibi.*
*Si Salgadus adeſt ſufficit ipſe tibi.*

Huic ergo operi aureo pondus doctiſſimus Abbas dedit, accipit verò ſplendorem à Patre Magiſtro Frater Alvaro Salgado Priore ac Rectore meritiſſimo hujus Auguſtiniadum Collegii, aſſiduo evulgatus labore theſaurus hic patruus, utriuſque juris peritis cupiditati indulgendo. Ignoro quidem cui prius gratulari debeam, primone ſapientiſſimo opifici, an tibi cujus religioſæ activitatis expenſis, occultatum diſpoſuiſti volumen in lucem prodire: merito te operis venerabor Auctorem conſulendo Abulenſem. *In ſecundo die fecit Deus firmamentum: quomodo fecit (inquirit) ſi in prima die creavit Deus omnes cœlos in ſuis formis ſubſtantialibus ſive Empyreum, ſive alios ſimul: fecit Deus (reſpondet) firmamentum, id eſt diſpoſuit illos cœlos quantum ad aliquam qualitatem, accipitur ergo facere, id eſt diſponere.* Propera igitur: cum Martiali precabor.

Abulenſis in Geneſim, 1. c.

Martialis 21.

*Ede tuos tandem populo (Prior) hoſce libellos,*
*Et cultum docto pectore profer opus.*

Age, aliaque monumenta à tuo celeberrimo Senatorum prototypo culta, ſed abdita pande, compulſus ſaltem communis utilitatis uſura. Nec deſpero prælo cudendas tuas expoſitivas lucubrationes avidè à præconibus Evangelicæ veritatis ſpectatas. Quid mirum, ſi non impar Patruo mira eruditione & eloquentia, plauſu communi extolleris. Invitus, ſed inductus Favorini Philoſophi conſilio, deſiſtam: *Turpius eſt frigide & exiguè quemquam laudare, quàm inſectanter, & graviter vituperare*: vel mei Hieronymi verbis aſſentiendo: *ſuper quo melius tacere puto, quàm pauca ſcribere.* Vale.

Favorinus apud Athenæum. Hieron. ad Paulinum.

*V. Paternitatis,*

Affectus ſubditus
FR. HIERON. DE AÑOA.

SAPIEN-

SAPIENTISSIMO P. MAGISTRO

# FR. ALVARO SALGADO.

AUTHORIS FRATRIS FILIO, SACRARUM litterarum fulgentiſſimo ſideri, Cœnobii Agrippinenſis nunc Priori, ejuſque digniſſimo Rectori:

*HANC, LICET NON SENTENTIIS, neque floribus, ſplendidam orationem, voluntate tamen plenam, pro pignore benevolentiæ offert*, FR. ALVARUS OSSORIO DEL AGUILA, *in eodem Collegio S. Theologiæ Lector.*

PRO tuarum intelligentia uſuque virtutum (mi Rector) tibi ſummum ubique, pleno ore detuli cultum: & ſicut te litteris magnique ingenii opibus eſſe præditum me non latebat, in magnam animus raptus fuit admirationem. At cum dolore mortis oppreſſus tui Patrui, Ill. D. D. Franciſci Salgado Compluti Regii Abbatis, & ſupremi Senatus Caſtellæ Senatoris, obſtupui, & ſicut de cœlo lapſum te judicavi, ſiquidem in tam fluctuanti fortuna & acerrima pœna (in qua major pateſcit prudentia) non ſolum tuum viguit ingenium, ſed ſapientiam tuam majori fulgore in lucem protuliſti. Percommode pro te illud quod hyperbolice Claudianus pro Stilicone percantavit, apponam. Claud. ad Stilic.

*Totus adeſt oculis, aderat qui mentibus olim,*
*Spe major, fama melior.*

Hoc tuum nitidum in cathedris ingenium celebri præconio reſonuit; atque etiam te nimis vehementi ſpiritu plenum in concionando in utraque Caſtella fuiſſe, tot viros quot in odorem unguentorum tuorum concurrerunt in Gallecia, non fugit. Sed hodie quod hæres unus Ill. Salgado & illius univerſalis hæredis D. D. Joſephi Salgado univerſali fraterno reſcripto dominator factus; non tibi ex ærario, ſed quod alios delectet prompſiſti; neque in fortunas oculos defixiſti, ſed cætera tamquam vilia reputans, ſolum ſui ingenii monumenta percepiſti, tanquam lucrum ſententias ſuas amplectens: loquar de te ſingulari ſermone, ſicut de eo qui perſonam ſapientis agit; & inter præclariores ſapientes nominaris: Audi Eccleſiaſticum: *Sapientiam antiquorum exquiret ſapiens, Narrationem virorum nominatorum conſervabit*: Studium tuum gratiam Scriptoris tam præclari plurimum apud omnes valere ſolummodo fecit, ut niſi cum extremo ſpiritu omnium viventium, ſua non deleantur volumina. Eccleſ. 39.

Si opera operoſa Domini Salgado ſunt prima rerum ſpecies, vel perpetua ſubſtantia clavium Reipublicæ, ut idea ſingularis talis ſit qualis eſt illa; ſic tua fama fuit divulgata, ut pulcherrima ejus virtus, in tuis, ignoro an extiterit veſtigiis, vel an ab ejus idea, tua transferatur: nam in Prælaturæ curatione ita es verſatus, ut pluſquam homo mihi videaris, tanta prudentia, ſcopum adminiſtrationis attingens: Ita Tullius: *Regum eſt ita vivere, ut non modo homini, ſed nec cupiditati quidem ſerviant.* Non tuæ, ſed alterius dignitati favere viſus fuiſti. Non tuo tam naturali genio quàm rectæ gubernationis impetu adductus; præſidium omnium in te uno collocaſti. Nullam mihi intendo à te referendam eſſe gratiam; nam hujus rei cunctæ, teſtis ſum; neque ad tui benevolentiam colligendam artificium videatur, quia evaneſceret, & in nihilum redigeretur, cum à tua modeſtia ſit elatio tam aliena, quam à me longè abeſt adulatio. Marc. Tullius.

In tui nominis commemoratione, tam præclara facta Domini D. Franciſci Salgado immortalitati taliter commendabuntur, ut tua apud eum fama non conſeneſcat, ſiquidem ad Patrios lares quaſi ad litterarum mare (quod non ſilentio prætermiſerunt tribunalia) affluens ſcientiæ flumen in Ill. D. ſcriptis revertitur; Et quia ad te pertinent ut ad primogenitum, honores namque inge-

nio profeſſionis voto non ceſſiſti. Ampliſſimos ſui ſtudii labores ampliori gloria remunerari fac. Protinus perge ut te tanquam exemplar ad amplectendum ſtu-
Eccle. c.1. dium ponamus, de te ſic loquentes: *Ad locum unde exeunt flumina revertuntur ut iterum fluant.* Salgado qui erat naturæ terror & imitationi horror, Ill. Salgado ſcripta manu vel ſolum ſcripta, ideo ad locum unde exierunt revertuntur, ut iterum fluant.

Mandas pro nunc typis volumen ne tanti laboris obnubiletur faſtidium, ſed angore, laſſitudinéque fruatur. Magnum erga ipſum amorem tua in volumine oſtendit voluntas, ſed quid mirum? Cum taliter ardeat propinquitatis flagratio, quod
Jerem. 20. poteris dicere cum Jeremia: *factus eſt in corde meo quaſi ignis æſtuans.* Sed licet oratio tua cum ſuis non congruat ſtudiis, de ejus literarum manifeſtatione ſolus contractas; Probe affectus, nam à ſuis degenerares operibus, ſi alienis picturæ coloribus tam nitidam inſpectionem depingere velles: Opera tam magnifica non attingo, neque ad me pertinet opus; Cæterum ad tanti Magiſtri ſtuporem acies ingenii obtunditur (ſic me erudivit fama) obmuteſcat ergo cujúſque alterius lingua, & nominis ſui celebritas uſque ad extremas terras, te ſuperſtite, perveniat, quia ut Valerius in Ciceronis morte: *Invalidæ ad hoc monſtrum ſugillandum*
Valer. Maxim. lib.5. c.3. num. 4. *litteræ; quoniam alius Cicero non extat*, invalidæ pennæ laborant ſi alius Salgado non extat. Vale.

P. M. R.

Veſtræ Paternitatis obnoxius.
FR. ALVARUS OSSORIO DEL AGUILA.

EL

# EL REY.

POR quanto por parte de Vos el lizenziado D. Franciſco Salgado del nueſtro Conſejo y Abad de la Ciudad de Alcala la Real Nos fue echa, relacion abia des eſcripto un libro de que haçiades præſentaçion intitulado, *Tractatus de libertate Beneficiarum & Capellaniarum recuperanda*, y teniades diſpueſto imprimirlo en el Reyno de Francia por la major diſpoſiçion de letra y papel, y para poder lo hazer nos pidiſteis y ſuplicaſteis os mandaſemos dar liçençia para poderlo hazer imprimir y privilejo por diez años; O como la nueſtra merced fueſſelo qual Viſto por lo del nueſtro Conſejo por quanto en el dicho libro hiço la dilijençia que le prematica por nos ſobre ello fecha diſpone fue acordado que deviamos mandar dar eſta nueſtra Zedula para bos en la dicha razon y nos tubimoslos por bien: Por la qual os damos liçenzia y facultad para que por tiempo y eſpaçio de diez años primeros ſiguientes que corrian y ſe quenten deſde el dia de la feçha deſta Nueſtra Zedula en adelante podais hazer imprimir el dicho libro que de ſuſo ſe haçe menzion Fuera deſtos nueſtros Reinos por el Original que en el nueſtro Conſejo ſe bio que babricado y firmado al fin de luis Vazquez de Vargas nueſtro eſcrivano de Camara de los que en el nueſtro Conſejo reſiden con que antes que le benda lo traigais al nueſtro Conſejo Juntamente con el dicho Original para que ſe bea ſi la diçha impreſſion eſta conforme a el Guardando como os mandamos guardar en todo el tenor y forma de lo contenido en el Privilejio que para imprimir el dicho libro en eſtos nueſtros Reinos por nos os fue conçedido ſin exceder dello en Coſa alguna de la miſma forma y manera que ſi lo hubierades de imprimir e imprimierades en eſtos nueſtros Reinos que para en quanto à lo ſuſo dicho y por eſta vez nos diſpenſamos con lo Contenido en las leyes y prematicas de eſtos nueſtros Reynos que zerca de lo referido diſponen para que ſin enbargo dellas podais uſar deſta nueſtra Zedula por el dicho tiempo que dando en todo lo demas en ſu fuerça y bigor para en lo de adelante: Fecha en Buen Retiro, a tres dias del mes de Julio de Mill. y ſeiſcientos y dos Años.

YO EL REY.

*De ſu Majeſtad.*

Por mandado del Rey nueſtro Señor.

JUAN DE CABEÇA.

Liçençia

Içençia al licenciado D. Franciſco Salgado del Conſſ. d. V. M. para que pueda imprimir fuera deſtos Reinos un libro intitulado, *Tractatus de Libertate Beneficiorum & Capellaniarum recuperanda*, y Privilegio por diez años.

S. VARGAS. Corregda.

## Summa Privilegij Regis Chriſtianiſſimi.

CAutum eſt authoritate Regis, ne quis in Provinciis ſuæ ditioni ſubjectis intra quinque proximos annos librum qui ſic inſcribitur, D. FRANCISCI SALGADO, *Labyrinthus Creditorum ad litem concurrentium*, &c. abſque LAURENTII ANISSON Bibliopolæ Lugdunenſis permiſſu imprimat, aut divendat, à die publicationis horum exemplarium, qui ſecus fecerit, mulctâ indictâ, prout amplius in diplomate regio continetur, mulctabitur. Datum Pariſiis, die 22. Maii 1651.

*De mandato Regis.*

Signatum,

LE COQ.

*Deſiit Prælum die ſecunda Decembris, Anno* 1671.

INDEX

# INDEX

## *CAPITUM QUÆ IN HAC quarta Parte Labyrinthi Creditorum continentur.*

Numerus paginam indicat.


CAP. I. CREDITORES *concurſus an egeant ceſſione ad agendum, excipiendum & defendendum jura & bona, debitoris communis.* p. 1

*Et de diſcrimine inter ceſſionem bonorum, & ceſſionem juris & actionis.*

§. 1. *An creditores donatoris jus habeant ad deducendam portionem ex donatione ipſi competentem ne egeat; & an ea exceptione debitori eorum competente uti poſſint contra donatarium.* p. 7

§. 2. *An creditores poſſint intentare læſionem enormem, vel enormiſſimam contra emptores bonorum debitoris? & quid in pignore vendito à priore creditore vili pretio, utrum poſterior læſionem intentare poſſit.* p. 9

II. *Creditores bona majoratus in concurſum deducta ex facultate regia diſcutientes, an jus hypothecæ habeant ad bona poſtmodum illi aggregata, & per alium incorporata, aliudve quodlibet augmentum contingens?*

*Et an facultas regia impetrata ad hypothecandum bona majoratus, & hypotheca inde ſequuta extendantur ad bona jam eidem majoratui eo tempore aggregata.* p. 13

III. *De theſaurario regis recipiente ſolutionem abſque decreto Senatus, & interventu aliorum conſociorum habentium ſingulas claves ejuſdem arcæ regiæ, an fiſcus excludatur à concurſu debitoris ſic ſolventis tempore rumoris mutationis monetæ.*

*Et an fiſcus inſuper graduari debeat tam pro ſorte, quam pro intereſſe, etiam deficiente interpellatione,*

*Et an unus ex theſaurariis poſſit valide aſſeverare, ſolutionem factam fuiſſe cum interventu ſociorum in officio.* p. 26

IV. *Hypotheca ſuper uſufructu ad debitorem ſpectante impoſita an extinguatur proprietate rei per debitorem acquiſita.* p. 33

V. *Eſto quod hypotheca ſuper uſufructu acquiſita per debitorem proprietate duret, an morte debitoris finiatur, vel uſque ad ſolutionem perpetuetur,* p. 40

VI. *Penſionarius per acquiſitionem tituli beneficii Eccleſiaſtici penſione gravati, an vi conſolidationis penſionem amittat in perpetuum.*

*Vel an iterum beneficio à ſe dimiſſo, & alteri collato, poſſit in concurſu per novum poſſeſſorem peracto, pro eadem* penſione graduari. p. 43

VII. *Hypotheca ſuper penſione Eccleſiaſtica an extinguatur, acquiſito per penſionarium debitorem titulo beneficii.*

*Et an hypotheca ſuper penſione nulliter impoſita ex conſenſu non habentis jus ad beneficium convaleſcat poſtea acquiſito per iſtum legitimo titulo ejuſdem beneficii.* p. 50

VIII. *Hypotheca ſuper penſione Eccleſiaſtica impoſita per debitorem habentem facultatem Apoſtolicam, illam transferendi, an ſimul tranſeat in translatarium.* p. 53

IX. *In mercibus prohibitis quæ per contrabannum, vel aliter incidunt in commiſſum, an creditores quilibet delinquentis præferantur fiſco.* p. 59

X. *Hypotheca ex facultate Regia legitime impoſita ſuper bonis majoratus, an extinguatur perveniente majoratu ad ultimum familiæ conſanguineum, penes quem vinculum diſſolvitur, & bona libera remanent.* p. 76

XI. *Bonis majoratus abſque Regia facultate hypothecæ ſubjectis ab eo penes quem poſtea tanquam ultimum familiæ conſanguineum bona ipſa libera remanſerunt, an hypotheca convaleſcat.*

*Et quid ſi iſte poſſeſſor uni prius abſque facultate Regia, & poſtmodum alteri*


ex

*ex eadem facultate hypothecavit quis bonorum creditorum in concurſu præferendus ſuper bonis ad libertatem reductis.* p. 80

XII. *Concurſu creditorum introducto, an ſolutio facta debitori liberet ſolventem, ſive ſcientem, ſive ignorantem decoctionem,*

*Et an ſententia lata in favorem ejus qui concurſum ignorabat ſuſtineatur.*

*Et quid in emptore bonorum, concurſus pendentiam ignorante, an valeat emptio.* p. 84

XIII. *Creditor contrahens cum poſſeſſore majoratus ſub pacto impetrandæ facultatis, quam poſſeſſore jam decocto, & lite concurſus formata, impetravit an graduari debeat,* p. 90

XIV. *Utrum creditor poſſit gradum aſſequi in concurſu & agere ex priori contractu poſtea novato, quando novatio vel nulla fuit vel reſciſſa?* p. 96

XV. *Patre privato adminiſtratione bonorum adventitiorum filii, vel majoratus, propter ipſorum dilapidationem, an teneatur filius creditoribus patris viventis ſatisfacere ex fructibus?* p. 99

XVI. *Quid in concurſu operetur reſcriptum Principis circa mutationem prælationis inter creditores.*

*Et quid ſi impetretur ab uno ex correis in ſolidum obligatis, ad hoc ut non niſi pro ſua rata conveniatur.*

*Et quantum hæc reſcripta diſtent à moratoriis. Et an reſcriptum obtentum per unum creditorem perſonalem, cæteris ſimiliter perſonalibus aut tertiis poſſeſſoribus præjudicet?* p. 103

XVII. *& ult. Utrum pendente concurſus judicio, debitor liberetur ab intereſſe, lucri ceſſantis alioqui propter moram debito.* p. 107

LABY-

# LABYRINTHUS CREDITORUM CONCURRENTIUM AD LITEM, PER DEBITOREM Communem inter illos cauſatam.

## *PARS QUARTA.*

### CAPUT PRIMUM.

Creditores concurſus an egeant ceſſione ad agendum, excipiendum, & defendendum jura & bona debitoris communis.

Et de diſcrimine inter ceſſionem bonorum, & ceſſionem juris & actionis.

§. 1. An creditores donatoris jus habeant ad deducendam portionem ex donatione ipſi competentem ne egeat? & an ea exceptione debitori eorum competente uti poſſint contra donatarium?

§. 2. An creditores poſſint intentare læſionem enormiſſimam contra emptores bonorum debitoris? Et quid in pignore vendito à priore creditore vili pretio, utrum poſterior læſionem intentare poſſit?

### SUMMARIUM.

1 *Ceſſio bonorum, & Ceſſio juris, vel actionis, differunt: & de una ad aliam non fit illatio.*

2 *Ceſſio juris transfert in ceſſionatum jus competens cedenti, ubi de ſignificatione verbi,* cedere.

3 *Ceſſio bonorum non eſt translativa & abdicativa juris; ſed conſignativa, & deſtinativa: agitur de utriuſque differentia ibidem.*

4 *Pendente concurſu, debitor omnia jura retinet, dominium & poſſeſſionem, & movet actiones cum interventu creditorum.*

5 *Creditores ex ceſſione bonorum tractant dumtaxat de ſuorum creditorum juſtificatione. Expenditur ad id Doctor* Olea, *exponitur, & notatur.*

6 *Proponitur quæſtio principalis* hujus Capitis.

7 *Ex jure alterius fundato alium experiri non poſſe; ſecundum* Cancer. *Secus ſi quis agat jure proprio à jure Tertii dependente. Explicatur mirabiliter* infrà, n. 38.

8 *Secus etiam ſecundum eundem, excipiendo; poteſt enim creditor deducere jus ſuum, invito debitore.*

9 10. & 11. *Exemplificatur in diverſis exemptionibus, pluribus relatis.*

12 *Creditor poteſt repellere fidejuſſorem adverſus debitorem agentem, eo quod omiſerit exceptiones ſibi, & principali competentes.*

13 *Peracto judicio Concurſus ad bona mulieris; poſſunt creditores, qui eam proprio nomine obligatam habent, excipere de nullitate aliarum obligationum, quas cum marito contraxerat, ex eo quod ſit indotata, ratione læſionis ultra dimidium dotis; quamvis hanc nullitatem omiſerit.*

14 *Referuntur plures Doctores, docentes omnes exceptiones debitori competentes poſſe opponi à creditoribus.*

15 *Quoad jus agendi, an in creditores tranſeat;*

*adducitur Acoſta & meritò refellitur : & n.16. & 17.*

18 *Creditores in concurſu legitimè formato poſſunt abſque ceſſione movere omnes actiones debitori competentes contra quoslibet, ad effectum ut ea bona, & jura ad concurſum introducantur.*

19 *Hujuſmodi poteſtas non competit creditoribus omnino ex ceſſione bonorum imbibita in judicio concurſus.*

20 *Adducuntur plures effectus, in quibus ceſſio bonorum operatur in favorem creditorum, & num. 22.*

21 *Aſſignatur ratio diſcriminis inter depoſitum ex ceſſione bonorum, & alia quoad acquirendam actionem creditori ad exigendum depoſitum.*

23 *Traditur ratio ob quam creditores poſſint movere actiones, & opponere exceptiones tangentes debitorem & ejus bona. Intereſt plurimum creditorum, conſervari jura debitoris communis*, ibid.

*Singuli creditores, ad excluſionem aliorum, inter ſe ipſos admittuntur.* ibid.

24 *Creditores in hoc actionum & exceptionum uſu, nihil ſibi exigunt, ſed debitori, & corpori concurſus.*

25 *Creditores, juris cenſurâ, dicuntur procuratores debitoris de quibus tanquam intereſſe habentibus*, *confidit lex.*

26 *Creditor ratione ſui intereſſe poteſt ſtipulari debitori.*

27 *Creditores ad recuperationem bonorum debitoris, non egent mandato expreſſo debitoris, quia illud jam habent tacitum à jure.*

28 *Dominus cogitur recipere penſionem de manu creditoris, abſque mandato debitoris emphyteuticarii.*

29 *Actus ſolvendi Domino, eſt actionem intentare; non exceptionem.*

30 *Si hæres inſtitutus, & ſucceſſor ab inteſtato, tranſigant ſuper hæreditatis bonis, poſſunt creditores & legatarii agere contra tranſactionem, & dicere validum teſtamentum.*

31 *Hypothecata re communi, poteſt creditor provocare alterum dominum ad diviſionem, & debitor tenetur ſtare diviſioni factæ à ſuo creditore.*

*Sicut debitori datur facultas ad recuperandum pignus venditum per ſuum creditorem; ita creditoribus ex perſona ſui debitoris*, ibidem.

32 *Creditores poſſunt intentare actionem læſionis contra emptorem rei debitoris, vel venditorem rei emptæ à debitore ſuo.*

33 *Idem procedit in re data in ſolutum.*

34 *Creditores poſſunt agere virtute pacti de retrovendendo appoſiti in favorem debitoris.*

35 *Actio iſta ad retractum competens creditoribus ex pacto de retrovendendo, intelligitur in ſubſidium.*

36 *Creditores contra debitores debitoris ſui poſſunt movere actiones perſonales.*

37 *Creditor donatarii poteſt petere inſinuationem, pro validitate donationis.*

*Si debitor fuit negligens in petenda facultate Regia ſuper contractu bonorum Majoratus, vel in feudalibus, poteſt creditor impetrare facultatem etiam pendente concurſu*, ibid.

38 *Declaratur doctrina* Cancerii *relata* ſuprà numer. 7.

39 *Creditores ſive agendo, ſive excipiendo, poſſunt comparere ex perſona debitoris in judicio abſque ceſſione, ad conſervanda bona & jura debitoris.*

40 *Quandoque quis conſequitur ex perſona alterius, quod ex ſua conſequi non poterat.*

INTER ceſſionem bonorum ( maximè in noſtro Concurſu creditorum noviter invento & introducto in Hiſpania, ſub quo imbibita ineſt ceſſio bonorum, ut ſæpè diximus in *hoc Labyrintho*, & ſignanter *part. 1. cap. 1. per tot.*) & inter ceſſionem juris ſeu actionis privatim factam de una perſona in aliam, longum eſt diſcrimen, & differentia; nec una ceſſio ab alia regulatur, nec ex regulis unius, ad alterius regulas argumentari licet. 1

Nam ceſſio juris & actionis transfert in ceſſionarium & ad ejus utilitatem directè jus illud competens cedenti, qui nomine proprio & ſibi ipſi conſequitur jus cedentis, utili ſaltem actione ſibi per hanc ceſſionem à jure conceſſa; juxta *leg. 3. Cod. de novat.* In hunc etenim ſenſum, *cedere jus*, idem ſignificat quod *transferre*, & jus de una in alteram perſonam tranſmutare, *l. non ſolum 2. ff. de noxalib. action.* Olibanus *de actionib. part. 2. lib. 1. cap. 4. num. 2.* cedere namque & transferre, idem ſignificant, *l. quod ſi ſervus*, §. *idem Labeo ait, ff. de in rem verſo*; *l. penult. & final. Cod. mandati*: ubi promiſcuè his verbis Juriſconſultus utitur: *l. in depoſiti, ff. de re judic. l. item in fin. cum l. ſeqq. ff. de alienat. judic. l. cum fundo*, §. *divortio, ff. de jur. dot. l. 2. Cod. de litigioſ.* Donell. *lib. 15. Commentar. cap. 43.* Joan. Bapt. Thoro, *2. part. compendii deciſion. verb. liberatio pretii, circa principium*, Galerat. *de renunciat. lib. 1. cap. 4. num. 3.* Bertazol. *clauſ. 27. gloſſ. 4. ex num. 2.* ubi quod idem importat *Cedere*, quàm à ſe abdicere; ſeu ut alii dicunt, *Cedere*, dicitur, quaſi *diſcedere*, & alium ſui loco ponere, ut ex multis Doctoribus relatis tradit Gratianus *diſcept. forenſ. tom. 2. cap. 310. num. 2.* Poſthius *de manutent. obſervat. 55. num.* 8. Joan. Bapt. Thoro *in compen. deciſion. tom. 2. verb. creditores ceſſionarii, ante medium*: quibus convenit vulgata definitio, ut Ceſſio ſit quaſi traditio & juris & actionis ex aliquo titulo in alium facta tranſlatio: quam pulchrè exornat noviſſimè Olea *de ceſſion. jur. & act. titul. 1. quæſt. 2. ex n. 86. cum ſeqq.* pluribus Doctoribus exornans. 2

Ceſſio autem bonorum, imbibita in concurſu creditorum peracto per debitorem communem, nullum jus ad exigenda illa bona transfert in creditores, quia non eſt juris abdicativa & tranſlativa; ut de alia juris particulari ceſſione diximus; ſed eſt ceſſio quædam conſignativa & deſtinativa, ex qua creditores convocati ad concurſum, novam actionem utilem, vel directam, non conſequuntur ad exigenda aut petenda ea bona & jura per debitorem communem ceſſa; ſed dumtaxat iſta ceſſio conſiſtit in dimiſſione bonorum penes Curiam, ut ab ea deponantur & ſequeſtrentur penes fidum depoſitarium & ſequeſtrum, ut in tuto ſint, ne à debitore moleſtiis creditorum indignato diſſipentur impunè; nevè creditores, qui concurſu pendente impediti ſunt exigere ſua credita, defraudentur, ſed ſecuri ſint, concurſu finito, quod ex illis bonis ſequeſtratis & tandem ſubhaſtatis, quæ ſibi debentur conſequantur. Nec 3 4

tamen

tamen interim debitor amittit jus in bonis, nempe dominium nec poſſeſſionem, ſed omnia retinet, & movet actiones adverſus tertios poſſeſſores rerum ſuarum, & convenit debitores ſuos, ſicut antea, cum interventu creditorum formato concurſui aſſiſtentium. De his omnibus plurima ſcripſimus *in hoc Labyrintho*, variis in locis, *part.* 1. *cap.* 1. *num.* 28. 13. *& à num.* 11. *cum ſeqq. & eadem par.* 1. *c.* 14. *per tot. & cap.* 40. *à princ. & in d. c.* 14. *ex n.* 50. traditur communis & verior intellectus ad *leg. item ſi unus*, 17. *ff. de recept. arbitr.* ex quo aliqui fuerunt decepti, dicentes, poſt ceſſionem bonorum debitorem agere non poſſe in judicio: cùm hoc procedat quando cum effectu perficitur ceſſio, nempe quando ſunt ſubhaſtata bona, vel creditoribus in ſolutum data, ut ex aliis videbis *d. n.* 59. *cum ſeqq.*

5 Non enim creditores ex hac ceſſione prætendunt hæc bona ceſſa, nec inſtant pro illis conſequendis; ſed tractant dumtaxat de ſuorum creditorum juſtificatione, ut finito judicio concurſus, ſua credita ex bonis illis ſubhaſtatis ſeu pecunia inde redacta conſequantur, & ſibi ſatisfiat. Ex quibus, à fine & effectibus utriuſque ceſſionis, manifeſta eſt utriuſque ceſſionis differentia, & clarè dignoſcitur quod una ſit ceſſio juris & actionis tranſlativa, altera verò bonorum conſignativa tantum; & unaquæque proprios operatur effectus juxta cujuslibet naturam, finem & deſtinationem qua diriguntur: atque ideo rectè agnoſcit Olea *de ceſſ. jur. tit.* 1. *quæſt.* 1. *num.* 7. *&* 8. ceſſionem bonorum factam à debitore inter ſuos creditores, nihil commune habere cum ceſſione juris & actionis.

Quatenus autem ipſe Olea *ibid. d. num.* 7. *& ſeqq.* dicit, poſt ceſſionem bonorum debitorem non poſſe agere in judicio, & exceptionem ceſſionis bonorum impedire ingreſſum judicii, ex l. *item ſi unus* 17. *ff. de recept. arbitr.* & aliquibus Doctoribus allegatis; cautè legendus erit, juxta verum & communiter receptum *dict. leg. item ſi unus*, intellectum, ut tunc procedat, quando cum effectu bona debitoris ſubhaſtata fuerunt, vel creditoribus in ſolutum data non tamen antea: quoniam interim debitor retinet eorum dominium & poſſeſſionem & actiones, ut paulò antè notavimus, *n.* 4.

Quatenus autem ipſemet Olea allegat ad idem Acoſtam *de privileg. credit. in præfat. ad reg. n.* 96. *in fin.* ad hoc quod debitor cedendo bonis cedat actiones ſuis creditoribus: aliter ſe habet *Acoſta* dicendo quod in ceſſione bonorum facta à debitore includuntur omnes actiones & jura: quod verum eſt, quia ſub univerſali bonorum & patrimonii ceſſione, jura & actiones comprehendi, dubium non eſt: & ideo quando pervenitur ad ſubhaſtationem bonorum, cogendus eſt debitor cedere actiones ſuas activas pro ſatisfactione creditorum, ut ipſe *Acoſta* dicit.

Similiter ipſe Olea allegat Noguerol. *alleg.* 16. *num.* 101. qui tamen nullo modo dicit debitorem cedentem bonis non poſſe agere, Gratianus autem *tom.* 3. *diſcept.* 486. licèt ex *num.* 19. dicat ea quæ refert Olea ex *num.* 10. nihilominus ſtatim ex *num.* 24. ex variis juribus & Doctoribus agnoſcit contrarium, videlicet per hanc bonorum ceſſionem, debitorem retinere dominium, & actiones, & pœnitendo re integra ante bonorum venditionem, poſſe agere & ſe defendere. Tandem *Amatis* & *Paſchalis* citati ab *Olea*, expreſſè tenent contrarium, & reſpondent ad *dict. leg. item ſi unus*; ut procedat poſt diſtractionem bonorum, non antea; ſed interim poſſe debitorem agere & conveniri: Amatis ad hoc allegat *Bart. Brun. & Capell. Tholoſ.* Videantur, ſi lubet, ea quæ nos ipſi tradidimus *in hoc Labyrintho*, 1. *part. cap.* 14. *ex numer.* 46. *cum multis ſeqq.* ubi copioſè diſceptavimus, & ſic tandem reſolvimus.

6 Quibus ita præcognitis, videndum erit, an pendente judicio concurſus, creditores facultatem à jure habeant agendi, vel excipiendi, tam contra ſeipſos, quàm contra alios tertios detentores bonorum & jurium debitoris communis, non expectata ceſſione ſui debitoris communis? In qua difficultate variè loquutos fuiſſe quoſdam Doctores reperio. Nam Jacobus Cancerius *variar. reſol. lib.* 2. *cap.* 16. *num.* 131. *& à num.* 126. *in fin. & num.* 128. movet quæſtionem, & dicit, ex jure alterius fundato, alium experiri 7
non poſſe propter ſuum intereſſe: ex *l. ſi pupilli*, §. *videamus*, *ff. de negot. geſt.* quando verò jure proprio quis ageret, etſi à jure Tertii dependeret, admitteretur: per *l. ſi poſt mortem*, §. *fin. ff. de bonor. poſſ. contr. tab.* quæ doctrina mirabiliter declaratur inferiùs, *n.* 38.

8 Excipiendo tamen affirmat poſſe creditorem adverſus alium creditorem in cauſa graduationis bonorum debitoris, etiam ipſo invito, deducere omne jus quod debitor poſſet habere; veluti præſcriptionis, vel non numeratæ pecuniæ exceptionem, vel quamlibet aliam peremptoriam.

9 Acoſta autem *de privileg. credit. in præfat. ad reg.* 1. *n.* 94. *& ſeqq.* aſſerit creditorem poſſe in judicio deducere jus excipiendi, ſive omnes exceptiones & defenſiones proponere, quibus debitor ipſe impugnare poſſet creditum aliquod; ut in exceptione non numeratæ pecuniæ, ex *l. penult. Cod. de non num. pecun.*

Mantica *de tacit. convent. lib.* 11. *tit.* 23. *n.* 2. multis relatis. Gaitus *de credito*, *c.* 4. *à n.* 1756. Hermoſill. *ad leg.* 9. *tit.* 1. *part.* 5. *gl.* 5. *n.* 22. *&* 45. Franciſc. Merlin. *controv. cent.* 1. *controv.* 19. *cap.* 18. *n.* 4. idem affirmant in præſcriptionis exceptio- 10
ne, ultra Cancerium *loco proximè citato*: Acoſta- 11
metipſe *in d. præfat. ad reg.* 1. *n.* 69. *& reg.* 3. *ampliat.* 5. *n.* 63. *& ead. reg.* 3. *limit.* 3. *n.* 17. *&* 21. & exceptionem nullitatis adverſus contractum, quo aliquis ſe juvare prætendit contra debitorem, poteſt opponere creditor, idem Acoſta *in præfat. ad d. reg.* 3. *n.* 101.

Conſonat quod Gratianus *diſcept.* 580. *num.* 16. *tom.* 3. *& diſcept.* 730. *n.* 31. *tom.* 4. ubi ſi debitor legitimè hypothecæ ſubjecit officium ſuo creditori, ſi poſtea illud renunciaverit in manibus Principis, vel Papæ, non extinguitur hypotheca; cùm hæc renunciatio ſit merè voluntaria, & nulla cogente neceſſitate facta: per Gloſſ. in *l. bovem* 43. §. *aliquando*, *in verb. pignus*, *ff. de ædil. edict.* & Bartol. in *l. ubi autem* 4. *ff. de in diem adject.* & ex hoc poſſunt creditores ratione ſui juris quæſiti & intereſſe, dare de ſubreptione & nullitate adverſus hanc renuntiationem voluntariam; quia Princeps recipiendo ſeu admittendo talem renuntiationem, cenſetur nolle præjudicare juri creditorum quæſito in officio: ſequitur Merlinus *de pignorib. l.* 2. *qu.* 14. *ex n.* 22. Et de hac exceptione nullitatis, vide alios citatos *infr. nu.* 14.

12 poſſe ſimiliter creditorem repellere fidejuſſorem agentem contra debitorem, virtute ceſſionis, ex eo quod non oppoſuerit exceptiones ſibi & principali debitori competentes, tradit idem Acoſta *d. regula* 3. *ampliat.* 2. *n.* 90.

Acoſtam *in locis ſupra citatis* refert & ſequitur Olea in ſuo erudito & utili tractatu, *de ceſſ. jur. & act. tit.* 4. *quæſt.* 3. *num.* 25. qui *num.* 26. allegat Tondutum *part.* 1. *reſol. civil. cap.* 45. *à n.* 1. *uſque ad* 8. aſſerentem, quod ſi ad bona mulieris
13 judicium concurſus ſit peractum, poſſunt creditores qui eamdem proprio & privato nomine obligatam habebant, excipere de nullitate aliarum obligationum, quas ipſa ſimul cum ſuo marito contraxerat, ex eo quòd ultra ſuæ dotis medietatem læſa & indotata ſit, quamvis hanc nullitatem omiſerit mulier: Gratianus etiam *tom.* 4. *diſcept.* 691. *à numer.* 15. & 24. quod reſpe-
14 ctu exceptionis multi alii Doctores probant, omnes ſcilicet exceptiones debitori competentes poſſe à creditoribus opponi, ex *l. ſi cui, C. de non numer. pecun.* & poſt Cynum, Baldum, Angelum, Salycetum, Fulgoſium, Paulum de Caſtro, & Alciatum, obſervat Carleval *de Judiciis tom.* 2. *tit.* 3. *diſput.* 30. *n.* 11. Item Laderc. *conſ.* 8. *n.* 19. & ex Paulo de Caſtro, & Mandello de Alba Cyriacus *tom.* 2. *controverſ.* 252. *n.* 42. Alex. Ludoviſ. *deciſ.* 312. *n.* 10. Item etiam Rota *deciſ.* 80. *nu.* 4. poſt *tractat. de ſubhaſtat. Ludov. Poſthii.* Et quod creditores ratione ſui intereſſe poſſunt ex perſona ſui debitoris opponere de nullitate contractus adverſus alium creditorem, poſt plures DD. tenet Gratianus *diſcept. forenſ. tom.* 4. *cap.* 691. *n.* 15. & 16. Joan. Anton. Mangil. *in tract. de Evictiion. quæſt.* 126. *n.* 8. ubi ad idem alios allegant.

Et quod Fiſcus creditor, ratione ſui intereſſe, poſſit ſe opponere & deducere omnes exceptiones omiſſas per ſuum debitorem litigantem cum alio Tertio ſuper aliqua re, vel jure, ſicut poteſt quilibet alius privatus, probat Fontanella *tom.* 2. *deciſ.* 557. *n.* 21. & 22. ex *d. l. ſi cui,* & Paul. de Caſtr. *in l.* 1. *C. ne fiſc. vel privat.* & Peregrinus *de jur. fiſc. lib.* 4. *tit.* 6. *n.* 47. atque ita deciſum teſtatur in Senatu Catalaun. in quo, quantum attinet ad exceptiones opponendas per creditores abſque aliqua ceſſione facienda à debitore, omnes communiter conveniunt.

15 Sed quod attinet ad jus agendi, an in creditores tranſeat quando debitor formavit concurſum, quærit & dubitat Acoſta *regula* 3. *ampliat.* 25. *nu.* 96. *verſ. tum etiam*: ubi tam nihil quam ineptè reſolvit, dicens, debitoris perſonam in concurſu conſiderabilem non eſſe, cùm creditoribus propalare & relinquere teneatur omnia bona, ſub quibus jura & actiones includuntur, quas ſi cedere recuſet, officio judicis ad cedendum compellitur.

16 Certè neſcio quò iſte Author tendat, nec percipio quid dicere voluerit. Quis enim tam fatuus ſit, ut poſſit affirmare debitorem in concurſu creditorum non eſſe perſonam conſiderabilem, cùm ſit Pars in eo principalis & formalis contra quem omnes creditores comparentes dirigunt ſua jura & actiones; & adverſus quos ipſe ſuas exceptiones opponit, vel compenſationes, vel convenit alios tertios poſſeſſores, vel debitores; ut latiùs in hoc Labyrinth. 1. *part. cap.* 14. *per tot. & à princip. hujus cap.* 1.

17 Et inſuper quid ad rem, de qua agitur, attinet, quod ipſe Acoſta dixit, debere debitorem omnia ſua bona manifeſtare ſuis creditoribus, vel compellendum à judice; nonne in hac difficultate (An creditores poſſint actiones movere?) tractatur de bonis exiſtentibus penes debitorem; Imo verò agitur ſolummodò de actionibus competentibus debitori ad aliqua jura, vel bona exiſtentia apud alios tertios poſſeſſores, & an contra iſtos poſſint creditores ex perſona debitoris actionem movere.

Olea in *tract. de ceſſ. jur. & act. tit.* 4. *quæſt.* 3. 18
*n.* 30. & 31. meliùs reſolvit, creditores concurſu legitimè formato, poſſe abſque ceſſione movere actiones competentes debitori contra quoslibet, ex perſona ipſius debitoris. Quod cum judicio reſolvit ex juris Regulis, & attento univerſali omnium Tribunalium ſtylo, & vetuſtiſſimâ conſuetudine, ex qua creditores aſſiduè admittuntur ad agendum contra quoslibet tertios debitores, aut poſſeſſores bonorum debitoris, ut ad corpus concurſus ea bona & jura introducantur & incorporentur.

Quod non omninò attribuendum eſt ceſſioni bo- 19
norum imbibitæ in judicio creditorum; cùm hæc non deſtinetur ad effectum cedendi, & transferendi jura & actiones debitoris in creditores; ipſe enim ſolùm dimittit & abdicat à ſe adminiſtrationem ſuorum bonorum, non dominium: aut poſſeſſionem, nec actiones tam utiles quàm directas nec earum exercitium, ut à *principio hujus cap.* diximus, & latiſſimè videre eſt *ſuprà part.* 1. *cap.* 14. *per tot.*

Licet quoad plurimos alios effectus ceſſio bo- 20
norum efficaciter operetur in favorem creditorum: nam facta ceſſione, bona deponuntur ſub fida cuſtodia ad commodum ſeu utilitatem & ſecuritatem creditorum. Et quamvis regulariter ex depoſito tam judiciali, quàm extrajudiciali ad favorem creditoris facto per debitorem, ipſi creditori adquiratur actio utilis ad exigendum depoſitum contra depoſitarium, ut ex Gratiano *diſcept. forenſ. tom.* 1. *cap.* 8. *à num.* 17. & Donello *lib.* 16. *commentarior. cap.* 14. *à verſ. hoc jure*: & ex Neguzantio Merlinus *de pignorib.* 16. *l.* 4. *quæſt.* 84. *n.* 128. Olea *de ceſſ. bonor. tit.* 4. *quæſt.* 9. *n.* 13. & *tit.* 1. *quæſt. c. n.* 18. per *leg. acceptam, Cod. de uſur.* & præter hos, alios plures allegat Auguſt. Barboſ. *in remiſſ. ad eand. leg. acceptam, n.* 48. Id
tamen non ſtatim operatur hoc depoſitum ex ceſ- 21
ſione bonorum; ſed ſuſpenditur quoad hoc ejus affectus in finem litis, quouſque creditores graduentur, & bona ſubhaſtentur, vel in ſolutum creditoribus dentur.

Operatur etiam ad favorem creditorum hujuſ- 22
modi depoſitum & ſequeſtrum bonorum debitoris cedentis, prohibitionem alienationis eorum, quæ nulla redderetur ob defectum perſonæ, quæ prorſus caret adminiſtratione: ex latè adductis *part.* 1. *hujus tract. d. cap.* 14. *ex num.* 8. & *num.* 11. *cum ſeqq.*

Quapropter ex alio capite & cauſa, quærenda eſt ratio ex qua creditores poſſint movere ac- 23
tiones, & opponere exceptiones tangentes debitorem & ejus bona; quæ non alia eſt quàm intereſſe maximum & valde conſiderabile quod habent creditores in conſervatione & recuperatione bonorum & jurium debitoris communis, ut commodius habeant unde conſequi & exigere poſſint ſua credita, neque ex eorum defectu & inopia, creditorum jura periclitentur & inania reddantur: quapropter ſinguli admittuntur ad excluſionem aliorum inter ſeipſos: juxta

text.

text. in cap. 1. de conceſſ. præb. lib. 6. ibi: *quantòque inter pauciores cujuſvis Eccleſiæ dividuntur proventus, tantò majores fieri poſſunt ſingulorum percipientium portiones*: l. duobus filiis, in princ. in illis verbis: *ſi verò ex filiis alter non petat, tam fratri quàm nepotibus id prodeſt: nam tunc duo ſemiſſes fiunt, ex quibus alterum filius, alterum nepotes conſequentur ff. de bonor. poſſ. contr. tabul.* Alia jura ſingularia ad rem adduximus *part. 1. c. 3. n. 11.* quibus adſtipulatur doctrina Baldi *conſ. 327. vol. 1.* ubi agendo de intereſſe & damno ementis officium à principe, latè tradit, Principem hoc facere non poſſe augendo officiorum numerum, quia tunc minùs æſtimantur, cùm negotia & emolumenta diſtribuantur inter cætera officia aucta, & ſic emptor multo minùs percipiet reſpectu ſui officii, qui ob ſuum intereſſe & damnum poteſt impugnare hoc officiorum augmentum: ſequitur Paulus de Caſtro *in l. ſi eadem, n. 4. ff. de offic. Aſſeſſor.* Baldum ſequuntur Tell. Fernand. *in leg. 29. Tauri, n. 10.* Maurus *allegat. 59. part. 2. & ibi* Addit. ubi tradit ſic fuiſſe judicatum in *Regia Camera Neapolitana*, ubi nulla declarata fuit venditio officiorum, quæ fuerant noviter creata ob intereſſe & præjudicium antiquorum: quam deciſionem refert Thoro *in compend. part. 1. verſ. Princeps an poſſit numerum* Jacob. Gallus *conſ. 59. per tot.* Gratian. *diſcept. tom. 5. c. 891.* & ex Tello Fernand. idem obſervat Thom. Sanchez *in opuſc. mor. lib. 2. cap. 1. dub. 37. n. 3.* Regens Salernitanus *dec. 10. per tot.* ampliſſimè & doctè Noguerol. *alleg. 5. ex num. 25. & ſeqq.* qui *n. 33.* adducit ſimile de augmento novorum Canonicorum non admittendo, ob diminutionem emolumentorum & redituum antiquorum Canonicorum, cum decreſcant ex diſtributione inter plures: ad quod multos allegat Doctores, & facit optimè textus in *d. c. 1. de conceſſ. præb. lib. 6.* prædictis etiam adde Sot. *de juſt. & jur. lib. 3. quæſt. 6. art 9. col. 6. verſ. demus Rempublicam*: Craver. *conſ. 95. part. 1.* Roland. *conſ. 45. n. 6. l. 3.* Surd. *conſ. 532. n. 11. lib. 4.* Berojum *conſ. 224. n. 39. & 40. lib. 3.* Maſtrill. *de magiſtr. l. 1. c. 22. à n. 32. & 38.* Capiblanc. *de baron. tom. 2. cap. 20. à n. 8.* & princeps gabellam quam locavit non poteſt augere ob damnum & intereſſe conductoris, Menoch. *conſ. 1105. n. 16. volum. 12.* & Larream *alleg. fiſcali n. 2. per tot. & alleg. 30. & 31.* etiam *per totas.* De quo intereſſe creditorum in conſervatione & recuperatione ac defenſione bonorum debitoris, altiùs egimus & fundavimus *in hoc Labyrintho part. 1. cap. 40. ex num. 1. & per tot.* & ex *Rotæ* deciſione Mellinus *de pignor. lib. 4. quæſt. 176. num. 1. & 2.* Petrus Surd. *dec. 262. n. 6. verſ. Tertia ratio.*

24 Quæ ratio eodem modo militat in creditoribus agentibus, ſicuti in excipientibus; nam ſuo jure & intereſſe mediante, nulla egent debitoris ſpeciali ceſſione, cùm hæc ceſſio ſolùm requiratur quando creditores tractaſſent de ſibi aliquid recuperando & adquirendo; omnia enim jura deſiderantia ceſſionem in Tertio volente agere & exigere aliquid debitum alteri, loquuntur quando Tertius iſte vult ſibi ipſi, & non cedenti, exigere, & ad ſuum dumtaxat commodum & utilitatem: ſed noſtri creditores in hoc actionum & exceptionum uſu & exercitio nihil ſibi exigunt, ſed debitori, & corpori concurſus; licèt in conſequentiam, bonorum recuperatio reſultet in eorum commodum & utilitatem, nam
25 ipſi creditores ex perſona & jure debitoris agunt, de quibus tanquam intereſſe habentibus confidit lex, & juris cenſurâ dicuntur procuratores debitoris, quia quantum ad agendum pro debitore communi ſufficit creditoribus ſimplex quodlibet mandatum, quod tacitum habent à jure; text. *in l. ſi pignori 30. in fin. ff. famil. erciſc.* ibi: quod creditor egit, pro eo habendum eſt ac ſi debitor per procuratorem egiſſet, *l. creditor 42. ff. de pignor. act.* & textus etiam expreſſus *in l. ſi cum venderet, dicto tit.* ubi ex pacto redimendi poſito per creditorem vendentem pignus in favorem debitoris, huic ex illis actio adquiritur, quia creditor à jure conſideratur tanquam procurator debitoris, circa ea quæ tangunt rem ipſius debitoris, *l. ſi creditor, in princ. ff. de diſtract. pign.* prout notant Jaſ. *in l. ſi creditori 9. n. 2.* per text. *ibid. ff. de nov. oper. nunt.* Bartol. *in l. ſi pignori 30. n. 8. ff. famil. erciſc.* Bald. *in l. unic. n. 7. C. ſi ſervus extero ſe emi mand. & in l. 1. n. 2. C. creditorem evict. pign. non deb.* Neguſantius *de pignorib. 6. par. membr. 1. num. 13.* Mudeus, *de pignorib. tit. de pactis pign. & hypoth. num. 10. & 13.* & ex innumeris aliis probavimus *in hoc Labyrinth. 1. part. cap. 26. n. 46.* ubi quamplurimas authoritates congeſſimus, quibus adde Pinellum *in l. 2. Cod. de bonis matern. part. 2. cap. 2. num. 2.* Cardeval. *de judic. tom. 2. diſp. 21. n. 4. 5. & ſeqq.* & eſt text. *in l. creditori, cui pignoris nomine pignus tenetur, permittendum eſt de jure, id eſt de ſervitute opus novum nunciare, nam ei vendicatio ſervitutis datur 9. ff. de oper. nov. nunciat.* per quam text. & Paul. de Caſtro, & Jaſ. *ibid.* nec non Neguſant. *de pignor. part. 6. membr. 1. n. 11. 12. & 13.* & Merlin. *de pign. l. 4. q. 95.* dicunt, quod creditor in pignore dicitur procurator debitoris: facit lex *quid de creditore, ff. de damn. inf. ct.* Olea *de ceſſ. jur & act. tit. 4. q. 9. ex n. 6. cum ſeqq & n. 21.* quò loci latè agit de intellectu & concordia *leg. ſi cum venderet, de pign. act.* cum *d. leg. ſi creditor. ff diſtr. pign.* Hinc fit quod 26
creditor ratione ſui intereſſe poteſt ſtipulari debitori, & valet ſtipulatio, quia ſua intereſt acquiri debitori: optimè Cardinalis Mantic. *de contract. tom. 2. lib. 14. titul. 28. num. 4. 5. & 6. fol. mihi 171.*

Quapropter in his quæ tangunt conſervatio- 27
nem bonorum debitoris, creditores ex perſona illius, & perſonam ejus repræſentantes poſſunt agere tanquam procuratores ratione proprii intereſſe, licèt tales non ſint conſtituti ex mandato debitoris expreſſo, nam illud habent à jure tacitum, quod idem operatur atque expreſſum, & ex quo creditores poſſe movere & exercere actiones & exceptiones competentes debitori, probat ex Salycero, Caſtrenſ. Abbat. Surdo & Rotæ deciſionib. Merlin. *de pignorib. lib. 2. tit. 1. quæſt. 29. num. 5. & 6.* & latiùs poſt quamplurimos Doctores in *quæſt. 30.* præcipuè *ex num. 22. cum ſeqq.* prout videmus in creditore emphyteutæ, qui vel ipſe, vel ejus procurator cum ſpeciali mandato tenetur ſolvere Domino penſionem, ita ut aliter Dominus non cogatur eam recipere ab extraneo, cùm penſio præcipuè dirigatur ad recognitionem dominii: & tamen Dominus ipſe cogitur penſio- 28
nem recipere de manu creditoris abſque mandato expreſſo debitoris emphyteutæ, quia cùm habeat creditor intereſſe circa conſervationem emphyteuſis, & ne per commiſſum amittatur, admitti debet tanquam procurator abſque alio mandato, etiam invito Domino, qui ſi recipere recuſet, per depoſitum penſionis liberat creditor debitorem à commiſſo, juxta *leg. lex vectigali, 31. ff. de pignorib.* ibi, *cum in ſolutione vectigalis tam debitor quàm creditor ceſſaſſent*, innumerabiles

penè Doctores cumulavit Giurba in *deciſ. 91. per tot.* Anton. de Amat. *var. reſol. l.1.c.37. à n.1. uſque ad n.6.* Merlin. *de pignor. lib.4. quæſt.76. à n. 8.* Olea *de ceſſ. jur. & act. tit.4. quæſt. 3. n. 22.* & ex *n. 17. cum ſeqq.* latiſſimè etiam Joan. de Amicis *in tract. de jur. emphyt. qu. 98. per tot.* & ſignanter *nu. 10. & 11.* Pyrr. Maur. Aretin. *de ſolut. cap. 33. ex n. 5. cum ſeqq. & per tot.* Petr. Surd. *dec. 286. n. 11. & 12.* Merlin. *de pignor. l. 2. quæſt. 11. n. 64.* ubi plures allegat.

Et iſte actus ſolvendi Domino, eſt actionem intentare, non exceptionem quia ſolvens, actor dicitur, non reus, in ſolvendo & deponendo de-
29 bitum: ita per plures alios Doctores probavimus *in hoc Labyrintho, par. 1. cap. 2. ex n. 27. per duas columnas, & eadem part. 1. cap. 7. ex n. 87. cum ſeqq.* ubi etiam agitur de redemptione cenſus, ut redimens tanquam agens teneatur ſequi forum creditoris, adde Oleam *de ceſſ. jur. tit. 3. quæſt. 12. n. 16.* & veriorem dicit Aug. Barboſ. *in remiſſ. ad leg. acceptam, num. 29. Cod. de uſur. tom. 2. fol. 157.* Ergo falsò deſideratur ceſſio actionis facienda creditoribus, qui ratione proprii intereſſe agunt ex perſona debitoris & tanquam ejus procuratores; quia lex in agente pro alio ſolùm deſiderat mandatum ſimplex, expreſſum vel tacitum; nunquam tamen appetit ceſſionem, quoniam procurator iſte non ſibi exigit, ſed omnino Domino tantum.

30 Quò pertinet, quod ſi inter hæredem inſtitutum & ſucceſſorem ab inteſtato ſuperveniat controverſia ſuper nullitate teſtamenti & tranſigant ſuper bonis hæreditatis, poſſunt creditores hæreditarii & legatarii agere contra tranſactionem & probare validitatem teſtamenti; tenent Bald. in *l. controverſiæ 14. ff. de tranſact. ſub num. 2. verſ. attende: & n. 10.* Jaſon. *ſub num. 2. verſ. dicit tamen notabiliter:* & *ibidem* Jacobin. *in prima lect. ſub num. 2. & in 2. lect. ſub num. 5.* Trigonius *ſingular. 94. prope fin.* Petr. Surd. *conſ. 92. num. 30.* Franciſc. Nig. Cyriacus *controverſ. tom. 1. cap. 17. num. 19.*

31 Cujus eſt farinæ, quod hypothecata re communi, poteſt creditor agere & provocare alterum Dominum communem ad diviſionem ratione ſui intereſſe, & debitor tenetur ſtare pro diviſione facta à ſuo creditore, *l. ſi debito 7. ff. communi divid.* ubi Bartolus & communiter alii notant, Neguſant. *de pignorib. par. 2. membr. 3. num. 39. 40. & 41. cum ſeqq.* Merlin. *de pignor. lib. 2. q. 37. ex num. 15. cum ſeqq.*

Hinc etiam eſt quod in his caſibus, in quibus debitori datur actio & facultas agendi ex jure offerendi & recuperandi pignus venditum per ſuum creditorem; quos refert Merlin. *de pignorib. l. 4. quæſt. 45. ex n. 47.* in eiſdem inquam caſibus poſſunt alii creditores hanc actionem movere ex perſona ſui debitoris: ut ex *Neguſantio* firmat Merlinus *d. quæſt. 45. n. 53. & 54.*

32 Quò etiam pertinet, quod creditores poſſunt intentare actionem læſionis enormis, vel enormiſſimæ contra emptorem rei debitoris, vel rei emptæ à debitore ſuo. Maynard. *deciſ. Tholoſana 70. l. 3.* Vincent. de Franchis *deciſ. 224. n. 4.* Hermoſill. *ad leg. 56. gloſ. 4. num. 70. tit. 5. part. 5. tom. 2. fol. 286.* quem retulimus in *hoc Labyrinth. 3. par. cap. 10. ex num. 6.* Marius Cutell. *de donationib. tract. 1. diſc. 2. part. 6. à n. 184.* ubi plures refert: Olea *de ceſſ. jur. tit. 4. quæſt. 3. n. 2.* Cyriacus *controverſ. tom. 1. cap. 53. n. 3.* de quibus latiùs erit agendum *infra hoc cap. §. 2.*

Idem procedit, quando res debitoris alicui 33
creditori data fuit in ſolutum, ut pro læſione enormi, vel enormiſſima interveniente poſſint cæteri creditores reclamare, & de læſione agere: plures retulimus in *hoc Labyrint. part. 1. cap. 11. ex numer. 11.*

Eodem modo creditores poſſunt agere virtute 34
pacti de retrovendendo appoſiti in favorem debitoris, ut poſt Rodriguez & Maſtrill. probat Mar. Cutell. *d. tract. 1. diſcurſ. 2. part. 6. n. 284.* Merlin. *de pignorib. lib. 2. quæſt. 30. num. 28.* ex Caſtrenſ. *conſ. 1. n. 3. lib. 2.* Aretino *conſ. 28. n. 23.* Tiraquell. *de retract. par. 1. §. 26. gloſ. 1. n. 12. & 13.* & *Rota* deciſione: & iterum latius ipſe Merlinus *eod. l. 2. quæſt. 31. per tot.* dicens *num. 2.* quia hæc actio perſonalis competens debitori, eſt pretio æſtimabilis, & ad hæredem tranſit, ideo eodem modo tranſire debet cum hypotheca ad creditores, ut ex Rotæ deciſ. & Tiraquello *de retract. §. 20. gloſ. 1. num. 20.* Caſtrenſ. *conſ. 1. in fin. l. 2.* Buratt. *deciſ. 937. n. 5.* Olea *de ceſſ. jur. & act. tit. 4. quæſt. 3. n. 2.* quidquid reclamet Meſſa. *lib. 1. variar. reſol. cap. 49. n. 27.* & iſtam actionem ad retractum ex pacto de retrovendendo, dicit Additio ad Buratt. *deciſ. 793. num. 12. & deciſ. 937. num. 24.* creditori- 35
bus competere in ſubſidium: ſequitur Merlinus *d. quæſt. 31. in fin.*

Hinc etiam eſt, quod creditores actionem etiam 36
perſonalem movere poſſunt contra debitores debitoris & ex perſona ſui debitoris ſemper habent exercitium actionum etiam perſonalium: ad latè comprobata per Merlin. *de pignorib. lib. 2. quæſt. 30. ex n. 35. & ſeqq.*

Similiter etiam creditor donatarii, cui facta fuit 37
donatio indigens inſinuatione poſt acceptationem, poteſt ratione ſui intereſſe, ne admittatur donatio, petere inſinuationem: ut poſt alios plures tenet Olea *de ceſſ. jur. & act. tit. 4. qu. 3. n. 16. & à n. 12.* & poſt Bartol. Monteſerell. Rebuff. Monter. Alexand. & alios firmat Giurba *obſervat. 37. num. 7. & 8.* quoniam annullata, vel reſciſſa donatione ob defectum inſinuationis, reſolvitur hypotheca medio tempore contracta, vel aliter adquiſita creditoribus ex obligatione generali antecedente, ut ex Alberico, Ripa, Pinello, Tiraquello, & Pacifico tenet Merlinus *de pignorib. lib. 5. qu. 19. per tot. fol. 587.*

Idem quoque eſt, ſi debitor ſit negligens in conſequendo aſſenſu, aut Regia facultate, quando ſub pacto de ea impetranda contraxit ſuper bonis majoratus, vel feudalibus, poterunt creditores ratione ſui intereſſe facultatem impetrare, etiam pendente concurſus judicio, ne jura debitoris amittantur, ex *Iſernia* tenet Camill. de Curte *in diverſor. jur. feudal. cap. 5. ex n. 131. par. 2.* ubi firmat ita judicatum, adducens fundamentum: ipſumque Camillum refert & ſequitur Camill. de Laratha *in Theatro feudal. 8. par. dilucidat. 76. n. 4. tom. 1. fol. 265.*

Ex juribus & doctrinis hactenus adductis pro 38
noſtra vera reſolutione, venit declaranda aſſertio Jac. Cancerii *var. reſolut. lib. 2. c. 26. ex n. 126. cum ſeqq.* dicentis, neminem ob intereſſe proprium poſſe experiri & agere, ex jure alterius fundatum, per *leg. ſi pupillus, §. videamus, ff. de negot. geſt.* quando verò jure proprio quis ageret, quamvis penderet à jure Tertii, admittitur, per *leg. ſi poſt mortem, §. fin. ff. de bonor. poſſeſſ. contr. tab.* cujus Authoris mentionem fecimus ſuperius, *num. 7.* quæ doctrina vera eſt, generaliter ſumpta, quia ex ſolo ſuo intereſſe movere actionem Tertii non

non poteſt; deficiente ceſſione ſive mandato domini expreſſo vel tacito; at creditores ratione ſui intereſſe agunt non ex propria perſona; ſed ex perſona debitoris ſui, à quo tacitum mandatum habere dicuntur juris cenſurâ & diſpoſitione; quo caſu ceſſat omnino doctrina Cancerii ex hactenus comprobatis.

Ex quibus omnibus ſatis probatum videtur, cre-
39 ditores poſſe comparere in judicio, ſive excipiendo, ſive agendo, ex perſona ſui debitoris, ratione ſui intereſſe in conſervando & recuperando bona & jura debitoris; quia eadem ratio intereſſe proprii quod conſideratur in excipiendo, omnino militat in agendo abſque ceſſione, cum in his à jure habeant mandatum & agant nomine debitoris ad ſuum commodum & utilitatem; quod non eſt novum in jure, quod quis conſequatur
40 ex perſona alterius quod ex ſua conſequi non poterat, juxta text. *in l. Ariſt. 3. ff. quæ res pignori oblig. non poſſ.* ibi, quod admittendum exiſtimo: ſæpe enim quod quis ex ſua perſona non habet, hoc per extraneum habere poteſt; ubi Gloſſa *verb. poteſt*, plura jura adducit concordantia, *l. ſi poſt mortem, & §. hi qui propter alios*, ibi, *cùm enim ſemel beneficio aliorum ad id beneficium fuerint admiſſi, jam non curant petant illi, nec ita bonorum poſſeſſionem, ff. de bonor. poſſ. cont. tab.* notat Bartol. in *d. l. ſi poſt mortem, §. hi* & Jaſ. *in l. filio emancipato ff. de lib. & poſthu. & in l. ſi emancipati, n. 5. Cod. de collat.* ubi latè adducit multa exempla, & in *l. poſthumo 2. n. 8. 9. & 10. & ibid.* Alexand. *n. 45. & 46. Cod. de bonor. poſſ. cont. tab.* Franchis *deciſ. 106. n. 5. & dec. 269. ex n. 2. & dec. 667. n. 4.* Ricc. *in praxi rer. quotidian. par. 4. reſol. 162. n. 1.* Monter. *dec. 14. n. 84.* Carleval. *de judic. tom. 2. diſput. 30. ſub n. 13. tit. 3.*

---

## CAPITIS I.

### §. *Primus.*

### Creditores donatoris an jus habeant ad portionem deducendam ex donatione, *ne donator egeat*? Et an ea exceptione debitori competente uti poſſint contra donatarium?

## SUMMARIUM.

1 *Proponitur quæſtio diſputanda.*
2 *Qui tueantur partem negativam.*
3 *Privilegium competens donatori, marito, ſocio, ne ultra quam facere poſſint conveniantur, non prodeſt fidejuſſoribus, nec hæredibus.*
4 *Donans noviter promittens Creditori donatarii delegantis, non utitur hoc privilegio.*
5 *Hoc Privilegium eſt merè perſonale, & n. 11.*
6 *Quod non eſt tranſmiſſibile, Ceſſibile non eſt.*
7 *E converſo, quod eſt tranſmiſſibile, admittit Ceſſionem.*
8 *Proponitur verior opinio, ſcilicet Creditores donantis habere jus ad portionem deducendum ex donatione,* ne donator egeat.
9 *Creditores ſatisfaciendi ſunt ex actione quam habet donator ad deducendam portionem ſuæ ſuſtentationis.*
10 *Hanc partem affirmativam qui teneant.*
11 *Privilegium hoc extinguitur cum perſona donatoris, nec ad ejus hæredes tranſit.*
13 *Sicuti nec ad fidejuſſores, cum poſtea poſſint recuperare, quod ſolvunt, à donatore.*
14 *Hanc exceptionem*, ne egeat, *opponunt Creditores ex perſona donatoris, & tanquam procuratores.*
15 *Defendere, eſt eandem vicem, quam reus ſubire.*
16 *Fidejuſſor ex propria obligatione convenitur; Defenſor ex illa qua tenetur reus.*
17 *Creditores non agunt jure ceſſo, ſed tanquam procuratores donantis.*
18 *Omnium Creditorum æqualiter intereſt defendere bona debitoris: imo multo magis eorum, qui perſonalem tantum actionem habent.*
19 *Inter Creditores Hypothecarios ex cauſa lucrativa & oneroſa, an ſervetur regula,* Qui prior eſt tempore, &c.

EX reſolutione & materia *hujus Capitis 1.* reſul- 1
tat difficultas præſens, ſpecificum requirens examen ob Doctorum controverſiam, An creditores donatoris poſſint prætendere jus ſuper illa portione, quæ deduci debet ex donatione facta applicanda debitori donanti, ſcilicet *ne egeat*, quia ipſi competit à jure beneficium, ut non teneatur ultra quam facere poſſit, ex juribus mox citandis? Et nunquid creditores hac exceptione uti poſſint contra donatarium ex perſona ſui debitoris ejuſdemque donatoris.

In qua quæſtione partem negativam acerrimè 2
defendit Gaitus *de credito, in appendice, par. 2. reſol. 2. per tot.* & iterum *3. par. reſol. 1. per tot.* Franciſc. Merlin. *controverſiar. centur. 2. c. 19.* quos, licet obiter referens, ſequi videtur Olea in pulchro tractatu *de ceſſ. jur. & act. tit. 4. qu. 3. n. 28.*

Hi Doctores eo unico & forti moventur fun- 3
damento, quod hoc privilegium ne quis conveniatur ultra quam facere poſſit, donatario, ſocio, marito, & ſimilibus à jure conceſſum, adeo ſit merè perſonale, ut nec ad eorum fidejuſſores, nec hæredes tranſire poſſit, jura ſunt expreſſa in *leg. 24. ff. de re judic.* cujus hæc verba: *Et ſi fidejuſſor acceptus ſit rei, vel actionis, non proderit ei, ſi perſona, quæ fidejuſſit in quantum facere poteſt, condemnanda eſt.* & in *§. ſeq. ejuſd. leg.* ita continuatur: *ſi maritus non fuerit ſolvendo, licet ipſi marito proſit quod facere non poſſit, id enim mariti perſona præſtatur, hæredi ejus hoc non prodeſt.* Idem probat text. *in l ſciendum 25. eod. tit.* ſciendum eſt (inquit textus) hæredes earum perſonarum non in id quod facere poſſunt, ſed in integrum teneri, *l. verum, §. 1. pro ſocio: l. in omnibus, ff. de reg. jur.* ponderat Gait. ad idem, *legem, Neſennius, de re judicata, & l. qui id quod 34.*
*§. fin. ff. de donat.* quod ſcilicet hoc privilegium non 4
tranſit in ceſſionarium donantis, quæ tamen jura id non probant, nec loquuntur de ceſſione, nec de ceſſionario donantis, ſed de donatore delegato, qui adverſus eum cui à donatario fuit ſimpliciter delegatus, non poteſt opponere hanc exceptionem, *ne conveniatur ultra quam facere poſſit*, cùm ipſe donans noviter per ſtipulationem promiſerit creditori donatarii delegantis, ex quo primus donans nihil ſecundo, cui fuit facta delegatio, donavit, ut fatetur Gaitus *in append. part. 2. d. reſol. 2. num. 48. & 49.* ſic mutata cauſa & perſona; contra quam donans non utitur ſuo privilegio & beneficio; qui termini ſunt valde diverſi.

Ex quorum jurium determinatione infert Gai- 5
tus, & ſequaces locis proximè citatis *n. 2.* hæc jura eſſe expreſſa ad excluſionem creditorum dona-

donatoris, ne poſſint ex perſona ejus hanc exceptionem limitativam & modificativam donationis opponere contra donatarium petentem ſuam donationem, cùm ſit privilegium merè perſonale, quod ad eos tranſire non poteſt, ſicuti nec ad fidejuſſores, nec ad hæredes tranſit donantis.

6 Quoniam quod non eſt tranſmiſſibile ad hæredes nec eſt ceſſibile, nec in alium tranſmiſſibile. *l. ex pluribus*, *ff. de adminiſtr. tutor.* Crotus *in l.* 1. *ff. ſolut. matrim.* plures per Tiraquel. *de retract. lineag.* §. 26. *gloſ.* 1. *ex n.* 44. Surd. *de aliment. tit.* 8. *privileg.* 55. *n.* 7. Monter. à Cueva *deciſ.* 35. *n.* 21. Petra *de fideicom.* 31. *num.* 28. Joan. Anton. Mangil.

7 *de imputat. quæſt.* 77. *n.* 67. *cum ſeqq.* ſicuti è converſo, quod eſt tranſmiſſibile, pariter & ceſſibile eſt: plurimos cumulat Antonin. de Amat. *variar. reſol.* 19. *ex n.* 3. *cum ſeqq.* ergo impoſſibile erit quod hæc exceptio tranſeat ad creditores donantis.

8 Sed his minimè refragantibus, contraria opinio longè verior eſt, & ſequenda: quia Doctores contrariam tenentes inadvertenter ponderarunt & applicarunt jura præallegata ad caſum de quo agimus, prout manifeſtè apparebit: & ideo hanc noſtram reſolutionem plurimi alii Doctores tenuerunt, ut ſcilicet creditores donantis habeant jus ad illam portionem deducendam ex donatione, *ne donator egeat*, & ſibi applicandam: quia reſpectu donatarii non tenetur ultra quam facere poteſt, aliorum autem creditorum reſpectu in ſolidum tenetur: & cum donator habeat à jure ex-

9 ceptionem ad deducendam ex donatione partem ſufficientem ad ſui ſuſtentationem, ex ea ſatisfaciendi ſunt creditores, quos omnes exceptiones debitori competentes opponere poſſe, abundè probatum reliquimus *ſupra hoc capit.* 1. *ex nu.* 6. *uſque ad fin.*

10 Et ideo hanc partem affirmativam tenuerunt Cumanus, Jaſon, Alciatus, & Aſinius *de executione*, §. 7. *cap.* 47. quos referens ſequitur, copioſè agens contra Gaitum, Scipio Rovitus *dec.* 48. *ex n.* 15. *uſque ad n.* 25. *& in appendice ad deciſiones*, *n.* 35. Angel. Stephanus Garon. *in Commentar. ad conſtit. Milanenſes*, *in tit. de jur. fiſc.* Carleval. *de judic. tom.* 2. *tit.* 3. *diſput.* 30. *ex n.* 11. Anton. de Amat. *var. reſol. to.* 1. *reſ.* 26. *ſub n.* 19. ex Aſinio *loc. cit.* licèt iſti non ex integro ſatisfaciant juribus in contrarium adductis ex *n.* 3. *ſup.*

11 Sed ut omnis ceſſet difficultas, & clariſſima pateat noſtra reſolutio, fatendum erit, privilegium, ne quis conveniatur ultra quàm facere poſſit, eſſe merè perſonale, quod profitemur in *hoc Labyrinth. par.* 1. *cap.* 26. *ex n.* 26. *ſeqq.* & ex aliis Hermoſilla ad *leg.* 54. *tit.* 4. *p.* 5. *gloſſ.* 2. *n.* 10. & ſunt ipſa jura expreſſiſſima. Item quod non tranſeat ad fidejuſſores donantis, mariti vel ſocii, nec ad eorum

12 hæredes, fatemur ex *eiſdem juribus*. Applicationem tamen negamus. Ad hæredes namque donatoris ideo non tranſit hoc privilegium, quando donatarius & ſimiles volunt ab eis exigere donationem à defuncto promiſſam, quia cùm privilegium illud ſit perſonale, & perſonæ donantis cohæreat, ſtatim cum ſua vita extinguitur, ex *regula juris*, *Privilegium perſonale perſonam ſequitur, & extinguitur cum perſona, de regul. jur. lib.* 6. cum *concordantib.* ſicut dicimus de uſufructu pertinente ad aliquem ut ipſo defuncto, non tranſeat ad ejus hæredem, qui cum defuncto extinctus fuit, §. *finitur*, *Inſtit. de uſufruct.* cum *ſimilib.* ideo impoſſibile eſt, quod hoc beneficium tranſire poſſit ad hæredem, quia jus ſemel extinctum nunquam reviviſcit: qua propter hæres eo beneficio uti non poteſt, quia ex defuncto ad eum non fuit tranſmiſſum, nec potuit tranſmitti.

Idem de fidejuſſore donatoris, qui ex propria perſona, & ex ſua obligatione debitor eſt, de ſuo tenetur ſatisfacere, quando ad ſolvendum erit conventus, & cùm nec ipſe ſit donator, nec ex aliquo ei ſit conceſſum beneficium, nec conveniatur ultra quàm facere poſſit, merito in ſolidum condemnatur, nec ſua intereſt uti exceptione modificativa competente ſuo principali; quia ipſe totum intereſſe quod ſolvit, conſequetur poſtea à principali donatore, pro quo fidejuſſit, ut eleganter latè proſequitur Joan. Gutierrez *de juramento confirmat.* 3. *part. cap.* 15. *num.* 16. ubi ex *num.* 14. adducit duas ſingulares cautelas, ut fidejuſſor poſſit uti hac exceptione modificativa, & ne conveniatur in ſolidum, ſed ex donatione deducatur aliquid ad congruam ſuſtentationem ne donator egeat: ubi ad longum videre poteris. 13

Sed procul dubio hæc omnia ceſſant in creditoribus donatoris, opponentibus contra donatarium hanc exceptionem deductionis, *ne donator egeat*, quia ipſi eam non opponunt ex proprio jure & nomine ſuo, ſed jure & nomine debitoris, non tanquam principales, ſed tanquam procuratores, & defenſores bonorum debitoris ſui, quorum conſervatio & recuperatio ad eos pertinet ratione ſui intereſſe, qui non petunt ſibi nec id, quod conſequuntur ex hac exceptione, ſibi quærunt, ſed debitori ſuo, & corpori concurſus applicatur, ſed defenſorio & procuratorio nomine agunt & excipiunt, ex juribus expreſſis in *l. ſi pignori* 30. *in fin. ff. famil. erciſc. l. ſi cum venderet*, *ff. de pignor. act. l. creditor* 42. *eod. tit.* quæ jura exactiſſimè exornavimus *hoc eod. cap.* 1. *ex num.* 24. *uſque ad fin. & ex n.* 5. *cum ſeqq.* 14

Qua propter ex perſona & nomine debitoris tanquam ejus procuratores & defenſores ratione ſui intereſſe debent omnino admitti ad opponendum hanc exceptionem contra donatarium, ut clarè probant jura omnia in contrarium allegata ſuperiùs ex *num.* 3. à contrario ſenſu, & à ratione legis ceſſante, quod quàm validum ſit argumentum in noſtro jure, nemo eſt qui neſciat.

Hunc noſtrum diſcurſum & legitimam conſiderationem, quod quando defenſoris vel procuratoris nomine quis agit pro eo cui competit hoc beneficium ne conveniatur ultra quàm facere poſſit, qualis eſt donator, maritus, ſocius; ſunt jura expreſſa tam in defenſore quàm in procuratore, text. in *l. ſi cum procuratore mariti de dote actum fuerit, ſi quidem vivo marito condemnatio fieret, in quantum facere poteſt, condemnabitur: nam & defenſor mariti in id quod facere poteſt damnatur: mortuo verò marito, in ſolidum*, *ff. de re judic.* textus etiam in *l. verum* 64. *verſ. videndum*, *ff. pro ſocio.* 15

Ubi poſtquam dixit quod hoc beneficium eſt perſonale, & quod fidejuſſori non prodeſt, ita loquitur: *videndum eſt an & fidejuſſori ſocii præſtare id debeat, an verò perſonale beneficium ſit; quod magis verum eſt: ſed ſi hic fidejuſſor quaſi defenſor ſocii judicium ſuſceperit, proderit ſibi: namque Julianus lib.* 7. *Digeſtor. ſcribit, defenſorem ſocii in id quod ſocius facere poteſt condemnari oportere. Idem & in patroni defenſore accipi debere*

*debere ait, & utique: & idem erit in univerſis qui in id quod facere poſſunt conveniuntur, &c.*

Et eſt ratio, quia defendere eſt eandem vicem, quam reus ſubiret in ſe ſuſcipere: *l. minor, Verſ. quoniam ff. de procurat.* unde inquit ille textus, *ideoque defenſor mariti amplius quam maritus facere poſſit non eſt condemnandus*, & *ibi* Gloſ. *verb. quam reus ſubire*, allegat *dict. leg. verum*, §. 1. & alia jura.

Et idem de defenſore mariti probat text. *in l. alia, in princip. ff. ſolut. matrim.* & Gloſ. *in dict. l. ſi cum procuratore, ff. de re judic. in verb. defenſor*: intelligit quod defenſor non habet mandatum: & idem tenet Gloſ. 1. in *d. l. alia, in princ.* ubi loquendo de defenſore, intelligit cum mandato, vel ſine eo ut in *l. ſed & hæ*, §. *defenderet, ff. de procurat. & in d. l. minor*, §. *quoniam*, cum *duab. legib. ſeqq. de procur.*

16 Hanc doctrinam per hæc jura ſequutus fuit Joan. Gutierrez *de juram. confirmat.* 3. *par. cap.* 15. *n.* 15. ubi *in fin.* reddit differentiam inter fidejuſſorem & defenſorem; quia fidejuſſor ex propria obligatione convenitur: ſed defenſor ex illa obligatione qua tenetur Dominus, ut tenet Gloſ. 1. *in dict. l. alia in princip.* quam dicit veram rationem, juxta Bartol. *in dict. l. verum, in princip. n.* 4.

Vides igitur quàm leviter fundarunt Doctores partem negativam in *illis juribus* ad rem non pertinentibus, & quàm facilè convincuntur in applicatione, non penetrantes differentiam inter fidejuſſores vel hæredes donatoris, qui agunt jure proprio; & inter procuratores & defenſores ejuſdem donatoris, qui ex perſona & jure ipſius agunt & ei adquirunt.

17 Ex quo reſultat reſponſum ad id quod in contrarium diximus *ſupr. n. 6. & 7.* ad excluſionem creditorum in hac exceptione, illud ſcilicet quod non eſt tranſmiſſibile ad hæredes, non eſſe ceſſibile: quia hoc caſu creditores non agunt, nec excipiunt ex jure ceſſo, vel tranſmiſſo, ſed agunt uti procuratores donantis, & defenſores, ex perſona nomine & jure debitoris ſui viventis.

18 Et denique conſiderandum erit in hoc articulo, quod ad effectum opponendi & agendi ex perſona debitoris, non eſt neceſſarium quod creditores ſint hypothecarii, vel merè perſonales & chirographarii: quia omnium æqualiter intereſt, defendere bona & jura debitoris communis: & multo magis creditorum perſonalium, quorum credita magis periclitantur ex inopia debitoris: cùm inter hypothecarios priùs diſtribuantur bona, & conſumitur patrimonium ipſius; & ideo illorum magis intereſt quærere inter tertios debitores & poſſeſſores, jura & bona debitoris, ne inanes remaneant: ad quod applicandæ ſunt doctrinæ adductæ & jura *ſupra hoc cap.* 1. quæ ut plurimùm indiſtinctè loquuntur de creditoribus, nulla facta mentione hypothecæ.

Et quod creditores anteriores ex cauſa lucrativa hypothecarii, non ſint præferendi creditoribus poſterioribus ex cauſa oneroſa, neque inter eos ſervetur regula, *qui prior eſt tempore, prior eſt jure*: quin potius cauſa præpolleat & præferatur; ut veriorem ſententiam tradunt multi Doctores congeſti ab Olea *de ceſſ. jur. tit. 4. quæſt. 3. num. 27.*

## CAPUT I.

### §. *Secundus.*

### Creditores an poſſint intentare læſionem enormem, vel enormiſſimam contra emptores bonorum debitoris? Et quid in pignore vendito à priore creditore, an ſcilicet poſteriores poſſint læſionis remedio uti contra emptorem.

### SUMMARIUM.

1 *Abſque ceſſione poſſunt creditores uti actionibus & exceptionibus competentibus debitori.*

2 *Creditores ex perſona debitoris, poſſunt intentare læſionem enormem, vel enormiſſimam.*

3 *Creditor poteſt appellare à ſententia lata contra debitorem intentantem læſionem.*

4 *Creditores poſteriores poſſunt movere remedium læſionis contra adjudicationem factam primo creditori, ſi adſit læſio.*

*Ob intereſſe creditorum admittitur novus licitator augens pretium, etiam poſt bona ſubhaſtata & vendita*, ibid.

5 *Rejicitur* Ant. Fab. *qui requirebat in creditore agente ob læſionem, ceſſionem.*

6 *An ſecundus creditor poſſit intentare remedium* leg. 2. Cod. de reſcind. vendit. *in venditione pignoris facta à primo creditore ſine dolo.*

7 *Remedium* d. l. 2. *non habet locum in venditione pignoris facta per creditorem.*

*Proponitur primum fundamentum* Moroti, *qui negativè reſpondet ad quæſtionem*, ibid.

8 *Remedium* dict. l. *eſt perſonale competens ipſis contrahentibus, non verò Tertio.*

*Expenditur ſecundum fundamentum Moroti.*

9 *Expenditur pro opinione* Moroti, *Antonius Faber, qui eam tenet.*

10 *Debitor adverſus creditorem intentare debet læſionem.*

11 *Adducitur* Olea *diſtinguens inter enormem, & enormiſſimam læſionem: & ejus diſtinctio reprobatur.*

12 *Verius eſt, debitori, & creditoribus ex ejus perſona competere remedium* d. l. 2. *contra venditionem ritè factam à primo creditore.*

13 *Jura quibus nituntur Morotus & ſequaces, non probant eorum reſolutionem.*

14 L. 1. & fin. Cod. ſi vendito pign. agatur, *ſunt antiquiores* dict. l. 2. *ut patet ex temporum chronologia.*

*Lex generaliter loquens trahitur ad terminos alterius ſpecialiter loquentis*, ibid.

*Lex nova generaliter diſponens, recipit omnes declarationes, & limitationes, quas lex antiqua*, ibid.

15 *Nulla ratio ſpecialitatis poteſt aſſignari, ad excluſionem debitoris ratione læſionis in pignore vendito à creditore ex* dict. L. 1. & fin. Cod. ſi de pign. vendit. agatur.

16 *Facultas conceſſa creditori ad vendendum pignus, intelligitur non ut deſtruat debitorem, ſed ut rem agat tanquam procurator.*

17 *Vendenti per procuratorem datur remedium* d. l.
2. C. de reſcind. vendit.
18 *Remedium læſionis ultra dimidium conceditur debitori in bonis quæ venduntur in ſubhaſtatione ad inſtantiam creditorum.*
19 *Major eſt ratio ad concedendum remedium læſionis in pignore vendito per ſolum creditorem, quàm in vendito authoritate judicis, præſentibus creditore & debitore.*
20 *Aliud eſt non admitti Tertium ad læſionem; aliud admitti debere creditorem, cum agat nomine debitoris.*
21 *In judicando, & conſulendo, non eſt recedendum à noſtra ſententia, quæ tenet admitti debere creditorem ad remedium læſionis.*
22 *Arias de Meſſa optimè convincit Ant. Fabrum & alios, qui tuentur contrarium.*

SÆpè diximus & abundè probavimus in *hoc cap.*
1. *& in* §. 2. *anteced.* poſſe creditores ex perſona ſui debitoris, ratione ſui intereſſe, abſque ceſ-
1 ſione movere actiones, & deducere in judicium
omnes quaslibet exceptiones debitori competentes
ſuper bonis ſuis, quorum defenſio & conſervatio
ſeu recuperatio ad creditores ſpectat, cùm tacitum
à jure cenſeantur ad hoc habere mandatum, &
tanquam procuratores, juris cenſurâ, hac parte
habeantur.

2 Ex quo principio fluit communis & vera plurimorum Doctorum opinio, poſſe creditores intentare læſionem enormem ex *l. 2. Cod. de reſcind. vend.* vel enormiſſimam, adverſus emptores bonorum debitoris, abſque ceſſione, quam nonquam appetit lex, neque illa egent creditores agentes ad læſionem cum tacito mandato pro intereſſe proprio, ex perſona ſui debitoris. Veram hanc reſolutionem tenuere Maynard. *deciſ. Toloſan.* 70. *lib.* 3. Vincentius de Franch. *dec.* 224. *n.* 4.

Sequuntur Georgius *alleg.* 6. *num.* 50. Theſaur.
*dec. Pedemont.* 57. *n.* 8. Caſtillo *dec. Siciliæ*... Carocius *in tract. de oblation. par.* 2. *qu.* 28. *in fin.*
Toto *in compend. dec. verb. Jus offerendis fol.* 302. *ſolut.* 1. *in fin.* Riccius *in collectan. deciſionum, dec.* 11.
eidem Ricc. *in addit. ad Franch. in d. dec.* 224.
Mangrell. *in l.* 1. *Cod. ſi antiqu. credit.* & cum
Maynardo & Vincentio de Franch. Hermoſilla ad
*leg.* 56. *gloſ.* 4. 70. *tom.* 2. *tit.* 5. *par.* 5. *fol.* 266.
Marius Cutell. *de donat. tr.* 1. *diſcurſ.* 2. *par.* 6. *à*
3 *num.* 184. ubi plures refert, Cyriacus *contr. tom.* 1.
*c.* 53. *num.* 3. *& ſeqq.* ubi plus dicit ex aliis, creditorem ſcilicet ratione ſui intereſſe poſſe appellare à ſententia lata contra ſuum debitorem intentantem læſionem contra emptorem. Hanc eandem reſolutionem probarunt alii quamplurimi
Doctores aſſeverantes, poſſe creditores poſterio-
4 res movere remedium læſionis contra bonorum
adjudicationem facta primo creditori, cui in ſolutum fuerunt data viliori pretio, ut in exceſſu valoris & pretii ſibi ſatisfiat, & ſibi ex ſuperfluo ſuo credita ſolvantur, Alexand. in *l. ſi conſtante, num.* 34. *ff. ſolut. matr.* Grammatic. *deciſ.* 92. *num.* 19. Muſcatell. *in praxi civili, par.* 3. *gloſ. adjudicantur. num.* 76. Franch. *deciſ.* 54. *ſub nu.* 4. *&* 5. Oſaſc. *deciſ. Pedemont.* 135. *in fin.* Mantic. *de contractib. lib.* 11. *tit.* 30. *num.* 24. Roland. à Valle *conſ.* 9. *num.* 4. *vol.* 1. Fachin. *controverſ. lib.* 11. *cap.* 14. Coſta *remedio ſubſid.* 1. *num.* 12. *in fin.* Negulant. de *pignorib. par.* 5. *membr.* 1. *num.* 33. plenè Vivius *deciſ.* 413. *à n.* 1. *uſque ad fin.* Fabius Anna *conſ.* 63. *num.* 2. *&* 3. Tuſch. *tit. D. concluſ.* 762. *num.* 5. Morotus *de jur. offer. num.* 9. Carroc. *deciſ.* 21. Cavalcan. *deciſ.* 13. *num.* 17. *par.* 4. Aſinius *de execution.* §. 7. *c.* 109. Novell. *de dote, par.* 7. *privil.* 47. Theſaur. *deciſ.* 207. Marius Giurba *deciſ.* 17. *ex num.* 17. qui alios allegat ad hanc adjudicationem exceſſivam annullandam propter præjudicium creditorum, Nos in *hoc Labyr. par.* 1. *cap.* 11. *num.* 11.

Huc pertinet, quod ob intereſſe creditorum novus admittitur licitator ad bona debitoris communis ſemel perfectè & juridicè ſubhaſtatis & venditis alicui: ſi fortè tertius ſuperveniat licitator qui plus offerat & meliorem faciat conditionem, cum in pretio aucto per ipſum, poſſint creditores commodius ſuam conſequi ſolutionem ſeu ſatisfactionem, ut cum pluribus Doctoribus & fundamentis reſolvimus in *hoc Labyrintho* 2. *par. cap.* 2. *ex num.* 12. *cum ſeqq.* quibus adde Auguſt. Barboſ. *voto* 81. *num.* 7. *tom.* 2. allegantem *Anton. de Amat.* idemque tenet Fontanell. *deciſ.* 520. *tom.* 2. *fol.* 608.

Ex qua conſtanti tantorum Virorum reſolutio- 5
ne, contemnanda venit doctrina Antonii Fabri *de errorib. Pragmat. decad.* 1. *errore,* 8. aſſeverantis, creditores non poſſe uti remedio læſionis enormis, vel enormiſſimæ, niſi ſibi facta ceſſione per debitorem: quem (ſub temperamento tamen) videtur ſequi Olea *de ceſſ. jur. & action. tit.* 4. *quæſt.* 3. *n.* 5.

Quandoquidem creditores non egent hac ceſſione, qui ratione ſui intereſſe & damni, agunt & excipiunt ex perſona ſui debitoris, ex *ſupra dictis num.* 1. quis enim unquam audivit quod lex in aliquo caſu deſideret ceſſionem juris in procuratore agente nomine alterius, & exigente non ſibi, ſed Domino tantum: ad latiſſimè comprobata *hoc cap.* 1. *ex num.* 23. *cum multis ſeqq.* Lex enim ſolum juris ceſſionem requirit in Tertio, qui nomine proprio, & ad ſuam dumtaxat utilitatem agit, & exigere vult jus ad alterum pertinens: prout ex *d. num.* 23. *& ſeqq.* abundè videre poteris.

Major tameh difficultas verſatur in læſione 6
enormi, ſeu enormiſſima, interveniente in venditione pignoris, facta à primo creditore jure creditoris, & alias ritè ſine dolo aut fraude facta; an ſecundus creditor poſſit *intentare remedium L.* 2. *C. de reſcind. venditione:* Hanc difficultatem movet Morotus *in opuſculo de jure offerendi, num.* 23. & partem negativam amplexus eſt, duobus fundamentis. Primò quia remedium *d. l.* 2.
non habet locum in venditione pignoris ritè, & 7
ſolemniter facta per creditorem, lege permittente: Nec debitori *ipſi* competit aliquod remedium ob quamlibet læſionem enormem, vel enormiſſimam intervenientem in hujuſmodi venditione, juxta text. *in l.* 1. *&* 3. *C. ſi vendito pignore agatur:* ubi prorſus negatur debitori recurſus recuperandi rem ob læſionem in pretio: Ergo multo magis debet denegari ſecundo creditori agere volenti ex jure & perſona debitoris, cui nullum competit, Morot. ſolum referens ſequitur Merlin. *de pign. lib.* 4. *quæſt.* 45. *num.* 55. *&* 56.

Secundò etiam fundamento movetur ad ex- 8
cluſionem ſecundi creditoris; quia remedium *d. l.* 2. perſonale eſt, quod ſolum contrahentibus inter ſe datur; non verò Tertio conceditur: ita ut ſecundus rei emptor non poſſit abſque ceſſione ſui authoris illud intentare contra primum venditorem ob læſionem enormem intervenientem in illa prima venditione: ad latiſſimè tradita

dita (ſub pluribus tamen limitationibus) per Hermoſillam *ad l. 56. gloſſa 7. num. 58. cum ſeqq. ti-*
9 *tul. 5. tom. 2. fol.* 310. ergo nec creditor abſque ceſſione debitoris, læſionem ex *d. l.* 2. intentare poterit.

Hanc opinionem ſequitur & Antonius Faber, *in C. Fabrian. tit. 19. ſi vendito pignore agatur, definit. 1. fol.* 1012. *& de error. pragmat. decade 1. errore 6. & 8.* ubi defendere conatur, emptorem pignoris, ſi fraudis particeps non fuit, eſſe ſecurum, tametſi læſio enormiſſima in venditione intervenerit, conſequenterque nec debitorem, nec ex ejus perſona creditores poſteriores quidquam petere
10 poſſe: etſi creditor vendens ſolvendo non ſit, quia debitor adverſus eum intentare debet læſionem, & conſequi ſuperfluum pretii: & pro hoc ultimo allegat *l. fin. C. ſi vendito pignore agatur.*

11 Olea *de ceſſione Jurium, & act. tit. 5. quæſt. 3. n.* 8. videndus *ex num.* 6. admittit doctrinam Ant. Fab. in *locis citatis*, ſub diſtractione *enormis*, aut *enormiſſimæ* læſionis, ut in hac non procedat, ſed poſſe debitorem, & creditores remedium *enormiſſimæ* intentare.

Quæ quidem diſtinctio prorſus refragatur iis, quæ dicta reliquit ex *n.* 6. & juribus pro expreſſis allegatis, nempe *l. 1. & 3. C. ſi vendito pignore agatur.* ubi ab omni recurſu & remedio cujuslibet læſionis excluditur debitor ceſſante dolo & fraude.

Quo tamen fundamento poſſit fundari hæc diſtinctio, quæri poteſt? Et reſpondeo, nullo jure; & ideo vel abſolutè ſequenda erit opinio Antonii Fabri, & Moroti *locis ſupra citatis*, *num.* 6. vel abſolutè neganda, quia in utroque diſtinctionis membro, una & eadem eſt ratio ab illis conſiderata.

12 Quibus tamen non obſtantibus, contraria opinio verior eſt, nempe tam debitori, quàm ejus creditoribus ex perſona ipſius competere remedium læſionis ex *l. 2. C. de reſcind. vendit.* contra emptorem pignoris alias ritè venditi à primo creditore.

13 Nam jura, quibus nituntur DD. ad excludendum debitorem à remedio læſionis nempe *lex 1. l. 3. & l. final. C. ſi vendito pign. agatur*, nihil continent quo poſſint moveri ad tam abſonam reſolutionem; perfunctoriè etenim præfata jura conſiderarunt Morotus, & ſequaces, ex quorum declaratione & plana intelligentia convincentur apertè ſi conſideres quod præfatæ leges non aperiunt de qua læſione loquantur, & ideo, ut jura juribus concordemus, de læſione infra dimidiam intelligi debent, juxta novam & æquiſſimam determinationem *legis 2. C. de reſcind. vendit.* ad quam leges illæ reducendæ ſunt, vel quia antiquiores ſunt, cum ante *d. l.* 2. liceret contrahentibus ad invicem ſe decipere in emptione & venditione, nec per læſionem quantumvis enormem, vel enormiſſimam, ceſſante fraude & dolo, poterant contrahentes reclamare, nec ab emptionibus diſcedere, *l. in cauſſæ 17. §. idem Pomponius, ff. de minor. l. item ſi pretio, §. ult. ff. locati*, & in datione in ſolutum creditori, *l. à divo Pio, §. ſi pignora ff. de re judicata, cum aliis vulgaribus*, & latè conſiderat ac probat Pinellus *in dict. l. 2. part. 1. cap. 1. per totum.*

14 Et ut clarius convincantur *Morotus*, & *Ant. Faber*, qui in *prædictis legibus* ſuam fundarunt contrariam opinionem, attende, quod aut dictæ leges fuerunt promulgatæ ante ipſam legem 2. *C. de reſcind. vend.* aut poſt, non eſt dare medium ſi ante eam: prout verè certum eſt, dictas leges eſſe antiquiores ipſa lege 2. *C. de reſcind. vend.* ſicuti ex Imperatorum & temporum computatione apparet; nam Imperator Alexander author dictæ legis 1. *C. ſi vendito pignore agatur*, cœpit imperare *anno* 224. poſt Chriſti adventum, & à Roma condita *anno* 975. ut conſtat ex Alexandro Freymonio *in ſymphonia juris pag.* 500. & Antonio Contio *in chronologia ſuper his annis.*

Gordianus autem promulgator legis finalis *C. d. tit.* cœpit imperare *anno* 239. adventus Chriſti, correſpondente *anno* 990. à Roma condita, idem Freymonius *pag.* 688. & Contius *in Chronologia ſuper his annis.* Diocletianus verò author dict. legis 2. *C. de reſcind. vendit.* cœpit imperare *anno* 285. ab adventu Chriſti, qui fuit annus 1036. à Roma condita, annoque ſequenti cœpit imperare Maximianus author ſimul cum Diocletiano *d. leg.* 2. ut obſervat idem Freymonius *pag.* 746. & Antonius Contius *in chronologia, in his annis.* Quæ quidem leges, cum antiquiores ſint, debent trahi ad terminos & diſpoſitionem dictæ legis 2. tanquam longè poſterioris; ex Regula legis, *Non eſt novum, ut priores leges ad poſteriores trahantur, ff. de legibus*: & ideo attento illo tempore, quo promulgatæ ſunt, juſtè loquuntur & determinant, denegantes remedium læſionis debitori ex cauſſa pignoris venditi per creditorem dolo ceſſante: quia uſque ad tempus dictæ legis 2. nullus ex contrahentibus admittebatur ad diſſolutionem venditionis, ob quamlibet etiam enormiſſimam læſionem, ut dictum eſt: & ideo reformantur & abrogantur per ipſam legem 2.

Quod ſi poſt dictam legem 2. fuiſſent promulgatæ, ex quo non aperiunt de quo genere læſionis loquantur, ſed generaliter de læſione in pretio decidant; adhuc præciſè de læſione infra dimidiam intelligi deberent; quia lex generaliter loquens, debet reſtringi ad terminos alterius ſpecialiter & diſtinctè loquentis, *l. ſciendum, ff. qui ſatiſdare cogantur, l. quamvis, ff. de in jus vocando, l. 1. ſi filius, ff. de actionib. & obligat.* juncta *l. 1. ff. ad Macedonianum, l. juris gentium, §. ſi paciſcar. ff. de pactis*, juncta *leg. tranſigere*, & *ibi* Gloſſa magna *in fin. C. de tranſact. auth offeratur, C. de litis conteſtatione*, Joann. Mar. Beller. *diſquiſit. clerical. part. 1. tit. de bon. cleric. §. 1. n.* 20. Vincentius de Franchis *deciſ.* 435. *n.* 24. Mantica *de tacit. convent. lib. 25. tit. 34. n.* 18. Nicolaus Intrigliolus *dec. 15. nu. 36. & 37.* Ozaſcus *dec. 30. n.* 18. Giurba *in Conſuetudines Meſſanenſes, c. 1. gloſſ. 2. n. 9. part. 1.* Et quia lex nova generaliter diſponens, recipit omnes declarationes & limitationes quas lex antiqua habet in eodem caſu, ut ex plurimis DD. probavimus *in noſtris comment. de Regia protectione, part. 1. c. 1. præludio 5. à n. 127. & in tractatu de ſupplicatione ad Sanctiſſimum, parte 1. cap. 5. §. 3. num.* 5. quas conſiderationes ſi feciſſent præfati DD. ſine dubio à ſua tam rigida opinione deſtitiſſent.

Imo nulla ratio etiam apparens ſpecialitatis reddi poteſt, qua illa jura poſſint fundare excluſio- 15
nem debitoris abſolutè ab omni læſione pignoris venditi à creditore; niſi vel quia procedant de jure antiquo, ut dictum eſt, & probatum; vel quando poſt novam deciſionem *dictæ legis* 2. fuiſſent edita, adhuc intelligi deberent juxta eam de læſione infra dimidiam, juxta noſtram concludentem & inevitabilem conſiderationem.

Non

16 Non enim ex eo ſolo quod creditor vendit jure creditoris ex permiſſione legis & debitoris, creditori attribuenda eſt talis poteſtas ut pignus diſſipet, & damnum inferat debitori; ſufficit enim ei facultas vendendi tanquam procuratori debitoris, *l. pignori* 3. *ff. familiæ erciſcund.* ibi, *quod creditor egit, pro eo habendum eſt ac ſi debitor per procuratorem egiſſet*, *l. ſi cum venderet Creditor pignus, ff. de pignoratitia actione*, *l. Creditor* 42. *eod.* & Nos exactè comprobavimus *in hoc cap.* 1. *ex*
17 *num.* 23. *cum multis ſeqq.* Qui enim vendit per alium, ipſe vendere intelligitur: *Regula, Qui per alium facit, perinde eſt ac ſi faciat per ſe ipſum, de reg. Jur. l.* 6. & vendenti per procuratorem competit remedium læſionis ultra dimidiam, ex *l.* 2. *& l. ſi voluntate* 8. *C. de reſcindenda vendit.* Hæc & alia plurima adducit Pinellus *in dict. leg.* 2. *part.* 2. *cap.* 2. *per totum.* ubi contra Caguolum acerrimè defendit hanc opinionem, ut debitori detur remedium læſionis ultra dimidium juſti pretii: & *num.* 2. *&* 3. alium intellectum & verum aſſignat textibus *d. l.* 1. *& l. finalis, C. ſi vendit. pign. agatur*: *& legis, ſi ceſſante, C. de diſtractione pign.*

18 Ex hac Pinelli opinione, & alia roboratur communiter recepta, quod læſio ultra dimidiam admittitur & conceditur debitori, cujus bona pignorata venduntur in ſubhaſtatione ad inſtantiam Creditorum: in quo, idem eſt vel ipſos vendere jure Creditoris, vel conſenſum præſtare ut authoritate judicis diſtrahantur, ſine quorum conſenſu, aſſiſtentia, & approbatione venditio nec fit, nec fieri poteſt: prout ad longum probavimus *in hoc Labyrintho*, 3. *parte c.* 2. *ex num.* 7. *& ſeqq.* & nihilominus remedium læſionis ex *d. l.* 2. admittitur in hujuſmodi venditione, ut probant innumerabiles penè DD. quos refert & ſequitur Hermoſilla in *l.* 56. *gloſſ.* 4. *ex n.* 96. *tit.* 5. *part.* 5. Antoninus de Amato *var. reſolut. tom.* 2. *reſol.* 61. *n.* 2. Acoſta *de privilegiis creditorum, reg.* 1. *ampliatione* 5. *à num.* 46. Cancerius *var. reſolut. part.* 1. *cap.* 13. *à num.* 26. Rodriguez *de executione, cap.* 6. *ex num.* 58.

19 Si enim in publica ſubhaſtatione Judicis authoritate celebrata, excluſiva omnis fraudis, cum aſſiſtentia & citatione Creditorum & debitoris, quorum intereſt bona juſto pretio diſtrahi, admittitur debitor ad dicendum de læſione enormi, vel enormiſſima; quanto magis admitti debet in venditione pignoris facta per ſolum creditorem abſque præſentia debitoris, & aliorum Creditorum, nec non Judicis? quo caſu facillimè poteſt intervenire colluſio & fraus, & viliori pretio, quàm per ſubhaſtationem pignus vendi ſolet, ex *l.* 3. *C. ſi vendito pign. agatur.* Antonius Faber *in C. l.* 8. *tit.* 17. *de diſtract. pign. defin.* 25. *numer.* 2. Igitur contra omnem Juriſprudentiæ ſenſum videtur in iſto caſu negare læſionis remedium, quandoquidem in priori liberaliter conceditur debitoris.

Quo ſuppoſito ut debitori competat remedium enormis, vel enormiſſimæ læſionis, ad conſequendum pignus à venditore creditum, non erit hæſitandum neque dubitandum quin eodem remedio ſimul uti poſſint creditores ex perſona debitoris, ex firmiſſime adductis & probatis *à principio hujus* §.

20 Nec obſtat fundamentum ſecundum adductum in contrarium per Morotum *ſuprà numer.* 8. ut hoc remedium ſit perſonale, quo tertius adverſus primum venditorem uti non poteſt, hoc enim verum eſt regulariter ex Hermoſilla relato *d. num.* 8. ſed nos in hac quæſtione non agimus de Tertio & extraneo, qui non contraxit cum venditore: imo verò agimus de Debitore ipſo verè & realiter venditore, cujus nomine venditum fuit pignus, & de venditoris creditoribus ex ejus jure, perſona, & nomine agentibus; quod nil aliud eſt, quàm ſi ipſe per procuratorem comparuiſſet, læſionem deduxiſſet in Judicio: ad latiſſimè adducta in *hoc capite*, §. 1. *ex num.* 8. *ac per totum caput* 1.

Et hanc noſtram reſolutionem ultra Pinellum 21 *loco citato ſupr. num.* 17. in noſtris terminis tenuerunt alii quam plurimi DD. ut ſcilicet debitori & creditoribus ipſius ex perſona & nomine debitoris liceat intentare remedium *de legis* 2. *C. de reſcind. venditione*, adverſus emptorem pignoris, atque ita deciſum fuiſſe in ſenatu Neapolitano teſtatur Vincentius de Franchis *dec.* 224. *num.* 4. (contra quem, ut vidiſti, perperam locutus fuit Morotus: ſequitur Theſaurus *deciſ. Pedemont.* 57. *num.* 8. Caſtillo *deciſ. Siciliæ.* 91. *numer.* 2. Georgius *allegation.* 6. *num.* 5. Carrocius *in tract. de Oblationibus part.* 2. *quæſt.* 28. *in fin.* Barbatus *gloſſ.* 2. *num.* 53. Gallupus *in ſua praxi part.* 3. *c.* 2. *num.* 49. quos allegat Toro *in compend. deciſ. tom.* 1. *verb. jus offerendi pag.* 302. *col.* 1. *in fin.* ibi, *jus offerendi an competat ſecundo creditori in re vendita ad inſtantiam primi creditoris, fuit deciſum quod non, ſed benè exiſtente læſione, fuit condemnatus poſſeſſor ad ſupplementum pretii, &c.* & ex Vincentio de Franchis citato, idem in iſtis terminis tenet Hermoſilla *ad l.* 56. *gloſſ.* 4. *num.* 70. *tom.* 2. *tit.* 5. *part.* 5. *fol.* 286. & ex eodem Franchis idem tenet Ludovic. Poſtius *de ſubhaſtatione inſpectione* 59. *num.* 21. & iterum *in tom.* 2. *in additionibus ad d. inſpectionem* 59. *ex n.* 13. reprobato Antonio Fabro: idem quoque tenet ex Cutelli *deciſ.* 29. *numer.* 29. Arias de Meſſa *loc. proximè citando*, à qua reſolutione nec in judicando, nec in conſulendo, recedendum erit, quidquid (ut aſſolet contra mentem juris) autumet Antonius Faber ex apparentibus fundamentis, & ut plurimum contra omnem juriſprudentiam.

Et longè poſt hæc ſcripta vidi Ariam de Meſſa *variar. reſol. lib.* 1. *cap.* 35. exactè *per totum*, diſputantem hanc quæſtionem, & omnibus contrariis fundamentis ab Antonio Fabro aliiſque adductis ſatisfacientem, & manifeſtè convincit ac reſolvit, *ex num.* 4. *uſque ad finem capitis*, debitori ſemper competere remedium *legis* 2. *C. de reſcindenda vendit.* & competere ipſi actionem utilem adverſus emptorem rei pignoratæ venditæ per creditorem jure creditoris; & per conſequens creditores non quidem jure prætorio, ſed ex jure & perſona ſui debitoris poſſe intentare remedium *d. l.* 2. ubi eruditè & eleganter cunctis difficultatibus ſatisfacit omninò videndus, quia tranſcribere non licet. 22

Qui quidem Arias de Meſſa etiam *in cap. ſeq.* 36. accuratè reprobat Antonium Fabrum, inaniter & ex leviſſimo fundamento tenentem, contra communem DD. ſententiam, debitorem non poſſe agere contra emptorem rei pignoratæ ritè venditæ à creditore, etiamſi in venditione intervenerit enormiſſima læſio: reſolvens ex communi & receptiſſima opinione ipſum agere poſſe tam ex enormi læſione, quàm ex enormiſſima. 23

CAPUT

## CAPUT II.

Creditores bona majoratus in concurſum deducta ex facultate Regia diſcutientes, an jus hypothecæ habeant ad bona poſtmodùm illi aggregata, & per alium incorporata, aliudvè quodlibet augmentum contingens?

Et an facultas Regia impetrata ad hypothecandum bona majoratus, & hypotheca inde ſequuta, extendantur ad bona jam eidem majoratui eo tempore aggregata.

### SUMMARIUM.

1 *Hanc quæſtionem à nemine tactam videt hactenus Author.*

2 *Augmentum rei principalis unum corpus efficitur cum ea, ejuſdemque eſt naturæ, & utriuſque idem eſt judicium.*

3 *Una & eadem res non debet diverſo jure cenſeri.*

4 *Idem eſt de parte quoad partem, quod de toto quoad totum.*

5 *Hypotheca generalis non ſolùm comprehendit bona acquiſita, verùm & noviter incorporata.*

6 Majoratus *eſt nomen univerſale, prout eſt* peculium, hæreditas, grex, *& c. admittens augmentum & diminutionem.*

7 *Jus univerſale hypothecatum extenditur ad augmentum ipſius juris.*

8 *Sicut facultas ad hypothecanda bona majoratus eſt ſtricti juris, ita & ipſa hypotheca non admittens extenſionem.*

9 *In his quæ ſunt ſtricti juris, ad augmentum rei principalis in obligatione & pacto deducta, diſpoſitio extenditur, etiamſi nihil conventum ſit, ex tacita partium voluntate, & lege ſic interpretante.*

10 *In contractu, ſententia, & privilegio, ea quæ ſunt ſtricti juris trahuntur ad augmentum, ex multorum ſententia.*

11 *Pactum de lucranda dote extenditur ad ejus augmentum ſuperveniens, etiamſi nihil inter partes dictum ſit à principio.*

12 *Statum diſponens ſuper lucro dotis, extenditur ad augmentum ejus.*

13 *Quando Princeps conceſſit territorium cum juriſdictione, ſi ſimpliciter augeatur, ad ejus augmentum extenditur juriſdictio anteà conceſſa.*

14 *Satiſdatio & fidejuſſio operantur in portione aucta per jus accreſcendi.*

15 *Hypotheca contracta ſuper fundo, qui per alluvionem, vel vigore conſolidationis poſtea crevit, ad augmentum extenditur.*

16 *Tacita hypotheca dotalis pro principali dote ab initio conſtituta, trahitur ad augmentum dotis poſtea ſuperveniens.*

17 *Expenditur textus in* l. item quæritur 13. §. qui impleto, ff. locati.

18 *Apud DD. communiter idem eſt judicium de augmento temporis in tacita reconductione, ac de augmento rei hypothecatæ.*

19 *De tempore ad rem, & de re ad tempus, valet argumentum.*

20 *Reconductio tacita ejuſdem eſt qualitatis, cujus eſt expreſſa: & eadem pacta & pignora videntur repetita.*

21 *Hypotheca expreſſè pro vino, oleo, tritico promiſſa, extenditur ad valoris augmentum, ſi poſtea augeatur.*

22 *Si tempore hypothecæ res fuerit deteriorata, ad meliorationes in eadem poſtea factas hypotheca protrahitur.*

23 *Ad eum ſpectat augmentum, ad quem ſpectat diminutio.*

24 *Augmentum & diminutio pari paſſu ambulant.*

25 *Facultas, & hypotheca præcedens non extenditur ad augmentum proveniens ex aggregatione bonorum per Tertium extraneum. Pro qua concluſione multa deducuntur.*

26 *Hypotheca contracta ſuper re principali extenditur ad augmentum naturale per alluvionem, & ex natura rei proveniens, per conſolidationem uſusfructus cum proprietate.*

27 *Adaucta per alluvionem, naturaliter cum re uniuntur.*

28 *Dominus fundi occupati à flumine, Dominium amittit.*

29 *Impoſſibile eſt alveum alterius juris eſſe, quàm flumen.*

30 *Alveus ſequitur fluminis cauſam.*

31 *Alveus à flumine derelictus eorum eſt qui prope ripam prædia poſſident.*

32 *Poſt contractam venditionem periculum rei pertinet ad emptorem, ſicut & incrementum.*

33 *Creditori hypothecæ augmentum alluvionis accreſcit.*

34 *Et uſufructuario.*

35 *Et Emphyteutæ, taliter ut Emphyteuſi finita ad dominium redeat.*

36 *Augmentum proveniens ex cauſa alluvionis, & ex cauſa conſolidationis, æquiparatur in Jure.*

37 *Ex quacunque cauſa conſolidatio provenit.*

38 *Quando duo caſus in Jure æquiparantur, diſpoſitum in uno ſubintelligitur in altero.*

39 *Dominium utile conſolidatum cum directo, & uſusfructus conſolidatus cum proprietate, accreſcunt majoratui, in quo Dominium directum comprehenſum erat.*

40 *Portio, quæ unitur per conſolidationem, eodem jure cenſetur quo res cui accedit.*

41 *Dominium utile ſic unitum ex legis diſpoſitione per attractionem tranſit cum directo ad quemcunque.*

42 *Augmentum proveniens ex præſcriptione quaſi alluvio dicitur.*

43 *Res acquiſita per præſcriptionem à poſſeſſore majoratus, fit majoratus.*

44 *Quando res præſcribitur ab hærede titulo hæreditario, hæreditati acquiritur, & in reſtitutione hæreditatis venit hoc augmentum.*

45 *Præſcriptio incepta in vita defuncti, & perfecta per hæredem, pertinet ad hæreditatem.*

46 *Quando finis habet neceſſariam conſequentiam ad principium, non finis ſed principium attenditur.*

*Origo & cauſa primæva in omni diſpoſitione attenditur. ibid.*

47 *Creditor habens hypothecata bona majoratus, jus habet ad augmentum proveniens ex præſcriptione.*

*Creditor defuncti conſequi poteſt creditum ſuum ex augmento proveniente hæreditati per præſcriptionem. ibid.*

48 *Hypotheca contracta à poſſeſſore beneficii ſuper fructibus*

*fructibus ipſius, extenditur ad augmentum, quod ratione penſionis extinctæ advenit eidem.*

49 *Hypotheca præcedens ſimpliciter contracta comprehendit augmentum proveniens ex facto hominis inſeparabiliter ab ipſa re.*

50 *Veluti ſi ædificia, vel melioramenta facta fuerint in re hypothecata.*

51 *Tertius conſequitur æſtimationem melioramentorum, quæ fecit in re hypothecata.*

52 *Quid dicendum ſit de melioramentis factis in rebus majoratus, ſtante* lege 46. Tauri? *remiſſivè.*

53 *Servitutes acquiſitæ augent rem, & ejus naturam ſequuntur.*

54 *Sicut augmentum ſeparabile, & diſcretum, non auget rem; ita augmentum concretum & aſſixum rei hypothecatæ, ipſam auget.*

55 *Augmentum rei principalis deductæ in contractu, originem habens ab ipſis contrahentibus, ſubjicitur iiſdem qualitatibus, & hypothecis quibus res ſubjecta erat.*

56 *Reconductione tacitè contracta, renovantur pacta, qualitates, conditiones, & hypothecæ expreſsè appoſitæ per contrahentes in principali.*

57 *Repetitio omnium qualitatum & hypothecarum, quibus res aucta per contrahentes fuerat celebrata ſubintelligitur in ſecundo contractu.*

58 *Tacita reconductio non inducitur à jure, quando in aliquo ex contrahentibus deficit aptitudo conſenſus, ut in pupile, mente capto, & ſimilibus.*

59 *Hypotheca data pro augmento Dotis, nova eſt.*

60 *Hypotheca adjecta augmento dotis, diverſa eſt ab illa, quæ doti principali adjecta erat.*

61 *Hypotheca augmenti dotis oritur ex nunc à tempore contractus augmenti.*

62 *Tacita contrahentium voluntas operatur novam reconductionem, & novam repetitionem hypothecæ.*

63 *Tacita hypothecæ renovatio non operatur à tempore prioris conductionis, ſed ſecundæ.*

64 *Opponitur textus in* l. item quæritur, §. qui impleto. ff. locati.

65 *In reconductione novus requiritur ſenſus qui præſumitur.*

66 *Durare idem eſt ac renovare.*

67 *In reconductione tacita prior hypotheca non manet in veritate, ſed videtur manere.*

*Exponitur text. in* l. repetitionem 4. Cod. de uſur. *ibid.*

68 *Augmentum noviter proveniens ex facto eorundem contrahentium ſubjicitur qualitatibus, conditionibus, & hypothecis prioris contractus.*

69 *Non eſt conſtans argumentum:* Eſt unitum rei hypothecatæ; ergo eſt hypothecatum. *Fallit enim in tribus caſibus.*

70 *Aggregatio bonorum facta ab extraneo bonis alterius majoratus antea hypothecæ ſubjectis, multùm differt ab illis tribus caſibus.*

71 *Augmentum proveniens ex hac aggregatione, non eſt à natura.*

72 *Hoc augmentum eſt diſcretum & de per ſe ſtans.*

73 *Augmentum proveniens ex facto aggregationis Tertii, non provenit ex facto ipſorum contrahentium.*

74 *Augmentum non ſequitur rei auctæ, quando inter eam & illud datur diverſa ratio.*

75 *Majoratus aggregatus Majoratui, manet dependens ab illo.*

*Partes accedunt Toti; non una pars alteri. ibidem.*

76 *Si incorporatio unius rei cum re hypothecata æquè principaliter ſufficeret ad extendendam hypothecam ad rem unitam, ſequeretur abſurdum.*

77 *Hypotheca ex facultate Regia conſtituta ſuper re majoratus, non extenditur ad aliam quantumvis connexam.*

*Facultas conceſſa ad alienandum bona majoratus limitata, denegata intelligitur in aliis. ibidem.*

78 *Licèt hypotheca contracta ſuper re principali, renovata cenſeatur in augmento proveniente ab ipſis contrahentibus, hoc ideo eſt quia talis effectus cauſatur à voluntate contrahentium qui tacitè conſenſerunt hypothecæ, qui omninò abeſt à caſu aggregationis factæ à Tertio, & n.79.*

80 *Tertius aggregans bona ſua antiquo majoratui, non poteſt comprehendi in contractu antecedente inter hypothecarium & hunc poſſeſſorem majoratus celebrato.*

81 *Repetitio hypothecæ ſolum adeſt inter ipſos principales contrahentes in tacita reconductione.*

82 *Hypotheca præcedens non operatur reſpectu Tertii, qui rem ſuam pro ſecuritate contractus hypothecavit.*

83 *Diſpoſitio ſuper augmento, eſt novus contractus reſpectu Tertii.*

84 *Fidejuſſio primi contractus non trahitur ad poſtea conventum.*

*Hypotheca contracta in augmento dotis non operatur in præjudicium contrahentis cum marito inter dotem principalem & ejus augmentum. Ibid.*

85 *Facultas ad condendum majoratum conceſſa à Principe, non extenditur ad bona poſtmodùm aggregata ab eodem conditore.*

86 *Augmentum non ſequitur naturam rei auctæ in præjudicium Tertii.*

87 *Aggregatio ſolùm aſſumit naturam primi majoratus in ſua primitiva fundatione, quoad ſucceſſiones, conditiones, & qualitates in ea contentas.*

88 *Ea eſt intentio aggregantis ut majoratus antiquus augeatur & illuſtretur.*

89 *Inducta ad augmentum non debent operari diminutionem.*

90 *Aggregans, ex actu aggregandi, prohibet bonorum ſuorum alienationem.*

91 *Hypotheca ſpecialis non extenditur ad bona futura.*

92 *Hypotheca contracta ſuper bonis majoratus ex facultate Regia, eſt ſpecialis.*

*Idem eſt demonſtrare perſonam per ſignum certum, vel ipſam nominatim exprimere. ibid.*

*Specialis hypotheca eſt, quæ limitatur ad certum genus bonorum. ibid.*

93 *Hypotheca reſtricta ad certum genus bonorum, non comprehendit futura & noviter adquiſita.*

*Genus habetur pro ſpecie, quod non poteſt verificari niſi in una ſpecie. Ibid.*

94 *In quacunque diſpoſitione ſolùm continentur ea jura quæ exiſtebant tempore diſpoſitionis, non autem futura, maximè noviter creata.*

95 *Quando ex facultate Regia hypothecantur bona majoratus, ipſe majoratus non cadit ſub hypotheca.*

96 Majoratus *eſt nomen univerſale, ſicuti* Grex, mercimonium, *&c.*

97 *Aliud eſt hypothecare jus univerſale, aliud res ipſas particulares ſub eo contentas.*

*Penſio Eccleſiaſtica non imponitur ſuper ipſo beneficio, ſed ſuper fructibus. ibid.*

98 *Sub nomine univerſali comprehenditur acceſſorium & augmentum.*
99 *In his quæ ſunt ſtricti juris, extenſio fit ad augmentum.*
100 *Quando augmentum provenit à trahentibus, pacta, conditiones, & hypotheca cenſentur repetita quæ erat in priori contractu.*
101 *Hypotheca contracta ſuper fructibus beneficii, non extenditur ad fructus beneficii uniti.*
102 *Hypotheca contracta ſuper bonis dotalibus, non extenditur ad augmentum dotis poſtea datum ab uxore, vel ab alio ejus nomine.*
103 *An facultas Regia ad hypothecanda bona majoratus, extendatur ad jam aggregata, nulla facta relatione ad Principem.*
104 *Idem & æquale judicium eſt rei principalis & unitæ.*
105 *Major eſt ratio ut trahatur hypotheca ad augmentum exiſtens tempore facultatis Regiæ, quam ad ſubſequens.*
106 *In impetratione rei principalis non tenetur impetrans facere relationem Principi de re unita, cùm tacitè ineſſe dicatur.*
107 *Per unionem unius rei factam alteri, in iſtam omnia emolumenta tranſeunt.*
108 *In augmento rerum feudalium nova inveſtitura non requiritur.*
109 *Facultas ad hypothecanda bona majoratus, non trahitur ad jam aggregata, ſi non facta ſit illorum mentio Principi.*
110 *Aggregatio facta majoratui non ſtat acceſſoriè ad bona antiqui majoratus, ſed æquè principaliter.*
111 *Quando una res eſt æquè principaliter unita alteri, in impetratione debet fieri relatio & mentio utriuſque.*
112 *Caſu quo acceſſoriè majoratus unus alteri uniatur, debet intelligi facta unio ipſi majoratui tanquam perſonæ fictæ.*
113 *Facultas nunquam conceditur ad hypothecandum majoratum, ſed bona ipſius tantùm.*
114 *Cùm principale non eſt hypothecatum illæſum permanet acceſſorium.*
115 *Author tenet, facultatem Regiam extendi ad bona jam aggregata ſivè acceſſoriè ſive principaliter, etiamſi Principi non fuerit facta eorum mentio.*
116 *Verbum,* bona, *adjectum genitivo,* Majoratûs, *indicat omnia bona pertinentia ad majoratum, ſive ex dominio, ſive ex poſſeſſione.*
117 *Diſpoſitio bonorum per nomina poſſeſſiva complectitur omnia bona mobilia, & immobilia, jura, & actiones.*

1 AN & quibus caſibus bona cenſeantur aggregata, & per alium incorporata antiquo majoratui, & quos effectus hæc aggregatio producat, multa ſcripſerunt Molina *de primogen. l. 1. c. 26. per tot. & ib.* Additionatores: Joan. Garcia *de expenſ. & meliorat. c. 22. per tot.* Caſtillo *controverſ. l. 3. c. 10. per tot.* Anton. de Amato *variar. reſol. tom. 1. reſol. 14. ex n. 17. cum ſeq.* & quamplurimi alii ab eiſdem citati.

Prædictorum aſſertionibus & reſolutionibus noſtra quæſtio non eget, cùm verſetur ſuper augmento & rebus indubitabiliter poſt hypothecam aggregatis & incorporatis antiquo majoratui, an ſcilicet ad ea extendatur hypotheca præcedens virtute facultatis Regiæ, legitimè contracta ſuper bonis majoratus tunc exiſtentibus, quando hoc augmentum & bonorum aggregatio poſtmodùm ſuper . evenit ex diſpoſitione alterius? ardua eſt quæſtio, & admodùm difficilis viris doctis meritò viſa fuit, inextricabilibus & penè indiſſolubilibus ambagibus involuta, quam hactenus à nemine ſcriptam nec tactam vidi, eandem ad partes diſputabimus.

Et pro affirmativa, ut ſcilicet facultas Regia & hypotheca præcedens ſuper bonis majoratus antiqui trahatur ad hoc augmentum; & bona per alium illi poſtmodùm aggregata plurima & invincibilia urgent fundamenta.

Primum eſt; augmentum rei principalis ita unitum & incorporatum eſt cum ea, ut una & eadem ſit, & pars ejus judicatur & unum facit corpus, & ejuſdem efficitur naturæ & qualitatis, ita ut idem ſit judicium in utroque, & quod in aucta diſponitur, idem ad ejus augmentum superveniens protrahatur; ſuper hoc axiomate multa jura & Doctores cumularunt, & ad varios caſus, doctrinas, & exempla huic noſtro primo fundamento valde conducibilia intulerunt, quæ repetere faſtidioſum foret; videantur Auguſt. Barboſa *axiom. 34. Bert.* Valaſc. *in axiomat. lit. A. ex n. 621.* & ultra eos Mierez abundè *de majoratu, 1. par. q. 10. per tot. & 2. par. qu. 8.* Petr. Surd. *conſ. 397. ex num. 10. cum multis ſeqq.* Ferdin. Arias de Meſſa *var. reſol. lib. 2. c. 42. per tot.* & alii plurimi quos conſulto omittimus, & quamplurimi per diſcurſum allegandi. 2

Ergo ſi augmentum, una ſit res cum re aucta, ad id debet extendi jus hypothecæ præcedentis, quia una & eadem res non debet diverſo jure cenſeri, *l. eum qui ædes ff. de uſucapion. cap. quia circa, de privileg. cap. cum in tua, de decimis,* Barboſa *axiomat. 135. n. 7.* & connexorum idem eſt judicium, *jur. & Doctor.* per Barboſ. *axiom. 51. per tot. adductis,* & cùm ſit pars rei principalis, idem debet ferri judicium de parte quoad partem, quod de toto quoad totum; *l. quæ de tota, ff. de rei vindic. l. à Titio, ff. de verb. oblig. l. juris gentium §. adeo, ff. de pact.* Barboſ. *axiom. 132. num. fin.* quia non dicitur pars, quæ à ſuo toto diſcedit. 3 4

Secundò, quia obligatio & hypotheca generalis non ſolùm comprehendit bona præſentia, ſed etiam trahitur ad futura & noviter adquiſita & incorporata cum patrimonio debitoris obligato, text. *in l. fin. Cod. quæ res pign. oblig. poſſ.* ibi, *ſuper qua generali hypotheca illud quoque ad conſervandam contrahentium voluntatem ſancimus, ut ſi res ſuas ſupponere debitor dixerit, non adjecto, tam præſentes quàm futuras: jus tamen generalis hypothecæ etiam ad futuras res producatur.* Exornant latè Gaitus *de credito, c. 4. quæſito 5. ex nu. 53. cum ſeqq.* ſed bona majoratus generaliter hypothecæ ſubjiciuntur ex facultate Regia; ergo ad bona futura, quæ poſtmodùm aggregata fuerunt ipſi majoratui, & de novo quæſita, protrahi debet hypotheca. 5

Tertiò fortiter pro hac parte pugnat, nam majoratus eſt nomen univerſitatis, & eſt titulus univerſalis, & quoddam jus univerſale prout eſt peculum, hæreditas, dos, grex, mercimonium, & ſimilia, admittens in ſe ipſo augmentum & diminutionem, prout latè probat Molina *de primogen. l. 1. cap. 26. ex num. 26. uſque ad fin.* ſed jus univerſale hypothecatum extenditur ad augmentum ipſius juris, ut probant text. *in l. grege, in princ. ff. de pignor.* ergo hypothecato majoratu tanquam jure univerſali debet hypotheca extendi ad ejus augmentum. 6 7

Quartò: nam licet facultas ad bona majoratus hypothecanda ſit ſtricti juris, atque ſtrictæ interpretationis, ita ut non extendatur de re ad rem, 8

de perſona ad perſonam, nec de tempore ad tempus, ut latiſſimè comprobavimus *in hoc Labyrintho 2.par.c.4.n.12.& cap.10. ex n.68. cum ſeqq. & cap.11.ex n.10.tom.2.* ac pariter ipſa hypotheca ſit ſtricti juris non admittens extenſionem, *l. in pignore 55.l.ſi fidejuſſores 69.ff.de fidejuſſor.* & Rotæ

9 deciſionem Merun.*de pignorib.l.4.tit.5.q.147.* Tamen etiam in iis quæ ſunt ſtricti juris, ut ſtipulatio, *l. quidquid adſtringendæ, ff. de verb.oblig.* & ſimilia, ad augmentum rei principalis in obligationem & pactum deductæ diſpoſitio extenditur, ita ut omnia pacta & conditiones in contractu rei principalis appoſitæ, intelligantur tacitè repetitæ in augmento poſtea contracto, etiamſi inter partes contrahentes nihil de eo actum ſit expreſsè, quia tacitè ex legis interpretatione deducitur eorum voluntas & conſenſus: ſunt ad hoc jura ſingularia & expreſſa in *l. ſi conſtante, 19.§.idem licere, Cod. de donat. ante rupt. l. etiam Cod.de jur. dot.* his verbis: *Etiam ſi non dotem reddit ſibi mater, ſed ea quæ in dotem data ſunt, ut eam ſequerentur vel ad ſe pertinerent durante matrimonio, filia decedente, actionem ex ſtipulatu videri quæſitam, æquiſſimum eſſe judicamus: cui conſequens eſt, ut etiam id quod additamenti cauſa in dotem datum eſt, eadem actione repetatur.* ubi celebris Gloſſa, *verb.additamenti,* text. optimus in *l.inter, 26.§ cùm inter, ff.de pact.dotalib.* in hæc verba: *Cùm inter patrem puellæ & generum convenit, ut in matrimonio ſine liberis defuncta filia, dos patri reſtituatur; id actum inter contrahentes intelligi debet, ut liberis ſuperſtitibus filiâ defuncta dos retineatur, nec ſeparabitur portio dotis additamenti causâ data, ſi poſtea nihil aliud convenit.* item in *l. quoties 10.§.conſtat autem, ff. de adminiſtrat. tutor.* his verbis, *Conſtat autem, eum qui ad augmentum datur, ut puta ad bona materna, quæ poſtea acceſſerunt, vel ad quid aliud augmentum, adminiſtrare priſtina bona non ſolere, &c. Per contrarium autem qui datus eſt ſimpliciter tutor pupillo, vel curatori ſi quid poſtea augmenti acceſſerit, periculo tenetur, quamvis ſoleat ad augmentum dari curator: quæ res non facit, ut ipſa augmenta non pertineant ad curam priorum tutorum, ad quos omnis utilitas pupillorum debet pertinere, ſive igitur datus eſt, communicabitur periculum cum prioribus, ſive datus non eſt, tenebitur adminiſtrationis neceſſitate is qui antea erat datus.* item in *l. non quocunque modo. 84. §. Julianus ff.de legat.1.*

10 Ex quibus juribus deducit Tiraquell.*de retract. lignag.§. 1. gloſ.18.num.53.* videndus ex *num.50.* ut ea quæ ſunt ſtricti juris trahantur ad augmentum, & loquitur in contractu, ſententia, & privilegio, quæ eſſe ſtricti juris probat: id ipſum probant Bald. in *l.etiam, Cod. de jur.dot.notab.2.* reputat ſingulare Aretin. in *l. ſi in teſtamento, ff. de vulg. & pupill.ſubſtit.* Jaſ. *in rubr. ff.de jur.dot. colum.fin.* Roland. à Valle *de lucro dot.quæſt.100.*

11 *num.5. & 8.* & iterum ex *num. 11. cum ſequentib.* aſſerit quod pactum de lucranda dote habet locum non ſolum in ea dote, quæ eſt data à principio, ſed etiam pro augmento dotis ſuperveniente poſt pactum; ita ut ſi ſuper augmento dotis non fuerit novum pactum adjectum, jungatur veteribus pactis adjectis doti principali, etiamſi de illis repetendis nihil in augmento per contrahentes dictum ſit: per *dict. l. inter ſocerum, §. cum inter, ff. de pact. dotalib.* Cynus *in dict. l. ſi conſtante*: per text. *ibidem not.4. de donat. ante rupt.* idem Cynus & Bald. *in dict. l. etiam*: Paul. de Caſt. *in conſil.8.incip. Ad primum.* Pariſius *conſil. 126.* & præter hos Doctor. ex aliis idem aſſerit Mierez *de majorat.par.1. quæſt.10. num.30. & 31.*

Atque etiam Statutum, quod eſt ſtricti juris, 12 & ſtrictæ interpretationis, diſponens ſuper lucro dotis, extenditur ad augmentum, cum ſit pars dotis, & una & eadem res cum dote, quæ ideo diverſo jure non debet cenſeri: fuit doctrina originalis Abbatis in *conſil. 46. dubio 2. vol. 1.* quem referunt & ſequuntur Campeg. *de dote, in par. quæſt. 9.* Pariſ. *conſil. 126. colum. & conſ. 62. col. 3. vol. 4.* & Paul. de Caſtr. *conſil. 290. col. 3. in fin. vol. 1.* & de Communi teſtatur Roland. à Vall. *de lucro dot. quæſt. 100. n. 15. & per tot.* ſequitur Petr. Surd. *conſ. 297. ex n. 10. cum multis ſeqq. tom. 3.*

Et iterum de privilegio, quod eſt ſtricti juris, 13 *l. ſi quando, Cod. de inoff. teſtam.* ex quo Princeps conceſſit territorium quoddam cum juriſdictione, ſi poſtea ſimpliciter augeatur territorium, ad augmentum extenditur juriſdictio antea conceſſa, etiamſi nihil dictum ſit de juriſdictione, ut ex doctrina *Angeli* probat Roland. à Vall. *d. quæſt. 100. n. 10.* idem Angel. in *l. item fundi, §. huic de uſufruct.* Covar. *practicar. quæſt. c. 2. verſ. eadem ratione: & n. 8.* latè Nicol. Boërius *deciſ. 50. num. 17.* Ant. de Queſada *quæſt. ult. n. 36.* conducunt ſcripta per Menoch. *de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 189. n. 15.* Alia huic doctrinæ valde ſimilia congerit Auguſt. Barboſ. *n. 8. & 9. & ex n. 37. cum ſeqq. in Voto 91.* & Larrea *allegat. fiſcali 89. per tot. tom. 2.*

Item ſatiſdatio, & fidejuſſio, quæ ſunt ſtricti 14 juris, operantur in portione poſtea aucta per jus accreſcendi: text. *in l. fin. ff. quor. legator.* cum *concordantib.* ut per Menoch. *de adipiſc. poſſ. remed. 2.* Mierez de majoratu, *1. par. q. 10. n. 25.* Ergo pari ratione, licèt facultas ad hypothecandum bona majoratus, & ipſa hypotheca ſint ſtricti juris, debent extendi ad bona poſtea aggregata, & ad quodlibet majoratus augmentum poſtea ſuperveniens.

Quintò magis in terminis probatur: nam hypotheca contracta ſuper fundo, & naturaliter per 15 alluvionem, ſeu ex natura rei vigore conſolidationis creverit ad augmentum trahitur præcedens hypotheca contracta text. eſt expreſſus *in l. ſi convenerit: §. ſi nuda proprietas pignori data ſit uſuſfructus, qui poſtea accrevit, pignori cedit. Eadem cauſa eſt alluvionis: 18. ff. de pignor. act.* text. etiam expreſſus in *l. ſi fundus hypothecæ datus ſit, deinde alluvione major factus eſt, totus obligabitur: 16. ff. de pignorib. l. 4. ff. de jur. dot.* his verbis: *ſi proprietati nudæ in dotem datæ uſuſfructus acceſſerit, incrementum videtur dotis, non alia dos, quemadmodum ſi quid alluvione acceſſerit;* ſi eſt dos pars accreſcens, & dotis augmentum, ergo & tacita hypotheca ad illa extenditur. *d. §. nuda, cum ſimilibus.*

Sextò & hæc pars affirmativa fortiter probatur: nam tacita hypotheca dotalis pro principali 16 dote ab initio conſtituta, trahitur ad augmentum ipſius dotis poſtea ſuperveniens: textus expreſſus *in authen. de æquitate dotis §. aliud, collat. 8.* ubi hypotheca conceſſa doti principali, conceditur & extenditur etiam ad augmentum ipſius dotis, ibi: *ſi autem non utrinque immobiles res fuerint, mulierem omnino per immobiles res celebrare augmentum, & ut dos & augmentum ſimiliter habeat adverſus antiquiores creditores privilegium, undique indubitato augmento exiſtente, &c.* textus etiam expreſſus in *l. ſi conſtante, §. jura autem hypothecarum quæ in augenda dote, vel donatione fuerint, ex eo tempore initium accipiant, ex quo eadem*

*dem hypothecæ contractæ ſunt, &c. Cod. de donat. ante nup.* textus in *l. etiam* 8. *Cod. de jur. dot.* & per hæc jura ita poſt alios firmarunt Neguſant. *de pignorib. 4. membr. 2. par. princip. n. 46.* & iterum *5. par. princip. memb. 2. n. 17.* Tiraquel. in *l. ſi unquam, verb. donatione largitus, n. 18. Cod. de revoc. donat.* idem Tiraquel. *in tractat. de retract. linager. §. 1. gloſ. 18. ex n. 53.* Petr. Barboſ. *in 3. par. Rubricæ, ex n. 65. ff. ſol. matrim.* Roland. à Vall. *de lucro dot. quæſt. 100. n. 5.* Acoſta *de privileg. creditor. regul. 2. ampliat. 6. ex n. 568. fol. 163.* Fontanel. *de pact. dotal. tom. 2. clauſ. 14. & fin. gloſ. unic. part. 1. n. 94. fol. 6. 7.* Noguerol. *allegat. 30. ex n. 22. uſque ad 27.* Cardinal. Mantic. *de contractib. lib. 11. tit. 19. n. 13. & tit. 26. ex n. 13.* Gaïtus *de credito, cap. 4. quæſito 11. ex n. 1594. cum ſeq. fol. 413.* Petr. Surd. *l. 3. conſ. 397. n. 10. 17. & 18.* Franchis *dec. 603.* Ant. Faber. *in ſuo Cod. defin. 16. l. 8. tit. 8.* Qua igitur ratione poterit augmentum & aggregatio bonorum ſuperveniens antiquo majoratui relevari ab hypotheca contracta ſuper bonis majoratus principalis, virtute facultatis Regiæ.

17 Septimò probatur hæc pars ex textu ſingulari in *l. item quæritur, §. qui impleto, ff. locati*: ubi hypotheca expreſsè contracta inter locatorem & conductorem pro certo tempore, renovata cenſetur in tacita reconductione & in augmento temporis tacitè inter eoſdem convento, ibi: *qui impleto tempore conductionis remanſit in conductione, non ſolum reconduxiſſe videbitur, ſed etiam pignorum videtur durare obligatio*: & hanc tacitam temporis extenſionem & prorogationem, *augmentum conductionis*, communiter vocant Doctores, & promiſcuè de hoc temporis augmento judicant
18 quod de augmento rei hypothecatæ Bertazol. *in repetit. leg. ſi quis major, Cod. de tranſact. quæſt. 1. n. 17.* Alvarez Valaſc. *in Axiomat. lit. A. n. 624.* & optimè poſt alios Mierez *de Majorat. 1. par. quæſt. 10. n. 20. & ſeqq.* & ideo quamvis text. non loquatur in augmento rei hypothecatæ, ſed in augmento & prorogatione temporis, & renovatione ejuſdem contractus, adhuc tamen de tempore ad rem, & de re ad tempus valet argumentum; & diſpo-
19 ſitum in uno, etiam procedit in altero, ut per jura & plurimos DD. probat Alvarez Valaſc. *in axiomat. lit. A. n. 517.*

20 Et quod omnia pacta & conditiones quæ continentur in priori locatione, nec non hypotheca expreſſa tacitè intelligantur renovata & repetita in augmento temporis & tacita reconductione, ex *d. §. qui impleto*: probat Bald. *ibidem in 2. lectura, in ſummario*; notans quod reconductio tacita ejuſdem eſt qualitatis cujus eſt expreſſa, quia eadem etiam pacta & pignora videntur eſſe repetita: idem ſcribit Angel. *in l. cum ſatiſdatione. §. caveant, Cod. de agricol. & cenſit.* & ex aliis Mantica *de tacit. & ambig. convent. tom. 1. lib. 5. tit. 15. n. 19. & ſeqq.* exornant Acoſta *de privileg. creditor. regula 3. ampliat. 1. ex n. 53.* Gaïtus *de credito, cap. 4. quæſito. 1. ex n. 2149. cum ſeqq. fol. 457.* Noguerol. *allegat. 21. ex n. 20.* qui plures alios
21 ad idem allegant. Et quod hypotheca expreſſa pro vino, oleo vel tritico, promiſſa, ſi valor poſt moram augeatur, ut extendatur ad hoc augmentum, & valoris incrementum, Bartol. *in l. vinum, col. fin. ff. ſi cert. pet.* Neguſant. *de pignor. 2. part. princip. memb. 1. n. 52.* & poſt alios Mieres *de majoratu, par. 2. quæſt. 10. n. 36.* Igitur hypotheca expreſsè contracta ſuper bonis majoratus ex facultate Regia, debet cenſeri repetita, & extendi ad bona poſtea per alium aggregata, tanquã ad majoratus & hypothecatæ rei augmentum.

Octavò & denique quia hypotheca etiam ex- 22
preſſa ſuper aliqua re, trahitur ad augmentum ipſius rei hypothecatæ, ut putà ſi res tempore hypothecæ ſit deteriorata ad meliorationes in eadem poſtea factas etiam hypotheca protrahatur: probant text. *in l. ſi fundus 16. §. ſi res, ff. de pignorib.* in hæc verba, *Si res hypothecæ data poſtea mutata fuerit, æquè hypothecaria actio competit, veluti de domo data hypothecæ, & horreo facta; item ſi de loco convenit, & domus facta ſit: item de loco dato, deinde vineis in eo poſitis*, text. in *l. domo pignori data, & area ejus tenebitur, eſt enim pars ejus: & è contra, jus ſoli ſequitur ædificium, 21. ff. de pignorat. act.* text. in *l. Paulus 29. §. domo, ff. de pignorib.* his verbis, *Domo pignori data exuſta eſt, eamque aream emit Lucius Titius, & extruxit, quæſitum eſt de jure pignoris? Paulus reſpondit, pignoris perſecutionem perſeverare*, &c. Gloſſa & communiter Doctores *in dictis jurib.* & alibi paſſim, & allegandi *infra ex n. 49. cum ſeqq.*

Quorum jurium diſpoſitio æquiſſima eſt, & 23
rationi naturali conſona, nam ſi res hypothecatæ diminutio cedit in damnum creditoris, pariter rei augmentum debet cedere juri hypothecæ, & in creditoris utilitatem, quia ad eum ſpectat augmentum ad quem ſpectat diminutio, *l. ſcribit ff. ad Trebel.* Fabian. *in authent. noviſſima, num. 88. & ſeqq. Cod. de inoff. teſtam.* Ruynus *conſil. 57. n. 10. circa med. & n. 13. lib. 5.* Petr. Surd. *Conſil. 128. num. 10.* Gratian. *deciſ. 85. n. 6.* Alvarez Valaſc. *in Axiomat. lit. A. n. 628.* quia augmentum & diminutio pari paſſu ambulant, juxta regulam *leg. ſi ex toto, in princ. ff. de legat. 1.* Barboſ. *axiom. 34. num. 10.*

Hæc ſunt jura & fundamenta, quæ viriliter 24
ſuſtineant hanc partem affirmativam, ut facultas & hypotheca bonorum majoratus præcedens extendatur ad quodlibet augmentum & aggregationem bonorum quomodolibet poſtmodùm ſupervenientem.

Sed pro contraria parte, ut ſcilicet ſaltem in 25
hoc caſu particulari, de quo noſtra diſceptatio eſt, nullo modo facultas & hypotheca præcedens extendatur, nec protrahatur ad hoc genus augmenti provenientis ex aggregatione bonorum per Tertium extraneum facta antiquo majoratui, propter diverſitatem rationis militantis in aliis augmenti generibus, multa urgent etiam fortiſſima fundamenta ſuo loco aptiùs ſcribenda in quarta concluſione *ex n. 69. cum multis ſeqq.*

Et ut perfectiùs in tam ardua & difficili quæſtione veritas percipiatur, operæ pretium erit, genera varia augmentorum diſtinctè deſcribere, & per quatuor concluſiones diſceptare, & elucidare.

## *Prima Concluſio.*

Hypotheca contracta ſuper re principali exten- 26
ditur ad augmentum proveniens à natura, putà per alluvionem, vel à natura rei, putà per conſolidationem uſusfructus cum proprietate hypothecata, vel utilis dominii cum directo: de quo jura ſunt expreſſa *in l. ſi convenerit, §. ſi nuda proprietas, ff. de pignor. act. l. ſi fund. 16. ff. de pignorib. l. 4. ff. de jur. dot.* quæ adduximus in 5. *fundamento ſupr. n. 15.*

Quoniam adducta per alluvionem rei principali 27
naturaliter cum ea uniuntur, *l. in rem 23. §. idem* quæ-

*quæcumque*, *ff. de rei vendic.* qua de cauſa omnes qualitates & conditiones rei protinus augmento huic inſeparabiliter communicantur, *l. ſi ego*, §. *idem ait*, *ff. de publiciana*, *d.l.* 4. *ff. de jur. dot. l. fin. C. de alluvionib.*

28 Nam quemadmodum fundus occupatus à flumine, fit fluminis, & prior Dominus fundi Dominium amittit, *l. ergo* 30. §. *alluvio*, *verſ. itaque*, *ff. de adquir. rer. dom. l.* 1. §. *ſi foſſa*, *ff. de fluminib.* quia impoſſibile eſt ut alveus alterius juris ſit quàm
29 ipſum flumen, *l.* 1. §. *ſimil. modo*, *ff. de fluminib.* & propterea alveus ſemper ſequitur fluminis cauſam, *l. ergo* 30. §. *duobus*, *ff. de adquir. rer. dom.* ut
30 abundè probat Arias de Meſſa *variar. reſol. lib.* 2. *cap.* 43. *n.* 9. 10. & 11. Caldas Pereira *de empt. & vendit. ex n.* 46. *cum multis ſequentib.* Ita pariter
31 alveus à flumine derelictus, & ab eo ſejunctus, eorum eſſe incipit, qui propè ripas prædia poſſident, & illis hoc naturale augmentum accreſcit, *l. Attius* 38. *ff. de adquir. rer. dom.* poſt plures Arias de Meſſa *ubi proximè*, *ex n.* 1. & *n.* 9.

32 Qui *n.* 5. aſſerit per jura, & DD. quos allegat, quod quemadmodum poſt perfectam venditionem periculum rei emptæ pertinet ad emptorem, pariter incrementum hoc naturale ad eum debet
33 pertinere: ubi etiam de creditore hypothecario, ut eidem hoc augmentum alluvionis accreſcat. Similiter etiam ad uſufructuarium hoc aug-
34 mentum jure acceſſionis ſpectare, ex *l. item ſi fundi* 9. §. *ſed ſi inſula*, *ff. de uſufructu*: abunde probat Caſtillo *de Uſufructu. cap.* 37. *ex n.* 22. *cum ſeqq.*

35 Quare hoc augmentum naturale ad rem emphyteuticam, ab emphyteutæ induſtria & ſumptu non proveniens, ſed natura ipſa tantum de per ſe caſu operante, ſive pateat, ſive lateat, dicitur commodo ipſius emphyteutæ cedere, & accreſcere utili dominio, & ad emphyteutam pertinet toto eo tempore quo emphyteuſis duraverit, ita tamen ut ipſa emphyteuſi quomodolibet finita, ad Dominum directum redeat, de quibus latiſſimè poſt plurimorum Doctorum allegationes videndus erit Anton. de Amato *variar. reſol. tom.* 1. *reſol.* 14. *ex n.* 22. *cum ſeqq.*

36 Et cùm à jure æquiparatum ſit augmentum proveniens ex cauſa alluvionis, & ex cauſa conſolidationis, ut ſunt jura expreſſa in *dict. l. ſi convenerit*, §. *ſi nuda proprietas pignori data ſit*, *uſusfructus*, *qui poſtea accrevit*, *pignori cedit*: *eadem cauſa eſt alluvionis.* 18. *ff. de pignorib.* ſimilis textus in *l.* 4. *ff. de jur. dot.* ibi; *ſi proprietati nudæ in dotem data uſusfructus acceſſerit*, *incrementum videtur dotis*, *quemadmodum ſi quid alluvione acceſſerit.*

37 Idem dicendum erit in conſolidatione ex quacumque cauſa proveniente, ut in utili dominio conſolidato cum directo, nam prædicta jura licèt duntaxat loquantur in conſolidatione uſusfructus, exempli gratiâ id factum fuit, cùm ratio deciſionis & determinationis militet etiam in omni conſolidatione unius rei diſmembratæ, & poſtea ex ſua natura conſolidatæ, nam in utraque conſolidatione admitti debet hypothecæ extenſio: quia ubi duo caſus ſunt à jure æquiparati, diſpo-
38 ſitum in uno, ſubintelligitur etiam diſpoſitum in altero: plures ad id Doctores citat Alvar. Valaſc. *in axiom. lit. C. n.* 20. Et in terminis quod ſi cum directo dominio hypothecato conſolidetur utile, ut ad hoc augmentum extendatur hypotheca probat Caſtillo *deciſ.* 10. *n.* 4. noviſſimè Mercur. Merlin. *in tract. de pignorib. & hypothec. lib.* 2. *titul.* 1. *quæſt.* 2. *ſub n.* 21. *in fin. fol.* 42. ubi etiam de conſolidatione uſusfructus cum proprietate hypothecata.

Et ideo in hac materia Doctores promiſcuè 39
loquuntur de augmento rei per conſolidationem uſusfructus cum proprietate, & dominii utilis cum directo ut videre eſt ex Molina *de primogen. lib.* 1. *cap.* 26. *ſub n.* 28. *verſ. ex quibus infertur*: aſſerens quod in rebus majoratus utile dominium conſolidatum cum directo, & uſusfructus cum proprietate conſolidatus, eidem majoratui accreſcit, in quo proprietas ſeu dominium directum comprehenſum erat: ex pluribus Doctoribus per eum allegatis: optimè etiam per multos Modernos Joan. Garcia *de expenſis & meliorat. cap.* 22. *n.* 10. 11. & 12. multa etiam per Peregrin. *de fideicom. art.* 10. *n.* 8.

Nam ea quæ conſolidantur, eodem jure, quo 40
ipſa bona cum quibus fit conſolidatio, adquiri dicuntur, quia per conſolidationem una res efficitur cum illa cui inſeparabiliter unita eſt, & eadem portio quæ unitur per conſolidationem, eodem jure & titulo poſſidetur, quo res cui accedit & conſolidatur; ut conſiderat Bald. *conſil.* 300. *Statuto cavetur*: per text. in *d. l. ſi proprietati*, *ff. de jur. dot. & l. ſi tibi homo*, §. *fi. ff. de legat.* 1. & *l. ſi hæres*, *ff. ad Trebell.* quem ſequitur Tiraquell. *de retract. linager.* §. 1. *gloſ.* 3. *n.* 2. & *gloſ.* 7. *n.* 6. & *in* §. 32. *gloſ.* 1. 72. & *n.* 75. Pariſien. *in conſuetud. pariſ. tit.* 1. §. 30. *n.* 72. & 73. Covar. *in epitom. ſuper* 4. *Decretal.* 2. *par. cap.* 7. §. 1. *n.* 9. Ludov. Molina *ubi proximè*, *n.* 9. & 28. *verſ. ex quibus infertur*: latiſſimè videndus Mieres *de majoratu*, 1. *part. quæſt.* 10. *ex n.* 166. *cum ſeqq. tom.* 1. optimè Peregrin. *d. art.* 41
10. *n.* 8. & 9. inferens quod hoc jus utile ſic unitum ex legis diſpoſitione per attractionem tranſit cum directo ad quemcunque; quapropter dicendum erit, quod hypotheca ſuper proprietate trahi debet ad hoc augmentum uſusfructus, & utilis dominii conſolidati cum proprietate, ex juribus expreſſis *ad princip. hujus primæ Concluſionis*, *adductis.*

Ad hanc etiam primam Concluſionem ſpectat 42
augmentum proveniens ex temporis beneficio & præſcriptione, quæ quaſi alluvio dicetur: ut conſiderat Peregr. *de fideicom. d. artic.* 10. *ſub n.* 11. Caſtill. *controverſ. tom.* 6. *c.* 155. *n.* 8.

Et ideo res præſcriptione acquiſita per poſſeſ- 43
ſorem majoratus ex cauſa, jure, & titulo majoratus, & tanquam res majoratus, fit majoratus & hæreditatis, & pertinet ad majoratum, & ejuſdem fit qualitatis, in eaque ſicut in cæteris bonis majoratus ſucceditur, cùm attendatur cauſa primordialis, jus, & titulus ex quo res ipſa adquiritur & præſcribitur, ita tenet & comprobat Molina *de primog. l.* 1. *c.* 26. *n.* 7. & 8. Joan. Garc. *de expenſis & meliorat. c.* 22. *n.* 12. *cum ſeqq.* & in *tract. de conjug. acquæſtu. n.* 9. & *ſeqq.* qui inde ad alia ſimilia inferunt: plurimos ad idem congerit Caſtill. *controverſ. tom.* 6. *cap.* 155. *ex n.* 8. & *ſeqq.* & Addit. ad Molinam. *d. n.* 7.

Item quando res præſcribitur per hæredem ti- 44
tulo & jure hæreditario, ut pertineat ad hæreditatem, & quod iſtud augmentum cedat in utilitatem hæreditatis, & non hæredis; & quod in reſtitutione hæreditatis ex præcepto teſtatoris veniat hoc augmentum, & res hoc modo & jure præſcripta, doctè & latè fundat Peregrinus *de fideicommiſſ. art.* 10. 11. & 12. ubi etiam quod quando præſcriptio cœpta fuit in vita defuncti, & 45
perficitur per hæredem, ſpectat ad hæreditatem,

&

& judicatur res hæreditatis & ejus augmentum: pro quo expendit textum in *l. veniunt*, *cum l. ſeq. ff. famil. erciſc.* ubi res per hæredem bona fide uſucaptæ ex perſona defuncti, veniunt in judicio familiæ erciſcundæ, & quia præſcribens hæres, à defuncto intelligitur rem habere, non ab eo adverſus quem præſcribit: ut eſt caſus in *l. ſi alienam, ff. de donat. cauſ. mort.* ſequitur Caſtillo *controverſ. tom.6. d. cap. 155. ex n. 8. & ſeqq.*

46 Nam quando finis habet neceſſariam conſequentiam ad principium, non finis, ſed principium attenditur, plures adduximus *in hoc Labyrintho tom.2. par.3. c.4. n.11. & 51. & 52.* adde text. *in l. 3. §. ſcio*, ubi Bald. *ff. de minorib. l. damni infecti*, §. *Sabini ff. de damno infecto*: Maſtrill. *dec.260. n.6.* Tuſch. *pract. concluſ. lit. O. concluſ. 200. ex n.6. cum ſeqq.* Petr. Surd. *deciſ.297. n.12.* Caſtill. *d. cap. 155. n. 11.* qui quidem à *principio*, & *per tot. c.* multa cumulavit ad probandum quod origo & cauſa primæva in omni diſpoſitione ſit ſemper attendenda.

Ex quibus manifeſtè ſequitur quod creditor habens hypothecata bona majoratus, jus etiam habere dicitur ad hoc augmentum proveniens ex legitima præſcriptione, cùm inter bona majoratus computetur.

47 Idem ſimiliter erit dicendum de creditoribus defuncti, ut credita ſua conſequi poſſint ex hoc augmento proveniente hæreditati per præſcriptionem hæredis, titulo & jure hæreditario, cum inter bona hæreditaria computetur, atque ad hanc rem præſcriptam & augmentum extenditur hypotheca, & obligatio bonorum defuncti: prout expreſsè tenet Bald. *in l. Paulus, in princ. ff. de pignorib.* per text. in *d. l. qui alienam*: & *in l. ſi alienam, ff. de donat. cauſ. mort. l. veniunt, C. famil. erciſc. l. 1. in fin. Cod. commun. de legat.* ſequitur Neguſant. *de pignorib. 2. par. princip. memb. 2. n. 54.* quem etiam allegant Peregrin. *d. art. 10. n. 11. ad fin.* & Caſtill. *d. cap. 155. n. 8.*

48 Et ex iis quæ dicta ſunt in hac prima Concluſione *ex n.36. cum ſeqq. verſ. Et cum à jure æquiparatum ſit*; rectè infertur ad poſſeſſorem beneficii penſione gravati in favorem alterius, qui pro credito aliquo obligavit & hypothecæ ſubjecit fructus ſui beneficii, juxta ea quæ copioſè egimus *in hoc Labyr. tom.1. part. 1. cap. 43. per tot.* Quod ſi pro tempore penſio extinguatur, morte, matrimonio, vel renuntiatione, & ſimilibus cauſis, ita ut conſolidetur cum titulo beneficii, ad hanc portionem auctam, & augmentum conſolidationis titulo ſuperveniens, extendetur obligatio, & hypotheca præcedens, cùm pars ſit & portio fructuum accreſcens unita & inſeparabilis ex natura rei, juxta latiùs dicta hactenus.

## *Secunda Concluſio.*

49 Augmentum rei hypothecatæ proveniens ex facto hominis inſeparabiliter ab ipſa re, cedit in utilitatem creditoris, & ipſum augmentum cohærens & inſeparabile comprehendit hypotheca præcedens ſimpliciter contracta.

50 Hæc concluſio verificatur in ædificiis, & aliis neceſſariis, & utilibus melioramentis factis in rebus hypothecæ ſubjectis, quæ tanquam augmentum concretum & affixum inſeparabiliter in ipſa re, illam auget, & ad id extenditur hypotheca ſimpliciter contracta ſuper re ante meliorationem factam ut probant jura expreſſa in *l. ſi fundus 16. §. ſi res, ff. de pignorib. l. domo 21. ff. de pignor. act. l. Paulus 29. §. domo 21. ff. de pignorib.* quæ ſuperiùs adduximus *in 8. fundamento, ex n.22.* probant etiam hanc concluſionem plurimi relati à Molina quos & ipſe ſequitur *de primogen. lib. 1. cap. 26. n. 11. & 12.* quia melioramenta facta in hypotheca, ſunt creditori hypothecata, ſicut ipſa res, tanquam eidem cohærentia, ſive facta ſint à debitore, ſive ab alio Tertio poſſeſſore: optimè probat Neguſant. *de pignorib. 4. membr. 5. part. princip. n.8. 11. 18. & 21.* Vinc. de Franchis *deciſ.38. in fin. & deciſ.456. & deciſ.506.* Marius Giurba *deciſ.63. n.16.* & per Neguſ. & Gail. *lib.2. obſerv.25. in fin.* Pacif. *de Salvian. interdict. inſpect. 3. cap.4. n.644.* tenet noviſſimè Merlin. *de pignorib. & hypoth. lib.2. tit.2. quæſt.69. n.1. & 9.* Covarr. *variar. reſol. lib.1. cap.8. n.3. verſ. cæterum*: Magonius *deciſ.51. n. 3.* Menoch. *de præſumpt. l.3. præſ.32. n.8. in fin.* Cencius *de cenſib. q.98. ſub n. 81. verſ. valor autem.*

51 Ita tamen quod ſi hæc melioramenta fiant à tertio poſſeſſore in re hypothecata, æſtimationem eorum conſequi Tertius debet: ut probatur ex *dict. l. Paulus*, §. *domo*: Neguſant. & Merlin. *locis citat.* & abundè diximus *in hoc Labyrinth. tom.1. part. 1. c. 11. ex n. 64. cum multis ſequentibus uſque ad fin. c.*

52 Quid autem de ædificiis & melioramentis factis in rebus majoratus, ſtante lege 46. *Tauri*, eo quod cedunt majoratui, an ſaltem eorum æſtimatio ſolvi debeat tam poſſeſſori majoratus, quàm Tertio, ædificantibus & meliorantibus? conſule Molinam *ubi proximè*, & *n. ſeqq.* & quos adducunt Additionatores. *ibid.*

53 Hinc etiam eſt, quod ſervitutes adquiſitæ pro rebus hypothecatis, tanquam augmentum inſeparabile, concretum, & rebus ipſis unitum, augent, & eam ex ſui natura ſequuntur, & ei accedunt, quia hoc augmentum de per ſe ſubſiſtere non poteſt: ad latè comprobata per Molinam *d. c.26. ex n.11. & 12.* ubi Additionatores, plurimos alios DD. allegant, nec non ad idem multos congregat Anton. de Amato *variar. reſolut. cap.14. num. 28.*

54 Nam quemadmodum augmentum ſeparabile à re aucta, & quod de per ſe ſtat, non auget rem ipſam, nec eidem perpetuo remanet unita inſeparabiliter, cum ideo dicatur augmentum diſcretum, & non concretum, prout abundè congerit Amatus *ubi proximè, ex n.24. cum ſequentib.* pariter augmentum concretum & affixum ſeu cohærens rei hypothecatæ, ipſam auget, & ipſum complectitur hypotheca præcedens; ex juribus à principio hujus concluſionis citatis, & juxta exempla hactenus ſcripta.

## *Tertia Concluſio.*

55 Augmentum rei principalis deductæ in contractu, originem habens ab ipſiſmet contrahentibus, & per ipſos novus fiat contractus ſuper hoc augmento tacitè ſubjicitur qualitatibus, conditionibus, pactis, & hypothecis, quibus res principalis ſubjecta erat. Hanc concluſionem probant expreſsè text. *in Auth. de æqualit. dot.* §. *aliud, collat. 8. l. ſi conſtante*, §. *jura autem hypothecarum, Cod. de donat. ant. nupt. l. etiam 8. Cod. de jur. dot.* quæ jura expreſsè loquuntur in augmento dotis facto per mulierem, vel alium ejus nomine, viro, inter quos ſimiliter contractus dotis principalis præceſſerat, ut pariter pacta & hypotheca tacitè renovata intelligantur in hoc augmento.

56 Et in hypotheca expreſsè contracta inter conductorem & locatorem, ut in tacita reconductione inter eoſdem tacitè contracta, renoventur pacta, qualitates, conditiones & hypothecæ expreſsè appoſitæ per contrahentes in contractu principali, probat text. *in l. quæritur, §. qui impleto ff. locati*; & in comprobationem hujus concluſionis adducendi ſunt etiam Doctores ſuperiùs cumulati *in 6. fundamento, ex n. 16. uſque ad num. 21.* incluſivè.

57 Ratio fundamentalis hujus concluſionis pariter ſpecialis & diſſimilis eſt à traditis *in 1. & 2. concluſione*: quia ex natura rei geſtæ inter eoſdem contrahentes ſuper augmento, & ex eorum voluntate & conſenſu inducitur à jure tacitum pactum producens renovationem & repetitionem omnium qualitatum & hypothecarum ſub quibus res aucta & principalis in contractum per eos deducta eſt: hæc ratio apertè evincitur ex juribus ſuprà citatis, & Doctoribus in eorum exornationem cumulatis ex *nu. 16. cum ſeqq.* quibus adde text. *in l. legum, Cod. locati*: ibi: *tacito conſenſu eandem locationem unà cum vinculo pignoris renovare videtur*: ut notant Gaït. *de credito, cap. 4. quæſt. 11. n. 124.* Noguerol. *allegat. 21. n. 20.* Acoſta *de privileg. creditor. in præfat. ad regul. 1. n. 36. fol. 17. à tergo*: Mantica *de contractib. lib. 5. tit. 15. n. 19. tom. 1.* & poſt Molinam & Manticam latè proſequitur Gaït. de *quæſito 11. ex n. 153. cum multis ſeqq.* Et ideo nihil mirum quod in hoc augmento proveniente ex facto hominis ſubintelligatur hypotheca, cùm in ea, ſicuti in cæteris pactis, interveniat novus conſenſus contrahentium inductivus renovationis & repetitionis, quo ceſſante, hypotheca non renovaretur, nec ſubintelligeretur in hoc tacito & novo contractu.

58 Et in tantum ratio hæc vera eſt, ut tacita reconductio non inducatur à jure quando in aliquo ex contrahentibus deficit aptitudo conſenſus, ut in pupillo, mente capto, & ſimilibus; quia à lege nunquam fingitur conſenſus, *l. qui ad certum, ff. locati*: ut comprobat poſt alios Mantica *de contractib. lib. 5. titul. 15. n. 10. 11. & 12. & num. 20. & 25.* quapropter ceſſat in illo caſu hypothecæ repetitio.

59 Hæc ratio ex eo fortior redditur, quoniam hypotheca, quæ datur dotis augmento, nova eſt, & noviter contracta, nec eſt illamet, quæ doti principali inducta erat jam, ita ut nec iſta trahatur ad augmentum, nec conceſſa augmento trahitur retrò ad tempus dotis principalis, ſed tantùm operatur, & habet effectum à tempore quo ipſi conjuges præſtiterunt conſenſum augmento dotis: pro hoc datur textus expreſſus in *l. ſi conſtante 19. §. jura autem, C. de donat. ante nupt.* cujus ſunt verba: *Jura autem hypothecarum quæ in augenda dote vel donatione fuerint, eo tempore initium accipiant, ex quo eadem hypothecæ contractæ ſunt & non ad prioris dotis, vel ante nuptias donationis tempora referantur.*

60 Ex quo textu mirabiliter conſideravit *Neguſant.* quod alia eſt hypotheca dotis principalis, alia hypotheca augmenti, in *tr. de pignor. & hypoth. 4. membr. 2. princ. n. 46.* cujus verba ſunt: *Adde etiam, quod privilegium dictæ tacitæ hypothecæ competens pro augmento dotis (ut dictum eſt) competit etiam cum privilegio prælationis, de quo in l. aſſiduis Cod. qui potior, in pignor. hab. ita loquitur Jaſon in rubric. ff. ſolut. matr. in ult. col. Adverte tamen, quod tacita hypotheca quæ competit pro augmento dotis, non refertur ad initium tacitæ hypothecæ contractæ pro ipſa dote, ſed ſumit initium à die ipſius augmenti dotis: text. eſt, & ibi Bald. & Salycet. in l. ſi conſtante, Cod. de donat. ante nupt. & ſic tacita hypotheca, quæ competit pro augmento dotis, non eſt illa quæ competit pro dote, &c.* Et quamvis Doctores ſtatim referendi adducant Neguſant. *in hoc loco*; alius præſtantior eſt ejuſdem Authoris, cujus ipſi Doctores non meminêre, *in 1. membro 5. part. princip. num. 17.* ubi ſic loquitur: *Nec obſtat dicta lex, ſi conſtante, Cod. de donat. ant. nupt. quia hypotheca tacita, quæ à principio fuit conſtituta pro dote, non ſe extendit ad augmentum dotis: & ratio eſt quia tempore datæ dotis non erat in conſideratione augmentum poſtea factum, ſicut ſunt augmenta dotis quæ acceſſoriè veniunt ad ipſam dotem, ut expreſsè notat Paul. de Caſtro in d. conſ. 8. Ad primum reſpondetur &c. in princ. & in fin. ubi vult, quod alia eſt hypotheca tacita quæ oritur pro dote data, & alia quæ oritur poſtea pro augmento dotis facto ex intervallo poſt dotem: quia prima oritur tempore dotis datæ; & ſecunda tempore augmenti facti: & prima habet hypothecata bona quæ maritus habebat tempore dotis, ſecunda autem habet hypothecata bona quæ maritus habebat tempore augmenti facti, & ſic diverſa eſt ratio in augmento dotis, quam ſit in alimentis & augmentum non venit per modum acceſſorii, ad æquè principaliter ad dotem, ſicut veniunt alimenta: ut colligitur ex notatis per Bartol. in l. fin. Cod. per quas perſon. nob. adqu. & per Dynum in Regula Acceſſorium, &c.*

61 Mirabiliter quidem loquutus eſt Neguſant. in iſto puncto, *utroque in loco*, & præſertim *in hoc ultimo*, eundem referentes ſequuntur, adductis etiam Baldo, & Salycero, Cardinalis Mantica *de contractib. lib. 11. tit. 26. nu. 13. & 14.* Acoſta *de privileg. creditor. regula 1. ampliat. 6 n. 568. fol. 163.* Fontanel. *de pact. nupt. t. 2. clauſ. 4. & fin. gloſ. unic. par. 1. n. 94. fol. 637.* optimè Gaïtus *de credito, cap. 4. qu. 11. ex n. 1594. cum ſeqq. fol. 143.* Petr. Barboſ. *in 3. par. Rubr. ff. ſol. matrim. n. 65. 66. & ſeqq.* Petr. Surd. *conſ. 397. n. 17. 18. & 19. l. 3.* Franchiſ. *dec. 613.* ex quibus probatur, quod hypotheca tacita noviter inducta à jure pro augmento dotis in bonis viri, nova eſt, & diverſa ab illa quæ conceſſa fuerat doti principali, cùm noviter oriatur ex nunc à tempore contractus augmenti inter virum & uxorem, quia ex natura rei geſtæ, & augmenti, tacitè inducitur à jure conſenſus contrahentium repetendi qualitates & conditiones in primo contractu ſuper re aucta conjunctæ, effectum habentes à tempore contractus ſuper augmento: & quod non ſit eadem hypotheca præcedens, ſed nova alia orta tempore augmenti dotis, ſequutus Neguſantium *de membr. 4.* noviſſimè dixit Mercurial. Merlin. *de pignorib. l. 3. tit. 2. quæ. 50. n. 15. & 16. fol. 281.*

62 Hoc idem fortiùs videmus in augmento conductionis & tacita prorogatione temporis, juxta text. *in l. cum quæritur, §. qui impleto, ff. locati*, & ea quæ in ejus exornationem ſcripta reliquimus ſuprà ex *n. 17. & ſeqq.* nam in hoc conductionis augmento tacita contrahentium voluntas & conſenſus non ſolum operatur novam reconductionem, ſed etiam novam repetitionem & renovationem hypothecæ antea in priori contractu appoſitæ: text. *in d. §. qui impleto*: ibi: *non ſolùm quis reconduxiſſe videtur, ſed etiam pignorum videtur durare obligatio.* text. etiam in *l. legem Cod. locati*, ibi; *tacito conſenſu eandem locationem*

cum

*cum vinculo pignoris renovare videtur*, & comprobant DD. adducti *ſup. num.* 57. & *ex num.* 16. Ex quo ſequitur, quod conſenſus & voluntas tacita in hoc augmento operantur hypothecæ renovationem & repetitionem, quo deficiente, ſecundus tacitus augmenti contractus maneret abſque hypotheca, nova ſpecificè non adjecta per ipſos contrahentes.

63 Hæc veritas eò magis ſuadetur, quod hæc tacita hypothecæ renovatio non operatur à tempore prioris conductionis contractus, nec ad illud trahitur, ſed operatur dumtaxat à tempore augmenti & prorogatæ conductionis, eo quod illo tempore concurrit conductoris & locatoris, ex perſeverantia unius & patientia alterius, tacitus & fictus utriuſque conſenſus, ita ut hypotheca prioris contractus non ſit eadem verè quæ renovatur in augmento, & prorogatione, ſed alia nova, initium & originem ſumens à tempore augmenti taciti contractus, ſicut diximus de hypotheca augmenti dotis ex *n.* 59. *cum ſeqq.* atque inſuper in noſtris terminis *d.* §. *qui impleto*, expreſsè probarunt Carnazan. *deciſ.* 177. Rovitus *ad pragmatic. de locato & conducto*, *num.* 4. Gaïtus latiùs *in tract. de credito. cap.* 4. *quæſito* 11. *n.* 2149. & 2150. Acoſta *de privileg. credit. reg.* 3. *ampliat.* 3. *n.* 53. 54. & 55. *fol.* 218. Noguerol *alleg.* 21. *n.* 21.

64 Cui veræ reſolutioni obſtare videtur text. in *d.* §. *qui impleto*: ubi expreſsè dicitur, quod in tacita reconductione durat eadem hypotheca contenta in primo conductionis contractu, ibi, *pignorum videtur obligatio*: ergo non erit nova illa quæ tacitè repetitur in augmento conductionis, ſed prior continuata.

65 Huic difficultati occurrit Gaïtus *ubi proximè*, *ex nu.* 2153. dicens Doctores omnes communiter aſſeverare, primam hypothecam eſſe repetitam in ſecunda tacita conductione, quam ejuſdem & ſimilis qualitatis eſſe atque expreſſa in priori contractu: ſi igitur repetita cenſetur (arguit & rectè Gaïtus) fatendum erit in repetitione novum requiri conſenſum locatoris & conductoris, cùm in reconductione novus requiratur conſenſus, ut facta locatio cenſeatur: ad text. *in l.* 1. *ff. locati & l. conſenſu*, *ff. de action. & oblig.* ideo in tacita reconductione conſenſus præſumitur, *ex d.* §. *qui impleto*, *& d. l. legem*; ergo hypotheca non poteſt operari niſi à tempore novi conſenſus, & non antea.

66 Idcirco (proſequitur Gaïtus *ex num.* 2157.) benè concluditur, verbum, *durare*, poſitum *in d.* §. *qui impleto*, interpretandum eſſe, ſcilicet *renovare*; tum ex dictis Belloni *conſ.* 87. tum etiam quia in eiſdem terminis, verbo, *renovare*, uſus fuit Imperator in *d. l. legem*, *Cod. de locato*: ibi, *unà cum vinculo pignoris renovare videtur.*

67 Et licèt hæc reſponſio optimè congruat verbo *durare*, poſito *in d.* §. *qui impleto*, aptiorem aliam conſideravi: nam Conſultus in *d. textu*, non dixit affirmativè, aſſeveranter durare hypothecam, ſed fictè & impropriè juxta verbum, *videtur*, quod ſui naturâ denotat improprietatem, quo Conſultus uſus fuit, motus ex continuatione & vicinitate actuum, conductionis ſcilicet expreſſæ, cum tacita poſteriore; & ideo nihil mirum, quod apparenter videatur eadem hypotheca, non quod in rei veritate eadem ſit continuata, ſed alia nova ex utriuſque contrahentis novo & tacito conſenſu orta & renovata, ex *ſupra dictis hactenus*.

Sed contra has omnes doctrinas à principio hujus tertiæ concluſionis ſcriptas, facit *l. per retentionem* 4. *Cod. de uſur.* ubi debitor hypothecavit rem pro ſorte & uſuris minoribus, poſtea per novum contractum inter eoſdem creditorem & debitorem convênit de uſuris majoribus, dubitatum an eadem hypotheca extenderetur ad novum hoc augmentum uſurarum majorum? Et determinatum fuit non extendi, ſi expreſsè in novo contractu non fuit repetita; in hæc verba, *per retentionem pignoris uſuras ſervari poſſe de quib. præſtandis convenit* &c. hæc ratio ceſſat, ſiquidem tempore contractus de minoribus uſuris convênit: poſtea autem cùm ſe debitor præſtaturum majores repromiſit, non poteſt videri rata pignoris retentio, quando eo tempore quo in inſtrumento promittebantur non convenit ut pignus etiam ob hanc adjectionem teneatur. Cui difficultati facillimè reſpondetur, ſi conſideres quod hoc augmentum in ſpecie illius textus, non supervênit rei priùs hypothecatæ, ſed dumtaxat credito, quod augmentatum fuit, eſtque aliud novum creditum, in quo requirebatur expreſſa repetitio hypothecæ prioris contractus: juxta quam plurima jura per Nos adducta *in hoc Labyrinth.* 3. *par. c.* 13. §. *unic. ex n.* 86. *cum ſeqq.*

Ex quibus firmiſſima remanet noſtra concluſio 68 de qua *ſupr. ex num.* 55. quod augmentum noviter proveniens ex facto eorundem contrahentium ſuper re aucta, ſubjiciatur ex tacito eorum conſenſu omnibus qualitatibus, conditionibus, & hypothecis primi contractus.

## *Quarta Concluſio.*

Ad augmentum bonorum majoratus antiqui 69 poſtmodùm contingens facto hominis extranei aggregantis ſua bona, quantumvis ſint unita & incorporata cum illis ex facultate Regia hypothecatis, hypotheca hæc nullo modo protrahitur, nec extenditur.

Hanc concluſionem negativam multis & efficaciſſimis mediis roborabo. Primò, quia non eſt indiſtinctè & generaliter verum, nec conſtans argumentum, Eſt unitum rei hypothecatæ, ergo eſt hypothecatum: prout ex ſequentibus clarè apparebit: ſolum enim in illis tribus caſibus trium concluſionum præcedentium reperitur in jure extendi hypothecam præcedentem ad augmentum ſubſequens, ex peculiari ratione cuilibet attributa, juxta quæ in ſingulis concluſionibus ex *n.* 26. adnotata remanent.

Iſte autem caſus noſtræ quartæ concluſionis, 70 quando ab extraneo facta fuit aggregatio & unio ſuorum bonorum, bonis alterius majoratus antea legitimè hypothecæ ſubjectis, multùm diverſus eſt & diſtinctus, & nullo modo cadens ſub ratione & diſpoſitione alicujus ex relatis in dictis tribus concluſionibus præcedentibus. Nam hoc 71 augmentum factum per viam novæ aggregationis & unionis antiquo majoratui, non provenit à natura, ſed à facto hominis; juxta jura in prima concluſione relata ex *n.* 26. Nec etiam conſonant ſecundæ concluſioni *ſupr. ex n.* 49. quoniam non 72 eſt augmentum concretum adhærens alicui rei majoratus, inſeparabile ab ipſa antea hypothecata, prout eſt ædificium & melioramenta tangentia rem ipſam hypothecatam inſeparabiliter; ſed eſt augmentum externum & diſcretum, de per le ſtans, unitum rebus majoratus æquè principaliter nullâ trahens originem à rebus majoratus; nec à jure ipſius majoratus, ſed à diſpoſitione diſtincta noviter

facta

73 facta ab extraneo. Nec denique convenit tertiæ concluſioni, de qua *ex n.*55. cùm hoc augmentum per viam aggregationis non proveniat ex facto ipſorum contrahentium & imponentium hypothecam in rebus primi majoratus, ſed ſolùm à Tertio extraneo independenter ab illorum contractu ad diverſum finem & diſtinctum effectum. Quapropter nulla ex parte hoc augmentum per viam aggregationis ſuperveniens poteſt cadere ſub ratione alicujus ex tribus concluſionibus prædictis, cùm omnino ſit caſus diverſus & diſtinctus, ac proinde hypotheca bonorum majoratus antiqui, non poteſt extendi ad hæc bona noviter aggrega-
74 ta, quoniam augmentum non ſequitur naturam rei auctæ cui unitur, quando inter augmentum & rem auctam adeſt diverſitas rationis: text. *in l. qui fundum*, §. 1. *ff. pro emptore*: Tiraquell. *de retract. conſang.* §. 1. *gloſ.* 18. *nu.* 59. Menoch. *conſ.* 26. *n.* 35. Petr. Surd. *conſ.* 255. *num.* 24. Fuſar. *de ſubſtitut. quæſt.* 652. *n.* 6.

75 Secundò, quia de horum bonorum augmento & aggregatione idem judicandum eſt reſpectu bonorum primi majoratus cui aggregatur, quod de bonis primi majoratus inter ſe ipſa, ut ſint cum aliis aggregata & unita æquè principaliter, ita ut quælibet res de per ſe ſubſiſtat independenter ab aliis, ut mox probabitur, & facit pulchra conſideratio Fachinei *controverſ. lib.* 10. *c.* 69. *ad fin. verſ. non obſtat ſi dicatur*: aſſerens quod nullo jure probari poteſt, unam partem & portionem hæreditatis alterius partis eſſe ſequelam & acceſſoriam, partes enim accedunt toti, & illud ſequuntur, ex *l. malum*, *ff. de verb. ſignif.* non autem una pars alteri parti accedere dicitur. Et ideo hypotheca ſuper bonis primi majoratus non trahitur ad augmentum & aggregationem bonorum poſtmodum contingentem, tanquam æquè principaliter aggregatorum, niſi adſit novus aggregantis conſenſus: ita eleganter tradit Neguſant. *de pignorib. loco ſuperius ad literam adducto, n.* 60. cui ſimiliter conveniunt omnia jura & Doctores allegati *in* 3. *concluſ. ex nu.* 55. *& ſeqq.* facit doctrina Bartoli in *l. cum fundus*, *ff. de legat.* 2. *& ibi* Cumanus, qui dicunt, quod quando augmentum eſt æquè principale, nunquam cedit rei augmentatæ, Covar. *practicar. q.* 2. *num.* 5. *verſ. Decimo in hoc*: quos ſequitur Mierez *de majoratu*, 1. *part. quæſt.* 10. *n.* 50.

76 Hoc fundamentum eò fortius redditur, quoniam ſi unio, & incorporatio unius rei cum re hypothecata æquè principaliter & independenter ab ea ſufficeret ad extendendam hypothecam ad rem unitam; ſequeretur abſurdum maximum, quod hypotheca ex facultate Regia impoſita ſuper una re majoratus, traheretur & extenderetur ad alias ejuſdem majoratus, cum quibus ab initio fundationis majoratus ſimul eſt vinculata, unita, & incorporata: ſed hoc eſt falſum, quia hypo-
77 theca ſuper una re majoratus ex facultate Regia non extenditur ad alias res ejuſdem majoratus, quantumvis ſit cum illis connexa & ſimul vinculata æquè principaliter: ad latè tradita in *hoc Labyrintho*, 2. *tom. par.* 2. *c.* 4. *num.* 12. *&* 13. & uberiùs *ead.* 2. *par. cap.* 10. *ex n.* 68. *cum multis ſeqq.* & ſignanter *d.* 2. *par. c.* 9. *num.* 4. *& nu.* 63. *& ſeqq.* quibus adde Mierez *de majoratu*, 4. *par. quæſt.* 2. *num.* 205. ubi poſt alios plures DD. aſſerit, quod licentia & facultas generaliter ad bona majoratus alienandum & hypothecandum petita & limitata concedatur ad certa bona ipſius majoratus, in cæteris bonis denegata intelligitur: ergo multo minus permittenda erit hypothecæ extenſio ad hæc bona noviter poſtmodùm aggregata, quantumvis unita & connexa eſſe dicantur cum bonis primi majoratus hypothecatis antea, niſi adſit nova facultas, atque nova hypotheca ſuper illis.

Tertiò, hæc concluſio roboratur, quoniam licèt hypotheca contracta ſuper re principali, renovata cenſeatur in augmento poſtea eveniente, & producto ab ipſiſmet contrahentibus; ex juribus & Doctoribus adductis *ſuprà num.* 55. *&* 56. tamen talis effectus non cauſatur à ſolo augmento ſuperveniente, ſed dumtaxat à conſenſu tacito noviter contrahentium ſuper augmento, qui tacitè conſenſerunt in renovationem & repetitionem hypothecæ à conſenſu originem trahentis, ad latiſſimè comprobata ſuperiùs ex *num.* 57. *cum multis ſeqq.* Sed hæc ratio prorſus ceſſat in hac nova bonorum aggregatione & augmento, quia nec fit inter contrahentes primam hypothecam; ſed per Tertium extraneum, cujus conſenſus ad hypothecæ repetitionem & renovationem ſuper augmento nullo tempore concurrit, ergo ad illud trahi nequit hypotheca præcedens. 78 79

Nec ipſe aggregans bona ſua antiquo majoratui tanquam extraneus & extrinſeca perſona potuit comprehendi in illo contractu antecedente celebrato inter tunc poſſeſſorem majoratus, & creditorem hypothecarium, *l. ſi unus*, §. *ante omnia*, *ff. de pact. l.* 1. *Cod. de pact.* multos cumulat Anton. de Amato *variar. reſol. c.* 13. *n.* 33. ergo ceſſat hypothecæ repetitio. 80

Quartò fortiter urget, quia etiam in caſu quo augmentum provenit ab ipſiſmet contrahentibus, adhuc non traheretur hypotheca præcedens ad hæc bona per Tertium aggregata, nec in præjudicium extranei aggregantis, nec ſucceſſorum illum repræſentantium, ut in fortioribus terminis probat textus in *l. ſi cum Hermes*, *C. de locato*, *l. Labeo*, §. *hæc autem*, *&* §. *ſi per fidejuſſorem*, *ff. de recept. arbitr. l. item quæritur.* 13. §. *qui impleto*, *ff. locati conducti*: quibus juribus probatur, quod in augmento & prorogatione conductionis tacitè vel expreſsè factæ inter locatorem & conductorem, ſolùm operatur inter ipſoſmet principales contrahentes, quorum propria bona in primo contractu hypothecata, intelliguntur renovata in augmento & conductione prorogata: ſed minimè operatur reſpectu rei alienæ, quando Tertius pro ſecuritate primi contractus hypothecavit rem ſuam, *d.* §. *qui impleto*, ibi: *non ſolum reconduxiſſe videbitur ſed etiam pignorum videtur durare obligatio: ſed hoc ita verum eſt, ſi non alius pro eo in priori conductione res obligaverat; hujus enim novus conſenſus erit neceſſarius.* Exornant præfata jura in utroque caſu Neguſant. *de pignorib. par.* 3. *membro* 1. *n.* 22. Molina *de contractib. diſput.* 498. *num.* 16. Mantica *de tacit. & ambig. tom.* 1. *l.* 5. *tit.* 15. *n.* 21. *&* 22. Carrocius *de locato*, *p.* 3. *tit. de renovat. conduct. quæſt.* 22. *nu.* 3. *&* 7. *pag.* 159. & poſt Salycet. Alberic. & Caſtrenſ. probat Noguerol *allegat.* 21. *ex num.* 20. *cum ſeqq.* Gaitus *de credito*, *c.* 4. *quæſito* 11. *n.* 2152. *&* 2158. *& ſeqq.* Cæſ. Manent. *dec.* 31. *n.* 17. Mareſcot. *vari. reſol. l.* 1. *cap.* 5. quia diſpoſitio ſuper augmento licèt cenſeatur una inter ipſoſmet contrahentes, reſpectu tamen Tertii nova eſt, & diverſus contractus, ut per plures probat Noguerol *ubi proximè*, *n.* 22. 81 82 83

Qui omnes Doctores, præcipuè Noguerol *ex n.* 20. idem firmant in fidejuſſore interveniente in primo contractu, ut in temporis augmento tacitè 84

vel

vel expreſsè poſtea convento inter principales contrahentes nullo modo ad augmentum conductionis protrahatur fidejuſſionis præcedens obligatio, per text. expreſſum in *d.l.cum Hermes, Cod.de locato: & in d.l.Labeo, §.hæc autem, §.ſi per fidejuſſorem, ff. de recept.arbitr.*

Idem videmus in hypotheca noviter contracta in augmento dotis, ut minimè operetur in præjudicium Tertii contrahentis cum marito inter dotem principalem & ejus augmentum: plures doctores ad idem allegat Mierez *de majoratu 1. par. c.10.n.46.* probant etiam expreſsè omnes Doctores citati *ſupr. n.16.*

85 Si igitur bona Tertii hypothecata in primo contractu, & fidejuſſor in eo interveniens, non protrahuntur ad augmentum ejuſdem contractus poſt modum inter principales conventum; multo minus debet hypotheca præcedens trahi ad bona majoratui aggregata, quæ nullo tempore fuerunt in priori contractu, nec ad præjudicium Tertii, ſcilicet aggregantis, & ejus ſucceſſorum, qui ex aggregatione & augmento novum jus adquiſierunt independens à jure primi majoratus, nec ab eo derivatum, & ideo niſi interveniat ſucceſſoris conſenſus cum nova Regis facultate, hypothecæ nulli ſubjici poteſt, ſtante nova aggregantis prohibitione alienandi. Pro quo facit, quod ſi à Principe pater obtinuit facultatem faciendi majoratum, cui condito aggregavit poſtmodum alia bona, ad hoc augmētum non extenditur facultas, cùm non pendeat à ſola voluntate aggregantis, ſed principis, & aliorum filiorum, quibus præjudicari nequit, & ideo novam facultatem eſſe neceſſariam latiſſimè probavit poſt plures Doct. Mierez *de major. 1. p. q.10. ex num. 81. cum ſeqq.* videndus à *principio quæſtionis.*

86 Quibus addere poteris, quod augmentum nunquam ſequitur naturam rei auctæ, quoties adeſt præjudicium Tertii, Covarruv. *practic.quæſt.cap. 2.n.7.* Matienz. *in l.7.tit.11.l.5.recopil.* poſt quod & alios idem comprobat Mierez *de majoratu, par. 1.d.quæſt.10.n.81. & 82.* & cum Angelo, Alberto Bruno, & Eraſmo à Chokier, idem firmat Auguſt. Barboſa *in axiomat.34.n.7.*

87 Quintò hæc noſtra negativa concluſio fulcitur; nam nihil tam contrarium eſt huic hypothecæ repetitioni & extenſioni ad bona noviter aggregata, quàm finis & intentio ipſius aggregantis, tum quia illa aggregatio ſolùm aſſumit naturam primi majoratus, cui bona aggregantur, in ſua primitiva fundatione, quoad ſucceſſionem, conditiones, & qualitates in ea contentas, prout aliunde probant Doctores ſuperiùs allegati *n.1.* ſed hoc onus & hypotheca, nec eſt, nec pertinet ad naturam majoratus, nec continetur in illa priori fundatione, cùm accidentaliter, & extrinſecè, & potius contra fundatoris intentionem & diſpoſitionem, imo etiam fundationis naturam poſtmodùm contigerit, igitur diverſæ naturæ debet judicari, nec ſub ea poteſt contineri, nec ad eam referri aggregatio, quia referens eſt in relato, & quod in iſto non reperitur ſcriptum, ad id referens non extenditur, juxta vulgare axioma.

88 Tum etiam quia finis & intentio aggregantis ſolùm tendit, ut vel ſua vel antiqui fundatoris memoria conſervetur, & ut majoratus antiquus ditetur, augeatur, & illuſtretur, atque inde ſucceſſores decentius vivant & commodius; quapropter actus non debent operari ultra intentionem agentis, prout operarentur ſi admitteretur extenſio hypothecæ ſuper bonis primi majoratus impoſitæ ad hæc poſtea addita & aggregata, cùm facilè per hanc extenſionem conſumi poſſent & diſtrahi per creditores: accedat quod diverſum jus ſtatuitur in augmento unito non ſimpliciter, ſed ſecundum quid, quod in aucto, ac diverſimodè de utroque judicatur ubi adeſt diverſitatis ratio, Barboſa poſt plures Doctores quos refert, *axiom.34.n.2.*

Deinde, cùm hæc aggregatio tendat ad aug- 89
mentum majoratus antiqui, ſi hypothecæ antecedenti ſubjiceretur, notiſſimam diminutionem pateretur, contra juris regulam, quòd inducta ad augmentum non debent operari diminutionem, *l. ſi à milite, §.1. ff. de milit. teſtam. l. ſi Ruffinus, Cod. eod. l. legata inutiliter, ff. de legat. 1. l. cum tale, ff. de condit. & demonſtr. l. ſi mancipia, in or. ff. de fundo inſtructo:* exornat Auguſt. Barboſa *d. axiom.34.num.fin.*

Et inſuper, quia iſta hypothecæ extenſio ma- 90
niſeſtè repugnaret diſpoſitioni aggregantis, qui ex ipſo actu aggregandi ex nunc prohibet ſuorum bonorum alienationem, cùm ea ſubjiciat clauſulis & prohibitionibus majoratus antiqui, ex Doctoribus ſuperius allegatis *n.1.* ergo abſque nova Regis facultate, juſta cauſa interveniente conceſſa, & conſenſu poſſeſſoris, nulli ſubjici poteſt hypothecæ.

Sextò invincibiliter comprobatur noſtra Con- 91
cluſio negativa; nam licèt verum ſit quod hypotheca bonorum generalis præcedens comprehendat & extendatur ad bona futura & noviter poſtmodum adquiſita per debitorem juxta textum expreſſum in *l. fin. Cod. quæ res pignor. oblig. poſſ.* tamen hypotheca ſpecialis continetur intra ſuos limites ſpecialitatis, ita ut nullo modo extendatur ad bona futura & noviter poſtea adquiſita: ut tradit poſt alios Gaitus *de credito, cap. 1. quæſito 5. n.210.* Pacific. *de ſalviano interd. inſpect.3.cap.3.n. 7.* Merlinus *de pignorib.*

Sed hypotheca contracta ſuper bonis majora- 92
tus ex facultate Regia non eſt generalis, ſed ſpecialis, prout probat Ludovic. Molin. *de primogen. l.4.cap.7. ex n.20. & 30.* legendus etiam ex *n. 20.* quod & idem expreſsè ſupponunt Caſtillo *controverſ.tom.4.c.26.n.29.31. & 32.* & Additionatores ad Molin. *in dict. c.7. ſub n.17.* Nos *infrà c.10. n. 20. in hac 4.par.* ubi aliud & novum fundamentum adducitur.

Et hæc Molinæ & ſequacium propoſitio vera redditur, nam ex quo nominatim bona vinculata ſubjiciuntur hypothecæ, ſigno hoc certo & indubitabili conſtat quod aliis debitoris bonis non convenit, nec cum illis confundi poteſt, eodem modo debet hæc hypotheca operari ac ſi nominatim & ſpecificè bona ſingula exprimerentur, jura ſunt expreſſa in *l.hæredes palam. ff.de hæred. inſtit. auth. & non obſervato, Cod.de teſtam.* ubi probatur non valere teſtamentùm niſi perſona hæredis expreſsè & ſpecificè nominetur; ſi tamen perſona hæredis ſigno indubitabili & certo demonſtretur, idem eſt ac ſi nominatim & ſpecificè nominaretur, quia idem eſt demonſtrare rem vel perſonam per ſignum certum & indubitabile, quod ipſam ſpecificè & nominatim exprimere, ut probant expreſſa jura in *l. quoties, §. ſi quis nomen ff. de hæredib. inſtit. l. nemo dubitat, eod. l.1. ff. de l. & poſthum. l.1. in fin. ff. de dot. prælég. l. certum ff. ſi certum pet. l.10. & 11. tit.3. par.6.* exornat Ant. Gomez *tom.1. variar. c.2. n.6.*

Specialis namque hypotheca illa ſemper dicitur quæ non eſt indefinitè & indeterminatè concepta ſub

ſub verbo omnium bonorum, ſed potius determinatè pro certis bonis, ſive limitata ad certum genus bonorum, ſicuti per plura comprobat Merlinus *de pignor. lib. 1. tit. 2. quæſt. 11. n. 2. 3. 4. & ſeqq.* res etenim & bona obligata quæ per certam demonſtrationem limitantur, & per ſpecificam qualitatem reſtringuntur, faciunt & inducunt hypothecam ſpecialem, ut putà *quando obligo bona mea ſita in tali civitate*, ea ſola veniunt in obligatione, non alia, quæ extra civitatem illam habeo, ut ex juribus & authoritatibus probat Merlinus *de pignorib. quæſt. 174. per tot.* Ergo ſimiliter ad bona poſtea aggregata & augmentata ſeu *noviter acquiſita*, hypotheca bonorum majoratus præcedens tanquam verè ſpecialis trahi non poteſt.

93 Septimò (*ex quo doctrina Molinæ & ſequacium robur recipit*) quia obligatio & hypotheca generalis reſtricta ad certum genus, & qualitatem, comprehendit & continet bona præſentia tempore hypothecæ contractæ, non tamen extenditur ad bona futura, & *noviter* poſtmodum per debitorem acquiſita: ut probant Alexand. in *l. ſi conſtante, n. 24. verſ. præterea, ff. ſolut. matrim.* latiſſimè multis mediis Pinell. *in Rubrica Cod. de bon. mater. par. 1. ex num. 40.* Neguſan. *de pignorib. 2. par. membr. 2. nu. 16.* Mantica *de conjectur. ultim. volunt. l. 9. tit. 6. num. 13.* Gaïtus *de credito, cap. 4. quæſito 5. num. 149. & 150.* in tantum quod creditor niſi probet res ſpecialiter obligatas fuiſſe in dominio debitoris tempore obligationis contractæ, non obtinebit *l. 1. in princ. ff. de pignorib.* ubi notant DD. & Merlin. *d. quæſt. 11. nu. 9.* idem Gaitus *quæſito 7. n. 423.* nam genus, quod non poteſt verificari niſi in una ſpecie, habetur pro ſpecie: ex traditis à Bart. in *l. qui Romæ, §. duo fratres quæſt. 6. ff. de verb. oblig.* per text. *ibid.* docet Jaſón. *n. 2. & 4.* & omnes in *l. 2. ff. de lib. & poſthum.* Peralta *in l. ſi quis in princ. n. 222. ff. de leg. 3. & in l. Mævius, §. duorum, num. 13. ff. de legat. 2.* Ferrer. *ſolut. matr. evidentia. 3. n. 130.* Bimius *conſ. 71. n. 5.* Caſtillo *de uſufructu, cap. 39. n. 31.* Caſanate *conſ. 57. n. 23.* Giurba *deciſ. 45. nu. 10. & obſervat. 7.* 94 *n. 14.* Sed hæc hypotheca, de qua agimus, licèt apparenter generalis, eſt reſtricta ad certum genus & certam ſpeciem bonorum, putà ad bona majoratus & vinculo qualificata, & ſic verè ſpecialis eſt, ſicuti manifeſtè patet ex hactenus comprobatis: ergo ſola bona majoratus præſentia tempore contractus exiſtentia comprehendit, nec poteſt ad futura & *noviter* aggregata ipſi majoratui protrahi nec extendi.

Fulcitur, quoniam in quibuſcunque conceſſionibus, donationibus, & diſpoſitionibus, ſolùm continentur ea jura & bona quæ fuerant & exiſtebant tempore diſpoſitionis, ita ut non includant nec comprehendant futura maximè noviter creata, *Clement. fin. de reſcript.* Quatenus, inquit literas noſtras ſuper conferendo tibi beneficio vacaturo directa, ad beneficium poſtmodùm creatum ſtatuimus non extendi, *l. Rutilia Polla, 69. de contrah. empt. l. in lege, 77. eod. tit. l. damni 18. §. his qui ff. de damno infecto; l. fin. §. 1. ff. de legat. 2. l. ſi ita legatum 8. ff. de auro & arg. legat. l. non modus, Cod. de ſervit. & aqu.* notant in variis caſibus & materiis, Afflict. *lib. 3. ad conſtit. Neapolit. rubr. 4. num. 10.* Cabedo *2. par. deciſ. 22. per tot.* Albert. *in tit. de Statut. quæſt. 116.* Petr. Antibol. *in tract. de munerib. 3. par. princ. §. 4. à n. 139. & 144.* Carol. Ruyn. *conſ. 111. n. 17. l. 5.* Oſaſc. *deciſ. Pedemont. 91.* Surd. *conſ. 27. n. 6. & conſ. 127. nu. 43.* Gratian. *diſcept. 89. ex n. 1. & diſcep. 68. num. 8.* & in conceſſionibus Principum, ut non extendatur ad futura, ſed ad ea jura *reſtringantur quæ illi competebant* tempore conceſſionis: plura tradit videnda, Larrea *allegat. fiſcal. 89. per tot.*

Octavò, quia text. *in d. l. fin. Cod. quæ res pign.* 95 *oblig. poſſ.* nullo modo adaptari poteſt noſtræ controverſiæ: ejus etenim diſpoſitio procedit quando debitor obligat ſe & generaliter omnia bona ſua, ut tunc extendatur obligatio ad bona futura per eundem poſtea adquiſita: at quando ex facultate Regia hypothecæ ſubjiciuntur bona majoratus; non ipſe majoratus (qui eſt perſona ficta, ad latiſſimè per nos cumulata *in hoc Labyrintho, 2. par. c. 21. ex n. 92. cum multis ſeqq.*) obligatur, nec cadit ſub obligatione & hypotheca, ut protinus efficaciter probabimus *cum ſeqq.* ergo bona noviter aggregata & adquiſita majoratui ſub præfatam hypothecam cadere non poſſunt.

Nonò nec prædictis obſtabit, quod majoratus 96 eſt nomen univerſitatis, & quoddam jus univerſale importat: prout hæreditas, peculium, grex, mercimonium, & ſimilia quæ recipiunt in ſe ipſo augmentum & diminutionem, & ideo cùm ex facultate Regia majoratus hypothecæ ſubjicitur, debet extendi ad augmentum comprehenſum ſub ipſo jure univerſali, ex regula *leg. grege. ff. de pignor.* juxta argumentum appoſitum ſuperiùs *num. 6. & 7.*

Huic enim objectioni facilè reſpondetur negan- 97 do Minorem, quia majoratus ipſe qui eſt nomen univerſitatis, non hypothecatur, nec ab impetrante facultatem, id poſtulatur, nec in ipſa facultate continetur, ſed tantùm obligantur res particulares & bona ipſius majoratus, prout ſubtiliter conſideratur *infra, n. 112. 113. & 114.* & ex ſimili probatur in hypotheca ſuper penſione Eccleſiaſtica, quæ non imponitur ſuper ipſo beneficio, quatenus eſt jus percipiendi fructus propter divinum officium, juxta definitionem poſt plurimos Doctor. traditam à Nicolao Garcia *de benefic. 1. par. cap. 2. ex n. 2.* ſed ſuper fructibus & emolumentis provenientibus ex beneficio, & ad ipſum tanquam jus univerſale pertinentibus; ut bene conſiderat poſt Felin. & alios, Lotterius *de re benefic. l. 1. quæſt. 39. ex n. 73. cum ſeqq.* Idem etiam videmus in jure uſusfructus, qui non hypothecatur ipſemet, ſed commoditas proveniens ex ipſo jure principali utendi fruendi: ad latiſſimè tradita *in hoc Labyrintho, par. 1. c. 43. per tot.* maximè ex *num. 5. cum ſeqq. & ex num. 21. cum ſeqq.*

Quia aliud eſt hypothecare jus univerſale per nomen univerſale, ut gregem, peculium, mercimonium; aliud verò hypothecare bona & ſpecies ipſius juris univerſalis, ita ut ſub illa hypotheca cadat augmentum, ſub iſta verò minimè, ita declarat Gloſſa ſingularis in *l. cum tabernam, verb. obligaſſe, in addit.* & eſt ſimilis Gloſſa *d. l. grege, verb. tenebitur*, & poſt Peregrin. & Pinellum, hanc diſtinctionem inſinuavit Arias de Meſſa *variar. reſol. l. 3. cap. 11. n. 25.* conducit Petr. Surd. *in conſ. 397. n. 10. & 11. t. 2.* dum poſt plurimos dicit, quod dos eſt jus univerſale, & conceſſio quæ fit per nomina univerſalia, ut gregis peculii, & ſimilium, includit etiam futuras acceſſiones & augmenta ſupervenientia; & ideo cum dicitur dos data, intelligi debet cum omni acceſſorio & augmen- 98 to, quia ſub univerſali ſigno ſpecies acceſſoriæ continentur tanquam ſub genere: igitur ſi non ipſe majoratus ſub hoc univerſali ſigno, ſed bona ipſius ſola ſunt hypothecata, futura augmenta &

bona

& bona aggregata non venient, nec ad ea extendenda erit hypotheca.

99 Nec denique obſtabit argumentum exactè à nobis conſideratum *ſupra ex n.8.cum multis ſeqq.* quod etiam in his quæ ſunt ſtricti juris, ut facultas ad hypothecandum bona majoratus, extenſio fit ad augmentum.

Quia reſpondetur, quod omnia jura, & doctrinæ in eodem argumento allegatæ, procedunt in terminis *tertiæ* concluſionis ex *n.*55. nempe quando augmentum provenit ab ipſiſmet contrahentibus,
100 qui ratione novi conſenſus ſuper argumento renovata & repetita intelliguntur pacta, qualitates, conditiones, & hypothecæ contentæ in priori contractu ſuper re principali præcedenti, quæ ratio ceſſat omnino in hoc augmento per aggregationem facto prout abundè ex *n.69.ſupr.* conſideravimus. Atque ex his quæ in hac concluſione 4. à princip. ſcripta ſunt, reſolutæ & truncatæ remanent difficultates omnes quæ illi poterant obſtare, ſigillatim non repeto, ne moleſtus videar.

Ex hac concluſione ad alia utilia poteſt inferri,
101 primò ad penſionem conſtitutam ſuper fructibus beneficii cui poſtmodum aliud legitimè unitum fuit, ut hypotheca contracta ſuper fructibus primi non extendatur ad fructus uniti: quod ex ſcriptis in *hac* 4. *concluſione* facilè comprobabis & accuratè adnotare poteris, quoniam iſtam difficultatem omnes DD. qui de penſione & unione beneficiorum tractaverunt, prorſus omiſerunt.

Infertur 2. ad augmentum dotis; ut ſcilicet hypo-
102 theca præcedens contracta ſuper bonis dotalibus, non extendatur ad augmentum dotis poſtea datum ab uxore, vel ab alio ejus nomine, viro ſuo: tum quia hoc augmentum non fuit geſtum inter creditorem & conjuges, tum quia ſupervenit poſt perfectum principalem dotis contractum, & inter ipſos conjuges per novum actum, ex dictis in *hac* 4. *concluſion.*

Ad ſecundum perveniamus ad quæſtionem non
103 minùs ſubtilem ac difficilem: nunquid facultas Regia ad hypothecandum bona majoratus & hypotheca inde ſecuta extendatur ad bona jam eidem majoratui aggregata, nulla facta Principi aggregationis relatione.

Pro parte affirmativa, nempe ut trahatur fa-
104 cultas ad hæc bona aggregati, faciunt omnia ferè fundamenta ad principium hujus capitis adducta, ex *n.*1. *uſque ad n.*25. ubi quod incorporatio & augmentum adjectum rei principali, unum efficitur corpus unitum cum re principali, ejuſdem naturæ, qualitatis, & conditionis, ita ut utriuſque æquale ſit judicium. Urgent etiam plurima jura, & doctrinæ adductæ *ibid. ex n.*15. *cum ſeqq.* per argu-
105 mentum à fortiori: nam ſi hypotheca præcedens trahitur ad augmentum ſubſequens, & noviter poſt illam contingens, de quo nec in facultate, nec in hypotheca prius contracta mentio fieri potuit, multò magis trahi debet ad augmentum tunc exiſtens tempore facultatis impetratæ, etſi de eo nulla facta ſit Principi relatio.

106 Secundò, quia in impetratione rei principalis, non tenetur impetrans facere Principi relationem de re unita & incorporata, cùm tacitè & virtualiter in facultate includatur, & ineſſe dicatur, Felin. in *cap. in noſtra, de reſcrip. col.*33. Caccialup. *in tract. de unionib. artic.*8. *quæſt.*11. Rebuff. *in praxi, in forma nova provis. verb. cum annexis*, Ferret. *cons.*236. & *cons.*255. Menoch. *de arbitrar. lib.* 2. *caſu* 206. *nu.*67. Corraſ. 4. *part. cap.*4. *num.*58. Hojeda *de benefic. incompatib.* 2. *par. cap.*3. *n.*2. & 11. Flamin. Paris. *lib.*10. *quæſt.*1. *num.*36. Pacianus *de probat. lib.* 1. *c.*27. *num.*7. & 54. Azor. *inſtit. moral.* 2. *par. lib.* 6. *cap.* 28. *quæſt.* 20. & plures alii relati à Garcia *de benefic. tom.*1. *par.*12. *cap.*2. *ex n.*10. qui poſt plurimos *ex n.*12. *cum ſeq.* efficaces reddit rationes, quæ apud ipſum omnino videndæ ſunt: ergo facultas & hypotheca abſque alia mentione & expreſſione comprehendit bona tunc temporis jam aggregata majoratui.

Tertiò, quia quando una Eccleſia alteri uni- 107
tur, ita bona & utilitates aggregantur, confunduntur, & inter ipſas communicantur, ut pro neceſſitatibus unius poſſint licitè alienari bona alterius, Bald. *in authent. hoc jus porrectum, Cod. de ſacroſ. Eccleſ.* per Innocent. *in cap. paſtoralis, de privileg.* notat. Jaſon. *in l.*2. *num.*5. *ff. de offic. Aſſeſſ.* ſequitur Mieres *de majoratu*, 3. *par. quæſt.*8. *ſub num.*8. quia per unionem & aggregationem unius rei alteri factam, tranſeunt in iſtam omnia emolumenta & ad eam pertinent, Petr. de Peruſio *de unionib. c.*2. *n.*1. & *n.*22. & per Rot. *dec.*758. & 799. *par.*1. *divers.* tenet Garcia *de benefic. part.*12. *cap.*2. *num.*24. & augmento rerum feudalium vaſ- 108
ſallus non eget nova inveſtitura, cum includatur in antiqua jam facta, *cap. ſed ſi res*, & *ibi* Alvarot. *tit. per quos fiat inveſtit.* Paris. *cons.*23. *n.*18. *l.* 1. Decius qui citat Andr. de Iſernia, Alvarotum, & alios, *cons.* 144. *nu.*6. Mierez *de majoratu*, 3. *par. quæſt.*8. *n.*44. *tom.*2. ergo facultas Regia & hypotheca amplectuntur bona tunc aggregata.

Sed pro contraria parte imo quod facultas Re- 109
gia, & hypotheca bonorum majoratus, non trahantur ad bona per Tertium jam tunc aggregata majoratui: non facta Principi relatione aggregatorum, multa & ingentia urgent fundamenta. Primum quia omnia fundamenta, & doctrinæ adductæ in contrarium *ſupr. ex num.* 104. *cum ſeqq.* expreſsè loquuntur in unione rei facta alteri acceſſoriè: quæ cùm denominetur à principali, cui unitur, ſufficit quod de ſolo principali fiat mentio in impetratione, in qua includitur unitum & 110
incorporatum acceſſoriè, ſed ſic eſt quod aggregatio facta majoratui, non ſtat acceſſoriè ad bona antiqui majoratus, ſed æquè principaliter, quia non dependet ab illis, ſed per ſe ſtat, ut diximus *ſup. in* 4. *conc. ex n.*75. *cum ſeqq.* ergo bona aggregata egent Regia facultate expreſſa ut hypothecari valeant.

Secundum, quia quando una res alteri eſt unita 111
& aggregata æquè principaliter, in impetratione à Principe debet fieri relatio utriuſque rei ſic unitæ: ut probant Felin. Caccialup. Petr. de Petus. Rebuff. Ojeda, & Pariſius citati *ſupr. nu.*106. & per Corraſ. Pacian. Azor. & alios, probat Garcia *de benefic. d. cap.*2. *n.* 43. legendus *ex num.* 37. *cum ſeqq.*

Tertium quando diceremus quod bona aggre- 112
gata ſunt unita & incorporata acceſſoriè, tamen hæc aggregatio fiat majoratui antiquo, non autem bonis ipſius, ut manifeſtum eſt; quia aggregans ſolum dicit, quod aggregat bona ſua tali majoratui prout quotidie experimur, & ſupponunt omnes DD. de hac aggregatione loquentes ſuperiùs citati *n.*1. & tunc cognoſcitur quod aggregatio & unio eſt acceſſoria, & non æquè principalis, quando aggregans dicit, quod unit, incorporat, vel aggregat unum alteri: secùs quando aſſerit, *Unio tale & tale*, ita ex pluribus DD. comprobat Garcia *de benefic. pat.*12. *c.*2. *n.*55. & 56. & ideo certum

eſt quod hæc bona noviter aggregata ſtant unita & incorporata acceſſoriè majoratui conſiderato uti
113 capiti & perſonæ fictæ. Sed ſic eſt quod facultas nũquam conceditur ad hypothecandum majoratum, ſed dumtaxat bona ipſius; in quo maximum verſatur diſcrimen, juxta peracutè conſiderata *ſupr. n.96. 97. & 98.* Ergo facultas non poteſt extendi ad bona aggregata, cùm unita & aggregata non ſint bonis majoratus hypothecatis, ſed ipſi majora-
114 tui, qui eſt *inſtar* perſonæ fictæ, in qua omnia jura majoratus radicitùs reſident, & verè dominium bonorum reperitur; prout latè probavimus *in hoc Labyrintho, 2. part. cap. 22. ex num. 90. cum multis ſeqq.* quo circa cùm principale non ſit hypothecatum, acceſſorium, quod illud ſequitur, illæſum debet permanere.

115 Quid dicendum in tanta contrarietate & tam ancipiti quæſtione? Ego arbitror ſub illa facultate ad hypothecandum bona alicujus majoratus, includi omnino bona quæ tunc jam erant aggregata & incorporata ab aliquo, ſive dicantur incorporata & unita acceſſoriè ad majoratum, prout certiùs & veriùs reſolvimus *ſup. ex n.112.* ſive æquè principaliter, quia reſpectu aliorum bonorum majoratus, ſemper inter ſe ſunt unita æquè principaliter, non acceſſoriè, nam iſta omnia bona ſunt partes majoratus, qui eſt Totum, & partes ſuum Totum ſequuntur; non tamen una pars alteri eſt acceſſoria: ut ex Fachinæo diximus *ſupr. num.75. & ſeqq.* Utrumque tamen genus bonorum eſt majoratus antiqui, & ad illum pertinet, & eorum omnium jura penes ipſum, uti perſonam fictam, ut diximus, reſident; igitur ſi conceditur facultas ad hypothecandum bona alicujus majoratus generaliter, & non ſit reſtricta ad iſta vel illa bona, præcisè fatendum erit complecti omnia & quælibet bona tunc quolibet titulo & cauſa ad majoratum pertinentia, quia tam ſua ſunt bona prioris majoratus quàm jam aggregata abſque aliquo diſcrimine.

116 Et ideò illa facultatis Regiæ verba generalia, *Bona*, adjecta genitivo, *Majoratus*, indicant omnia bona pertinentia ad majoratum, ſive ex dominio, ſive ex poſſeſſione: Caſtillo *controverſ. l.4.cap.58. per tot.* Maſcard. *de probationib. concluſ.*841. *t.*1. Surd. *conſil.* 72. *lib.* 1. *num.* 1. *& conſil.* 110. *num.*6. *&* 8. *& deciſ.*125. *num.*8. Gratian. *diſcept.* 89. *num.* 7. *& tom.* 5. *c.* 651. *à num.* 10. *& ſeq.* Parlador. *l.*2. *quotidianar. quæſt.cap.*5. *n.*15. quapropter facultas ad hypothecandum bona majoratus, procul dubio comprehendit bona quælibet, quæ eo tempore ipſi aggregata & unita extant, generica facta mentione bonorum majoratus, licèt non ſpecifica aggregatorum, cùm omnia bona majoratus & ad majoratum ſpectantia permittantur ex facultate Regia hypothecæ ſubjici.

117 Ratio eſt, quia diſpoſitio bonorum per nomina poſſeſſiva, v.g. *bona mea, tua, ſua, bona illius vel ipſius*, complectitur omnia bona ad illam pertinentia, mobilia, & immobilia, jura, & actiones; *l.ſi legatus* 30.§. *ſi quis, ibi, ſi quis bona ſua, vel omnia ſua rogaverit reſtituere, fideicommiſſariam reſtitution. eſſe intelligendum eſt: nam meorum, & tuorum appellatione etiam actiones contineri dicendum eſt, ff. ad Trebell. l. meorum, & l. princeps* 21. *ff. de verb. ſignific.* infinitos DD. ad idem congerit Tiraquell. in *l. ſi unquam, verb. bona, n.*11. *&* 12. *& ex n.*8. *Cod. de revocand. donation.* Pinell. *in rubric. Cod. de bon. matern. ex n.*2. *cum ſeqq.* & ex aliis Hermoſilla in *l.*9. *tit.*4. *part.*5. *gloſ.*1. *n.*23. nihil enim refert à quo, vel quo titulo ad illum pervenerunt, ſed an ſua ſint tantum, ut in diſpoſitione & facultate Regia generali bonorum majoratus ſubſequuta contineantur.

---

## CAPUT III.

De Theſaurario Regis recipiente ſolutionem abſque decreto Senatus, & interventu aliorum conſociorum habentium ſingulas claves ejuſdem arcæ Regiæ. An Fiſcus excludatur à concurſu debitoris ſic ſolventis tempore rumoris mutationis monetæ.

Et an Fiſcus inſuper graduari debeat tam pro ſorte, quàm pro intereſſe, etiam deficiente interpellatione.

Et an unus ex Theſaurariis poſſit validè aſſeverare, ſolutionem factam fuiſſe cum interventu ſociorum in officio.

### SUMMARIUM.

1 *Theſaurarius unus Arcæ regalis ſine interventu aliorum non poteſt recipere ſolutiones.*

2 *Nec omnes tres poſſunt ſuſcipere in Arca abſque decreto Senatus, nec extrahere abſque ſpeciali decreto.*

3 *Ratio ſolutionis ſumitur in libro rationum.*

4 *Solutione facta uni ex Theſaurariis, informis eſt, & non liberat debitorem à debito & intereſſe, & n.* 17.

5 *Theſaurarii arcæ Regiæ non poſſunt recipere ſolutiones abſque decreto Senatus, quia eorum officium ſolum conſiſtit in cuſtodiendo & n.*6. *& 9.*

7 *Exactores ſpeciales creantur ad exactionem fiſcalium pecuniarum, quæ mittuntur ad Theſaurarios, à quibus non exeunt, niſi ſub certis ſolemnitatibus.*

8 *Theſaurarius Sedis Apoſtolicæ recipit pecunias Cameræ ſolvendas, & computum de illis reddit.*

10 *Solvens Theſaurario ignorans mandati formam, ſibi imputet, quemadmodum contrahens non obſervata lege & forma præſcripta*, num.11. & 19.

12 *Solutio aliter facta quàm vero creditori, vel ab eo mandatum habenti, non liberat debitorem.*

13 *Unus ex tribus Theſaurariis, etiam cum decreto Senatus non poteſt recipere ſolutiones abſque concurſu aliorum duorum ſimultaneo, cùm uniuſcujuſque ſit cumulativa poteſtas ad exercendum illud munus* n.14.

15 *Rex qui tribus commiſit unius muneris exercitium, de nullo ſeparatim confidit ſed de omnibus ſimul.*

16 *Actus eſt nullus geſtus ab uno, quando ad illum exercendum, datur pluribus mandatum ſimpliciter.*

18 *Solutio quæ fieri debet cum certis circumſtantiis: & interventu quarumdam perſonarum: ſi aliter facta ſit non liberat debitorem.*

20 *Apocha data ab uno ex Theſaurariis, abſque aliorum ſubſcriptione, non relevat debitorem,*

*cum*

*cum ſine ea actus ſit nullus* , & num. 21.

22 *Omnes Notarii debent notum facere, quod actus omnium interventu ſimultaneo fuerit factus, quando plures ſunt ad illam duputati.*

23 *Uni ſoli Notario aſſumpto cum collega non creditur, niſi ambo ſcribant, vel unus ſcribat, & alter ſubſcribat* , & num. 2.

25 *Licet plures Tutores debeant facere librum rationum, ſufficit ſcriptura unius, & ſubſcriptio cæterorum.*

26 *Si ex Statuto requiratur conſenſus mariti, aut interventio duorum propinquorum, ad authorizandum contractum mulieris, vel minoris, non ſufficit ſola præſentia cum taciturnitate, & num. 27.*

28 *Fortius procedit hæc doctrina, quando igitur de præjudicio Tertii.*

29 *Apoeha ſolutionis à fiſco faciendæ, plures ſolemnitates & ſubſcriptiones requirunt, quæ non supplentur per teſtium probationem, quia ſolutio per apochas ſolemnes probanda eſt.*

*Præſumitur contra illum, qui cùm poſſet probare per Inſtrumentum, vult probare per teſtes*, ibid.

30 *Actus, non ſervata forma ſimultanei concurſus ad gerendum data, irritus eſt.*

31 *Contractus geſtus à minore, vel muliere, ſine conſenſu duorum propinquorum ab ſtatuto requiſito, nullus eſt, quemadmodum aſſertio in eo contenta.*

32 *Aſſertioni Principis, aut Notarii de facto alieno in præjudicium Tertii, non ſtatur.*

33 *Verba collegæ, vel alterius qui non poteſt diſponere de actu à ſe geſto, nullam inducunt præſumptionem.*

34 *Diſpoſitio etiam expreſſa ad poſſibilitatem diſponentis adaptatur.*

*Verba enuntiativa in præjudicium Tertii nihil probant*, ibid.

35 *Via fraudibus aperiretur, ſi aſertioni unius ſtandum eſſet, quando actum gerere non valet ſine conſociis.*

36 *Quando Statutum aliquid diſponit ultra jus commune, id cenſetur forma ſubſtantialis, qua deficiente corruit actus.*

37 *Theſaurarius, qui ſine ſolemnitatibus requiſitis recipit ſolutionem, excuti primùm debet; quo invento non ſolvendo, recurritur in ſubſidium contra debitorem.*

38 *Exceptio excuſſionis eſt dilatoria, & debet opponi intra terminum dilatoriarum.*

39 *Intereſſe non debetur niſi probata mora ſolvendi.*

40 *Mora non contrahitur niſi per interpellationem.*

41 *Dans litteras cambii, non tenetur reddere pecunias acceptas alio in loco à ſe ſolvendas accipienti litteras cambii, niſi certus ſit fuiſſe intimatas ſuo mandatario, cui fuerant directæ cùm apponere poſſit vel ſolutam ab eo pecuniam, vel non fuiſſe petitam, vel quod pecunia erat parata in loco deſtinatæ ſolutionis*, & n. 42.

43 *In litteris cambii traditis creditori non eſt locus pœnitentiæ unius, altero invito.*

44 *In caſu de quo agitur, determinatum fuit debere uſuras fiſco à debitore.*

45 *Uſuræ & intereſſe ſemper debentur fiſco ob debitæ pecuniæ retardatam ſolutionem.*

46 *Fiſco debetur intereſſe etiam ſine interpellatione, quia in debitis fiſcalibus contrahitur mora re ipſa.*

47 *Mora quæ ex perſona fit, requirit vel diem, vel interpellationem.*

48 *Referuntur plures tenentes in debitis fiſcalibus contrahi moram re ipſa, abſque die, vel interpellatione.*

49 *Non facta ſolutione die & loco aſſignatis, ſcriptor litterarum cambii conſtituitur in mora.*

50 *Proteſtatio tunc eſt neceſſaria quando procedendum eſt contra ſcribentem litteras cambii non acceptatas.*

51 & 52. *Non requiritur proteſtatio, quando ſcribens litteras, ſciens non fuiſſe acceptatas, nec ſolutas, libenter reddidit pecunias quas acceperat.*

53 *Ignorantia affectata vim habet veræ ſcientiæ.*

54 *A principio receptæ pecuniæ debitor fiſcalis manſit obligatus fiſco.*

55 *Certum per naturam eſt certum legi, etiamſi per partes ignoretur.*

56 *Ignorantia ut excuſet, debet ex omni parte eſſe excuſabilis.*

57 *Ex traditione pecuniæ ex parte creditoris, & traditione litterarum cambii inducitur contractus perfectus.*

58 *Quoties unus ex contrahentibus ex ſua parte complevit, iſtud adimplementum alteram partem conſtituit in mora re ipſa, abſque interpellatione.*

CUm Rex noſter indigeret quadam pecuniæ quantitate ad ſuccurſum & ſtipendia militiæ exiſtentis in Cantabria; Senatus Regii patrimonii cum mercatore quodam convenit quod illi daret quantitatem cum certo intereſſe, ut ipſe mercator daret literas cambii ad eandem ſummam in Cantabria certo die ſolvendam, proviſori militiæ. Recepit dictus mercator quantitatem ſtatim ex Arca trium clavium: correſponſalis, cui fuerant directæ literæ cambii, nec acceptavit illas, nec ſolvit: poſt triennium circiter, idem mercator qui literas dederat, comparuit coram uno ex Theſaurariis Arcæ Regalis, tempore rumoris mutationis monetæ, aſſerens literas cambii à ſe datas & tranſmiſſas in Cantabriam, non fuiſſe acceptatas à ſuo correſponſali, nec ſolutas, atque ideo ipſe ſolvit eidem in continenti. Hic itaque Theſaurius ſolus propria authoritate & abſque decreto Senatus Regii patrimonii recepit dictam quantitatem, aſſerens interventum aliorum duorum Clavigerorum; iſti tamen non ſubſcripsêre inſtrumento receptionis. Poſtmodùm reddita ratione per Theſaurarium illum, ſe oneravit hac partita prædictæ quantitatis, ſeque exoneravit cum diminutione poſt paucos dies ſuperveniente, ita ut ad fiſcum pervenerit ſolum quarta pars totius illius quantitatis hoc modo ſolutæ & à dicto Theſaurario ſic receptæ.

Advocatus Fiſcalis hoc detrimentum animad- 1
vertens, petit à debitore totam quantitatem à ſe
receptam & non ſolutam in loco deſtinato, aſſe-
rens literas cambii non fuiſſe acceptatas, & op-
ponens ſolutionem factam dicto Theſaurario nul-
lam eſſe ex defectu formæ, & ſolemnitatum
requiſitarum in hujuſmodi ſolutionibus, tum
quia Theſaurarius unus ſine interventu aliorum
duorum nullam habet poteſtatem recipiendi ſolu- 2
tiones à debitoribus fiſcalibus; tum quia etiam om-
nes tres ſimul coadunati carent poteſtate aliquid
recipiendi pro Arca Regia abſque decreto Sena-
tus Regii patrimonii, nec ab ea aliquid extra-
hendi abſque ſpeciali decreto ejuſdem Senatus &

3 liberatione vulgo *libranca*. Tum etiam quia dictæ ſolutionis ( prout etiam in cautione ſolutionis & liberationis dicebatur apertè ) ratio in libro Rationem aſſumenda erat præcisè, quæ tamen nunquam habita nec aſſumpta fuit.

Quibus defectibus exiſtentibus, concurrente rumore futuræ mutationis monetæ, quæ poſt ſexdecim dies ſupervenit, ſolutio nulla extitit tanquam informiter facta, & ideo non liberavit debitorem, ideoque ipſe Fiſcalis aſſerebat diminutionem monetæ ſupervenientem non eſſe imputandam nec tribuendam Fiſco, ſed debitori ſic illegitimè & nulliter ſolventi, ſimulque concludebat ipſum condemnandum ad reſtituendam ſortem cum intereſſe à tempore receptæ pecuniæ à Theſaurariis Regiis, ex quo factus eſt debitor illius ſummæ & ſemper remanſit ob non acceptatas literas cambii à ſe tranſmiſſas.

4 In hac quæſtione, ego dixi, ſolutionem hanc factam uni ex Theſaurariis informem eſſe, & non liberare debitorem, quo minus poſt diminutionem valoris monetæ teneatur ad integram ſolutionem cum intereſſe. Motus fuit primò, quia
5 Theſaurarii omnes Arcæ Regiæ nullam habent poteſtatem recipiendi aliquid abſque decreto Senatus Regii patrimonii, quia eorum officium dumtaxat conſiſtit in cuſtodiendo fideliter pecunias
6 Regias in Arcam congeſtas decreto Senatus, non ut propria authoritate & poteſtate eas recipiant; quia munus eorum ad hoc deſtinatum non eſt, cùm adminiſtratio & gubernatio patrimonii Regii ſolum reſideat penes Senatum ad hoc ſpecialiter deſtinatum à Rege, ut notum eſt & communiter obſervatur juxta ſuorum officiorum crea-
7 tionem ab origine, quoniam ad exactionem debitorum fiſcalium Exactores ſpeciales nominantur per Senatum, & facta per ipſos exactione pecuniæ exactæ mittuntur ex decreto ad Theſaurum Regium, à quo deinde non exeunt niſi cum certis ſolemnitatibus, & ſub certis requiſitis & forma, cautio præſtatur debitoribus ſolventibus *l. omnem ſummam, Cod. de Canone largitional. titul. l.10.l. duos Tabularios, Cod. de ſuſceptorib.præpoſ. & Arcar. l.10.l.1.§. ſed & aurum, Cod. de apoch. public.l.10. & l.2. ejuſd.tit.leg. frumenta, l.div. l. ſuſceptores, l. ſecuritates, Cod. de ſuſcept.præpoſ. & Arcar.* quibus etiam juribus probatur, ut ad liberandum debitorem fiſci, ſolemnitates ſubſcriptionum, omnium eorum qui præpoſiti ſunt debeant intervenire.

8 Nec obſtat quod dicit Tuſch. *practic. concluſ. lit.T, concluſ.199.num.1.* ibi, *offi. Theſaurarii Sedis Apoſtolicæ eſt, pecunias Cameræ ſolvendas recipere, & computum de illis facere & rationes reddere*: idemque ex Franciſco Marco, Petr.Surd. *in conſ. 391.n.23.* ibi, *Theſaurarius enim nullam habet juriſdictionem, nec poteſt exigere ab invitis, ſed recipit ab offerentibus, & ſolventibus.* Quia reſpon-
9 detur hic non agi de Theſaurario Sedis Apoſtolicæ: nec de aliis habentibus poteſtatem ampliorem; ſed agimus tantùm de Theſaurario arcæ Theſauri Regii habente certam formam in ſuis titulis præſcriptam ad recipiendum pecunias, quam non poteſt excedere, & ſi exceſſerit limitatum mandatum & poteſtatem ſibi à Rege datam, nihil agit, & nulliter operatur tanquam extraneus & privata perſona: ad latiſſimè per Nos tradita, per jura expreſſa & DD. *in noſtris Commentar. de Reg. protect.4. par. cap.3. ex n. 36. cum multis ſeqq.*

Nec excuſatur ſolvens aut contrahens cum 10
eo, quod ignoraverit poteſtatis & mandati formam, ſed ſibi debet imputare ſuam negligentiam in non examinando & perquirendo formam mandati Regii, & poteſtatem ejus qui pro alio deputatus eſt; juxta *Regul. qui cum alio contrahit, non debet eſſe ignarus conditionis ipſius, de reg.jur.* plurimas doctrinas ad hoc idem propoſitum adduximus *in hoc Labyr.2.par.cap.4. ex nu.27. cum ſeqq.uſque ad n.31.* & eſt text. in *l. ſed & ſi pupillus, §.conditio; ff. de inſtit.act.* Adde quod dicit Paul.de Caſtr. 11
in *l.1.§. non autem, nu.4.ff. de exercit. action. & in d.l. ſed & ſi pupillus, §.conditio, num.2.* quod non excuſantur contrahentes, ſi ignorant qua forma & lege fuerit inſtitor præpoſitus, & cum eo contrahunt non obſervata forma & lege præſcripta in mandato: idem ſcribit Decius in *l. ſi ſocius, n.4. vers. & notandum eſt, ff. ſi cert. petatur*, Paris *in conſ.93.n.53. & conſ.94.n.28.l.1.* Mantic. *de ambig. conven. lib.6. tit.22. ex n.8.*

Ex quibus indubiè infertur, quod ſolutio aliter 12
facta quàm vero creditori vel ab eo mandatum habenti, nulla eſt, & non liberat debitorem, quo minus ulterius poſſit conveniri à vero creditore & ei ſolvere, *l.ſi ego. ff.de negot.geſt.l.1.§. ante omnia. ff. de pact.l.non debet: de reg.jur.l.ſolutam & l.qui hominem,§.ſi nullo.ff.de ſolut.l.ejus qui in provincia, ff. ſi cert.pet.l.vero procuratori; in princ.ff.de ſolutionib.* per quæ & alia jura, nec non plurimorum DD. authoritates abundè probavimus *in hoc Labyrint.par.1.c.36.n.27. & 28.* & ideo dicit text. *in l. 2.Cod. de apoch. publ.* ibi, *ſemel ſecuritatem de refuſione munerum emiſſam, ab alio judice non liceat refricari: & ideo Spectabilitas tua ſaluberrimæ ac juſtiſſimæ præceptionis formam ſecuta prohibebit in poſterum eos ad diſcuſſionem tranſacti muneris conſtringi, quos claruit accepta ſecuritatis proſperitate lætari*: ubi Gloſſ.*verb.emiſſam* ibi, *ab iis qui faciendi hoc jus habent, non ab alio, & hoc ſolemniter*: ubi plura jura allegat: & *ibi* Bartol. dictam leg. ita ſummat, *Qui habet inſtrumentum ſolutionis ſeu ſecuritatis ſolemniter factum, non debet amplius moleſtari.* Ergo cùm Theſaurarii careant mandato & poteſtate ad recipiendas ſolutiones quantitatum fiſco debitarum, nullam liberationem poſſunt præſtare debitoribus fiſci, ſolventibus eiſdem abſque ſpeciali Senatus decreto & mandato.

Secundò: quia Theſaurarius Arcæ Regiæ, etiam 13
cum decreto Senatus Regii patrimonii, nullo modo poteſt ſolus recipere ſolutiones abſque interventu, ſimultaneo concurſu, & ſubſcriptionibus aliarum duarum perſonarum ad idem à Rege ſpecialiter deputatarum; quia una & eadem Arca in quam immittuntur pecuniæ fiſcales, tres ſeras habet, totidemque claves ſingulæ ſingulis perſonis à Rege traditæ ſunt: ita ut una ſine altera non poſſit introducere aut extrahere pecunias, ſed omnes ſimul debent concurrere ſimul- 14
taneè ad aperiendum & ſigillandum, ita ut poteſtas & facultas exercendi illud munus, ſit cumulativa & ſimultanea per omnium ſimul concurſum, ut apertè patet ex ipſa clavium diſtributione & ſeparatione, & nihil prodeſt ſi unus, vel duo aperiant: tertius verò nolit, quia omnes ſimul debent intervenire & aperire.

Ex quo colligitur, quod Rex qui tribus com- 15
miſit unius muneris exercitium, de nullo ſeparatim confidit, ſed de omnibus ſimul: juxta text. *in l. 1.§.plures.ff. de excitor.act.l. ſed & ſi pupillus, 11.§. item ſi plures, ff. de inſtit.act.* Gratian. *diſcep.forens.*

tom. 7.

*tom.2.c.201.nu.1. & ſeqq. & num.18.* Quia quando pluribus procuratoribus, pluribus Judicibus, vel pluribus Arbitris, pluribusvè inſtitoribus da-
16 tur ſimpliciter mandatum commiſſio, aut poteſtas ad aliquid gerendum, cognoſcendum, vel negotiandum; nullus de per ſe ſeparatim recipit poteſtatem, ſed ſimul omnes unam & eandem indiviſibilem, ita ut unus ſine altero non poſſit negotium gerere, nec exercere, nec perſona cujuſque ſeparatim ſumpta legitima eſt, ſed privata, & negotium ab uno geſtum ſine aliorum interventu & æquali concurſu actus ſit nullus, text. expreſſus *in c. ſi duo.6. de procurator. l.6.l.plurib.l. qui procuratorio, §.final.ff. de procurat.l.creditor,§. duo, Cod.mandati*: quæ jura loquuntur in pluribus procuratoribus ſimpliciter datis abſque clauſula, *in ſolidum*: text.in *cap. cauſam matrimonii de offic. delegati:cap. ſi contra unum, eod.tit. in 6.* ubi de pluribus Judicibus delegatis datis abſque clauſula: *quod ſi non omnes*: text.in *cap.2. de Arbitr. & in cap.prudentium,de offic.deleg.* ubi de pluribus Arbitris datis: text. in *d.l.1.§.plures,de exerc.act.* ubi de pluribus inſtitoribus à domino præpoſitis ad negotiandum, ut unus ſine altero gerens negotium ſeparatim, non præjudicet domino eos conjunctim præponenti.

17 Si igitur Theſaurarius ſolus abſque interventu cæterorum recepit à debitore fiſci pecuniam debitam, nullo modo debitor conſequitur liberationem, cùm exercuerit munus ſine qualitatibus ſubſtantialibus & requiſitis ex defectu formæ, quæ dat eſſe rei, & ex qua creatum fuit illud officium: nam quando ſolutio debet fieri cum certis requiſitis, & cum interventu aliquarum perſonarum, ſi
18 ſine illo fiat, non liberat debitorem, ſed manet ut antea obligatus ad ſolvendum iterum debito modo: ut probant Ludovic. Molina *de primogen. l.2. cap.10. num.6.* alter Molina *de juſt. & jur. tr. 2. diſput.306. ad med. verſ. quamvis ſolæ res perpetuæ*, Rodriguez *de annu. reditib. l.2. quæſt.15. num.89.* Hermoſill. *ad leg.2. gloſſ.4. n.92. tit. 3. par.5. tom. 1. fol. 289. à tergo* Avendan. *de cenſib. cap.106. n.8. & 9.* Amaya *in l.1.Cod.de ſuſceptor. præpoſ.l.10.n.3.* poſt quos, & Joſeph.Seſſe, Giurb. & alios adnotavimus *in hoc Labyr. par. 1. cap.36. per tot.* Ergo iſte fiſci debitor, qui non ſervata forma & requiſitis eſſentialibus ſolvit, non liberatur, ſed remanet debitor fiſci ut antea, qui ex neceſſaria conſequentia debet ſolvere in moneta currenti, tempore ſolutionis.

19 Quia debet ſibi imputare quòd cum uno ſolo contraxerit non habente poteſtatem legitimam ſeparatim; ſed tantùm cumulativam cum aliis conjunctim, quorum interventus omnino neceſſarius erat, adeo ut unus ſine aliis negotium gerere non poſſit, juxta ſupra dicta, & text. celebrem in *l.1. §. ſi plures magiſtri*: ibi *ſed ſi ſic præpoſuit, ut plerumque faciunt, ne alter ſine altero quid gerat; qui contraxit cum uno ſibi imputabit ff. de exercitor.act.* text. etiam in *l. ſed & ſi pupil. §. conditio autem præpoſitionis ſervanda eſt, quid enim ſi certa lege vel interventu cujuſdam perſonæ, vel ſub pignore voluit cum eo contrahi, vel ad certam rem, æquiſſimum erit id ſervari in quo præpoſitus eſt ff. de inſtitor. act. cum §. ſeq. ejuſd. leg.*

20 Neque ſupra dictis obſtabit, quod in apocha facta debitori de recepta pecunia, ipſe Theſaurarius aſſerat & renuntiet receptam à ſe fuiſſe quantitatem debitam in præſentia & cum interventione aliorum duorum deputatorum.

Quia huic oppoſitioni fuit multipliciter & efficaciter reſponſum. Primò, quod apocha ipſa non 21
fuit ſubſcrita nec ſignata per deputatos, ex quorum ſubſcriptione debebat probari eorum interventio, & non aliter; nam cùm horum trium ſit una æqualis & complexiva poteſtas, & non ſeparata, ad exercitium illius muneris, ita ut unus ſine altero nullam habeat facultatem exercendi illud, ut latè ſuprà diximus ex *n.13. cum ſeqq. verſ. ſecundo quia Theſaurarius*, ſequitur ut omnium trium debeat concurrere ſubſcriptio ad quemlibet 22
actum ex eorum officio dependentem: aliter actus ipſe nulliter geſtus intelligetur, juxta celebrem Gloſſ. *in cap.ſtatutum, de reſcrip. in 6.* ubi notavit, quod ſi plures Notarii fuerint deputati ad aliquos actus, omnes debent ſubſcribere, vel ſigno noto ſigillare, aut alio modo ſimili legitimè notum facere, quod ille actus omnium authoritate & interventu ſimultaneo factus fuit. Idem tradit Innocentius in *cap. quoniam contra, nu.2. in verb. conſcribam*: Anton. de Butrio, *n.22.verſ.quæro an ſufficiat.* Abbas *nu.33.* Felin. *nu.43. verſ. quartò quæro*: Angel. *in l. ſi quis ex argentariis, §.cogentur, n.4. ff. de edendo*: Alexand. in *conſ.124. Viſo, n. 4. verſ. alia ratione, vol.7.* Ant. de Butrio *in c. inter dilectos, n.27.verſ.quæro an quis poſſit ſcribere, col.penul.de fid.inſtrum.*Guid.Pap.*d.122.An in frumentum, in fin.* ſequitur Pacianus *de probationib. cap.65. ex nu.23. cum ſeqq.* & Ludov. Bologninus *ad Ananiam, conſ. 49. Dubium, in fin.*

Mirabiliter docuit Bald. in *l. juriſjurandi, n.12.* 23
*verſ. an credatur: col.fin.Cod.de teſtib.* quod quando unus Notarius eſt aſſumptus cum collega, non creditur uni ſoli, ſed oportet quod vel ambo ſcribant, vel unus ſcribat; & alter ſubſcribat: quod & idem confirmavit in *d. l. ſi quis ex argentariis: §. quod, in 5. notab.ff. de edendo*: ubi tradit, quod ſi plures Notarii rogati fuerint de eodem inſtru- 24
mento, non eſt neceſſe ut omnes ſcribant, ſed ſufficiet quod unus ſcribat, & cæteri ſimul ſubſcricant; ſubdens idem eſſe in pluribus Tutoribus, qui licèt librum rationum debeant facere, ſuffi- 25
cit tamen ſcriptura unius & ſubſcriptio cæterorum; ſequuntur Abbas *in d.cap.quoniam contra, ſub n.32. verſ. nota tamen ex primo*, & Felin. *ibid. n.43.verſ. quarto quæro, col.23.* & Pacianus *d.cap. 65. ex n.27. cum ſeqq.* ubi dicit idem procedere in pluribus judicibus.

Cùm igitur interventio conſociorum ſit proban- 26
da ex eorum ſubſcriptione, qua actus authoriſari debet, ſi hæc ex eadem ſcriptura non apparet cùm fuit exhibita & præſentata, fruſtra per teſtes probabitur non ſubſcribentium præſentia; juxta Baldi doctrinam *in l. 1. §. voluntatem, in princ. ff. ſol. matr.* quem ſequuntur Alexand. *ibid. in princ.* Joan. de Imola *n.17.* & Jaſon.*n.5. in 2.not.* Felin. *in c. nonne, verſ. per iſtam regulam, col.2. de præſcript.* Jaſon. in *l. quæ dotis, nu 97. ſub 4. caſu, col.16.ff.ſolut.matr.* Tiraquel. *de leg.connub.gloſ.7. n.16. uſque ad n.46.* Pacianus *l.1.de prob.c.29. n.7. & 8.* dicentes, quod quando Statutum requirit in 27
contractibus mulieris, vel minoris, conſenſum ſeu voluntatem & aſſiſtentiam duorum propinquorum, non ſufficit probare eorum præſentiam cum taciturnitate, idem Tiraquel. *ubi proximè, n.5. & num. 14.* & Pacian. *d. cap.29. num.68.* dicentes, quod quando ex Statuto requiritur interventio mariti, vel propinquorum ad authorizandum actum, non ſufficit ſola eorum præſentia cum taciturnitate.

28 Quæ doctrina maximè procedit quando agitur de præjudicio Tertii, nempe quando illi qui debent intervenire ad actum, non agunt de re propria & negotio ſuo, ſed de alieno, ut quando adminiſtrant bona alterius, ut videmus in Tutoribus & Curatoribus, qui etſi in actu ſint præſentes, ſi tamen taceant, nihil agunt, niſi expreſsè autoritatem ſuam interponant: ut probat Gloſſa in *l. 3. ff. de author. tutor.* Jaſon. in *l. quæ dotis n. 95. verſ. quartus caſus eſt col. 15. ff. ſol. matrim.* & *ibi* ante ipſum Bartolus *n. 23. in fin. verſ. in 4. caſu, col. 5.* & Alexand. *ſub. n. 28. verſic. circa quartum membrum, col. 9.* Romano *n. 40. verſ. quinto in quantum dicit:* egregiè Bartol. in *l. gerit, in fin. ff. de adquir. hered.* Pacian. *de probat. lib. 1. d. c. 29. n. 63.* Ergo per apocham receptæ pecuniæ non ſubſcriptam ab omnibus ſimul, non debet probare interventum Collegarum & conſociorum.

29 Imò cùm apochæ ſolutionis à fiſco faciendæ varias ſolemnitates & ſubſcriptiones deſiderent, per hujuſmodi apochas ſolemniter factas ſolutio probanda eſt, & non admittitur probatio per teſtes: ita ex aliis probat Amaya in *l. 1. 2. Cod. de apoch. publ. l. 10. n. 16.* his verbis: *nam apocha debet cum ea ſolemnitate fieri, ut in ea apponatur nomen ejus qui confert, dies. Conſul, menſis, & ob quam cauſam fuit præſtita penſio ſeu functio, & quanta fuit ejus ſumma, l. 2. ſupr. de conven. fiſc. debit. quo ſolum probatur ſolutio facta fiſco, non teſtibus: ut docet Platea n. 4. vers. Tertiò nota, & Valenzuel. n. 4. poſt Accurs. hic; & ſic pro forma apochæ dicta ſolemnitas requiritur, ut indicat verbum*, debet, *quod denotat neceſſitatem, quia videtur lex voluiſſe ſcripturam ita eſſe neceſſariam, ut defectus ejus, probationibus non ſuppleatur aliis, juxta doctrinam Bartoli, &c.* & iterum in *ead. l. 1. ex n. 26.* proſequitur, & ex *n. 27.* ſic ait. *Et ita in noſtræ legis ſpecie debebit ſolutio facta fiſco probari per ſcripturã, id eſt apocham cum ſupra dicta ſolemnitate confectam, nec ſufficiet probatio per teſtes, l. 2. Cod. de conven. fiſc. debit. quod in aliis cauſis non eſt admiſſum, imo teſtes ſufficient* &c. & cum debitor potuiſſet probare hanc interventionem per ipſam apocham; ex qua debebat conſtare de ſubſcriptione conſociorum, & eam in tempore probationis, nec poſtea, præſentavit, ſed voluit per teſtes probare eorum præſentiam, præſumitur apocha defectuoſa, nam præſumitur contra illum qui cùm poſſet probare per inſtrumentum, vult probare per teſtes, Curt. jun. *conſ. 64. col. 3.* Cravet. *conſ. 178. num. 5.* Menoch. *de præſumpt. l. 2. præſumpt. 91. n. 11.*

30 Nec obſtat quod unus, qui ſolus recepit pecuniam fiſcalem, aſſeveret recepiſſe cum interventu cæterorum. Nam cum ipſe ſolus prorſus careat poteſtate & authoritate ad actum principalem gerendum, ex ſupra dictis *in princ. hujus cap.* & actus, non ſervata formâ ſimultanei concurſus ad gerendum præſcriptâ, irritus fit & inanis, omninòque invalidus & illegitimus, Bartol. in *l. cum lex, num. 6. vers. juxta prædicta, col. 2. ff. de fidejuſſ.* Jaſon. *in l. Gallus, num. 17. vers. Tertiò adde col. 3. ff. de liber. & poſthum.* quos & alios refert Pa-

31 cien. *de probat. c. 35. n. 29. & 30.* dicentes, quod ſtante Statuto, ut mulier, vel minor non poſſint contrahere ſine conſenſu duorum propinquorum, adeo ſentitur ablata illis poteſtas aliter contrahendi, ut omnis contractus contra prædictam formam celebratus, ſit irritus, ita ut nulla obligatio ſive civilis, ſive naturalis exinde oriatur: multo minus debet valere ejus aſſertio in eo actu contenta: nam cùm principale non ſubſiſtit, non etiam va- 32 lent ea quæ inde ſequuntur: ex *Reg. jur.*

Tum etiam quia ſi in præjudicium Tertii, aſſertioni principis de facto alieno non ſtatur, prout latè diximus in *hoc Labyrint. 1. par. c. 39. ex nu. 11.* nec aſſertioni Notarii, Maſcard. *de probat. concluſ. 143.* & de aſſertione Principis, idem Maſcard. *conclus. 141.* quantominus Collegæ, qui ſeparatim conſideratus nullam habet poteſtatem, ſed prorſus habetur pro privata perſona, denegabitur fides? quod adeo verum eſt, ut ejus aſſertio enun- 33 tiativè facta nec etiam præſumptionem aliquam inducat: Bald. *conſ. 49. n. 12.* Honded. *conſ. 31. n. 28. & 29.* Rudenſ. *conſ. 5. n. 2.* Menoch. *de præſumpt. l. 3. præſumpt. 133. ex num. 17. cum ſeqq.* Soc. *in l. ex hac ſcriptura, n. 50. Cod. de teſt. mil.* & ex aliis Nicol. à Genua, *de Enuntiativis Verb. l. 1. quæſt. 3. n. 2.* aſſerentes, quod quando diſponens non poteſt diſponere de actu à ſe geſto, verba enuntiativa ſuper eo per ipſum prolata, nullam etiam minimam præſumptionem inducent: rationem reddentes, quia omnis diſpoſitio, etiam expreſſa, 34 ad poſſibilitatem diſponentis debet adaptari, ex *l. Lucius §. penult. ff. ad municipal. & l. ſi quis ita ff. de condit. inſtit.* prout etiam verba enuntiativa nunquam attenduntur quando agitur de præjudicio Tertii, & ſic Principis, in noſtro caſu: ut ex aliis Nicol. Genua *loc. cit. ex n. 6. cum ſeqq.* ubi ponderat bona jura ad hanc rem.

Et quia ſi in caſibus, in quibus unus non 35 poſſit actum gerere ſine altero, vel aliis conſociis, permitteretur aſſertio unius dicentis, cæteros fuiſſe præſentes, facilis aperiretur via fraudandi legem & diſpoſitionem requirentem pro forma cæterorum præſentiam & concurſum, quod lex prorſus abhorret.

Alter eſſentialis defectus reperiebatur in illa 36 cautione ſolutionis, ut non fuierit ſcripta in libris Rationum cùm ſit requiſitum admodùm neceſſarium ad validitatem cautionis: imò in eadem cautione ſolutionis expreſsè dicebatur eſſe aſſumendam rationem, hoc eſt, *y ſe ha de tomar la razon deſſa carta de dago*: ſed iſta deſcriptio in libris Rationum nunquam facta fuit: quod quidem requiſitum, ſicut cætera relata hactenus appetuntur, ut clarius appareat veritas introitus & exitus pecuniæ, ne veritas occultetur, & ut cunctis obvietur fraudibus, quæ requiſita de jure communi aliis in ſolutionibus faciendis non reperiuntur, & ideo pro forma eſſentiali habenda ſunt in hoc caſu; quia quando Statutum diſponit aliquid de novo ultra jus commune, id cenſetur forma ſubſtantialis, qua deficiente, actus corruit: Ancharan. *conſ. 241. in fin.* Aretin. *in l. 1. ff. de liber. & poſthum.* Felin. *in cap. cum dilecta, col. 1. vers. novum ſignum: col. 16. vers. amplia nonò: de reſcript.* Socin. jun. *conſ. 2. n. 7. vol. 2. & conſ. 37. n. 6. & 11.* Decius *conſ. 262.* Roland. à Valle *conſ. 72. vol. 3. ex num. 60.* Beccius *conſ. 12. num. 24.* poſt Jaſonem, Decium, Socin. & alios tenet Petr. Surd. *conſ. 124. n. 3.* qui, & Rolandus à Vall. poſt plurimos DD. aſſerunt quod diſpoſitio ſeu Statutũ aliquid introducens cum certis modificationibus, inducit formam: quod requiſitum, ſicut cætera, cum in hac pecuniæ receptione non fuerint ſervata, corruit ſolutio tanquam forma ſubſtantiali deficiente, ideoque non liberat debitorem, ex jam dictis *ſupra*: ſequitur Virgil. Bocacius *in conſtit. Marchiæ gloſ. 6. n. 166.* Pedemontan. *decis. 164. num. 11.* Farinac. *in repertor. contract. quæſt. 7. n. 30.*

Dicebatur

37 Dicebatur ex parte debitoris, caſu quo ſolutio hæc facta Theſaurario fuerit nulla ob defectum ſolemnitatum, & inhabilitatem perſonæ recipientis, quod debebat ſaltem in primis excuti Theſaurarius, qui non ſervatis ſolemnitatibus requiſitis & debitis quantitatem receperat, quo invento non ſolvendo, ad debitorem recurri poſſet, qui tenetur ſolam in ſubſidium, per textum ad propoſitum valde expreſſum in *l.2.Cod. de conveniend. fiſc. debitor.* in hæc verba: *Fiſco quidem contra te manet actio, quod argentum, quod inferre debebas, rationibus fuerit relatum, ſi cautioni, quæ tibi ſuper eo expoſita eſt, Tabularius non ſubnotavit: æquum tamen eſt, ut priùs de bonis ejus, qui exactor fuit, ſi ſolvendo eſt, & conveniendi ejus facultas datur, indemnitati fiſci ſatisfiat, tunc à te ſervari hic modus non poſſit, repoſcatur*: Gloſ. Lucas de Penna, & Joannes de Platea *ibi.*

38 Cui difficultati facilè fuit reſponſum, hanc exceptionem excuſſionis juxta *d. leg.2.* non fuiſſe à debitore oppoſitam, nec in prima, nec in ſecunda inſtantia in litis ingreſſu: & cùm ſit exceptio dilatoria, debuit proponi ante litis conteſtationem, & de jure Regio intra novem dies: igitur ſi debito tempore non fuerit oppoſita, ei renuntiatum videtur, ex innumeris Doctoribus per nos cumulatis *in hoc Labyrinth. par.1. cap.23. ex n.76. cum multis ſeqq. & à n 72. & ſeqq.*

Ex quibus in Conſilio Regii Patrimonii fuit determinatum ac deciſum, ſolutionem hanc præfato modo factam Theſaurario Arcæ theſauri Regii eſſe nullam, & ad totius quantitatis ſolutionem condemnandum debitorem Fiſci, deducta ea parte, quæ facta totius quantitatis computatione, verſa fuit in utilitatem fiſci Regii.

39 Fuit inſuper in hac cauſa valdè controverſum, an debitor non ſolum ad ſortem principalem ſit condemnandus, verùm etiam ad intereſſe pro damno fiſci, ob non acceptatas & ſolutas literas cambii? In qua pro parte debitoris plura urgent. Primum, quod intereſſe non debetur niſi exiſtente & probata mora in ſolvendo, ex *l.2.§.ult. ff. de eo quod certa loco: l.vinum.ff. ſi certum pet. l. ſocium. in princ.ff. pro ſocio: l.nummis,ff. de lit.jurand. l.114. ff. de verb.oblig.l.14.§. ſed ſi ff.de conſtit. pecun.* &

40 mora non contrahitur niſi per interpellationem, aut diem in obligatione appoſitum, qui interpellat pro homine, *l. magnam. Cod. de contrah. ſtipul. l. quod te, ff. de reb.credit.l. ſi ex legati.23. & l.122. ff. de verb.oblig.l. qui decem, ff. de ſolut.l.32. l. videamus, ff. de uſuris*: ſed utrumque defecit in hoc cambii contractu: ergo non debentur uſuræ & intereſſe.

41 Secundò, quia dans litteras cambii, licèt obligatus maneat ad reſtituendum creditori pecunias receptas, non ſolutas loco deſtinato, tamen non tenetur reddere pecunias acceptas in alio loco à ſe ſolvendas recipienti litteras cambii, niſi certus ſit non fuiſſe litteras acceptatas per ſuum mandatarium, cui fuerunt directæ, facta ſcilicèt proteſtatione ſuper recuſatione in acceptando, quæ proteſtatio debet fieri coram Notario & teſtibus, atque intimari mandatori: & non conſtito de his diligentiis, recipiens litteras cambii non poteſt habere regreſſum contra campſorem qui illas dedit ad recuperandas pecunias à ſe illi datas: quia poteſt ipſi opponere; vel ſolutam fuiſſe quan-

42 titatem à mandatario, vel quod illa ab eo non petiit vel quod pecunia erat parata in loco deſtinatæ ſolutionis, ita tenent Scaccia *de commerc. & camb. §. 2. gloſ.5. n.318. cum ſeqq.* mirabiliter Gaitus *de credito. c.2.tit.7. ex n.2490. cum multis ſeqq.* ubi ponit ſpecificè exceptiones quas opponere poteſt qui dat literas, quando creditor recurrit contra ipſum ſcribentem dictas literas cambii, ad exigendum ſeu recuperandam ſuam pecuniam, Rota Genuenſ. *decis.4.n.7.* Burſat. *conſ.39. n.18.* Seraphin. *deciſ. 1419.n.20.* Turri. *de cambiis diſput.2. quæſt.11.n.20.* Fontanell. *dec.125.n.2. & ex n.11. cum ſeqq.* per text. in *l.ſi literarum,Cod.de ſolut.* igitur ſi ad eum non poteſt recurri, neque repeti pecunia data, deficiente proteſtatione, non etiam poteſt dici eſſe in mora qui ſcripſit dictas literas, nec conſequenter tenetur ad uſuras & intereſſe.

Maximè quoniam in literis cambii traditis creditori non eſt locus pœnitentiæ ex parte unius, altero invito; quia eſt contractus reciprocus & perfectus reſpiciens utriuſque contrahentis utilitatem, uti ampliſſimè poſt plurimos DD. reſolvit Scaccia *de commerc. & camb.§.2.gloſſa 5.qu. 8. ex n.517. per tot.* ubi ponit aliquas declarationes videndas *ibid.* quapropter quouſque literæ non acceptentur per mandatarium & proteſtatæ remittantur, & intimetur proteſtatio ſcriptori earum; nec eas recipiens poteſt pœnitere & repetere ſuam pecuniam, nec dans literas poteſt illas petere à creditore reddendo ipſi pecuniam acceptam niſi de ejus conſenſu: igitur non conſtito de diligentiis prædictis, nec debitor dici poteſt in mora conſtitutus, nec ullam notitiam ſeu ſcientiam habere poteſt an fuerint literæ acceptatæ & ſolutæ. 43

His tamen non obſtantibus, in caſu de quo agimus, ex circumſtantiis litis contrarium fuit determinatum, uſuras videlicet etiam unà cum ſorte fiſco deberi per dantem has literas cambii. 44

Primò, quia debitores fiſci ſemper debent uſuras & intereſſe ob retardatam pecuniæ debitæ ſolutionem, ad quas uſuras eo ipſo quo quis eſt debitor fiſci ſolvendas cogi poteſt: ut jura ſunt expreſſa in *l.cum quidã 17.§.fiſcus ex ſuis contractibus uſuras non dat, ſed ipſe accipit ut ſolet à fornicariis qui tardiùs pecuniam inferunt, item ex vectigalibus: cum autem in locum privati ſuccedit, etiam dare ſolet, ff.de uſur. & in §.ſeqq.* ita dicitur: *Debitores qui minores ſemiſſibus uſuras præſtabant, fiſci eſſe cœperunt, poſtquam ad fiſcum tranſierunt ſemiſſes cogendi ſunt præſtare*: *l. Herennius Modeſtinus, la 2. ff. de uſur. l.2 Cod. de uſur fiſcal lib.10. l.1. C. de his quib. ut indign.* poſt plures DD Noguerol. *allegat. 11. ex n.180.* Leotardus *de uſuris, quæſt.22. ex n. 1. cum ſeqq. & quæſt. 82. n. 8.* præter quos, alios plures allegat Mar. Cutell. *de donat. tom.2. tract. 2. diſc.10, ſpeciali 21. num.24.* 45

Et in tantum debitor fiſci ob retardatam ſolutionem tenetur ad uſuras & intereſſe præſtandum fiſco, ut fiſcus non teneatur interpellare ad hoc ut tale intereſſe ſui crediti exigere valeat; cùm in debitis fiſcalibus mora re ipſa contrahatur: mora namque dupliciter facta intelligitur, ex re ſcilicet, & ex perſona: ex re, mora fit ipſo jure & re ipſa abſque aliqua interpellatione, aut die; in illis enim caſibus, quibus mora fit ex re, ipſo facto & à lege inducta intelligitur, & ſine ullo examine, lex etenim ſemper opportunè debitorem admonet, *l.8. C. de condict.furtiv. l.23. ff. de uſur.* nec diſceptationi locum relinquit, *l. proſpexit, ff. qui & à quib. l. de pretio, ff. de publican.* & per contrarium: mora, quæ ex perſona fit, requirit vel diem vel interpellationem, aliàs non inducitur mora ad intereſſe petendum: hanc differen- 46 47

tiam inter moram ex re, & moram ex perſona latiſſimè ſcripſit Leotardus *tract. de uſur. quæſt.* 81. 82. & 83. juncta *quæſt.* 22.

48 Et quod in debitis fiſcalibus mora inducatur ex re, ſive quod re ipſa & ipſo jure inducatur mora abſque die vel interpellatione, ſed ex ſolo tempore retardatæ ſolutionis fiſco, ſicut minori, & Eccleſiæ, debeantur uſuræ & intereſſe, latiſſimè probavit idem Leotard. *d. quæſt.*22. *ex num.*7. *cum ſeqq. & quæſt.*82.*num.*8. *cum ſeqq.* ex Gloſſ. in *l. cum quidem.*17.§. *fiſcus. ff. de uſur.* quam *ibidem* ſequuntur ferè omnes DD. Bartol. *in l.*2.*Cod. de his quib. ut indign.* Alex. in *l. quod te, ff. ſi cert.* Jaſon. *in §. ex maleficio*, *num.* 33. *Inſtitut. de action.* Lucanus *de privileg. fiſci*, *par.*1. *num.*34. Æmil. Ferret. *in tract. de mora. nu.*9. Menoch. *de arbitrariis, caſu* 220. *num.*8. Peregrin. *de jur. fiſc. lib.*6. *tit.*7.*num.*1. Eſcobar. *de ratiocin. cap.*15. *num.*33. Mareſcot. *var. reſol. lib.*2.*cap.*124.*n.*19. Ergo fiſcus non cogitur interpellare debitorem in hoc caſu, ut ab ipſo conſequi poſſit intereſſe ſuæ pecuniæ.

49 Deinde quia etiam iſtæ litteræ cambii continebant certum diem & locum in quo facienda erat ſolutio, ad quam ſcriptor litterarum ſe obligavit ex quo recepit pecuniam à fiſco; quare tranſacto die ſtatim non facta ſolutione, fuit conſtitutus in mora ex *juribus ſupr. alleg. n.*39. *verſ. fuit inſuper &c.*

50 Neque obſtare dicebatur defectum proteſtationis litterarum, eo quod non fuit facta ſolutio juxta *d. l. ſi litterarum, Cod. de ſolut.* & DD. ſuperiùs allegatos, *nu.*41.*verſ. ſecundo quia* Quoniam variis modis fuit reſponſum, illam ſcilicet doctrinam tum demum habere locum, quando fiſcus valuiſſet recurrere contra ſcribentem litteras non acceptatas, ut poſt plurimos DD. diximus *in hoc Labyr. part.*1.*cap.*10.*n.*40. *& ead. part.*1.*cap.*26.*§. unico, num.*19. Sed non procedit quando ipſemet
51 debitor agnoſcens ſuas litteras non fuiſſe acceptatas nec ſolutas à ſuo mandatario libenter obtulit & ſolvit pecuniam fiſcalem à ſe receptam Theſaurario Arcæ Regiæ, cum quo nec contraxerat, nec ei litteras cambii tradiderat, nec erat perſona legitima ad recipiendum, prout ad longum probatum fuit à *princ. hujus cap.* & hoc fecit tempore proximo mutationi monetæ omnibus notæ.

52 Deinde quia in cautione ſolutionis hoc modo geſtæ, ipſe faſſus eſt eam ſolutionem facere, eo quod litteræ ſuæ nec acceptatæ fuerant, nec ſolutæ: ex qua confeſſione clarè apparebat de ſcientia & notitia ſua non tunc orta, ſed à principio, & de tempore præterito, quia abſoluta fuit illa confeſſio, non reſtricta ad tempus ſolutionis, ſed omne tempus præteritum comprehendens: quo caſu, ut dictum eſt *ſupr. ex n.*50.*verſ. nec obſtare dicebatur*: non indigebat fiſcus alias oſtendere diligentias, imò ex abundanti eas interveniſſe apparebat ex relatione Conſilii computorum, ubi aſſeveratur in rationibus redditis à miniſtro militari, cui directæ fuerunt litteræ cambii ad exigendum, docuit de non exactione ob defectum acceptionis per ſufficientes diligentias per ipſum geſtas.

53 Quibus adjungebatur inveriſimilitudo maxima hujus debitoris aliàs obligati ad ſolvendum certo die & loco, dicere volentis ignoraſſe defectum ſolutionis, qui cum ſuo correſponſali, cui directæ erant litteræ, quotidie & frequenter correſponſionem habebat, & computa: & rationes inter ipſos fiebant, ut frequentiſſimum eſt inter mercatores ad invicem correſpondentes; ac ideò juſtè præſumebatur ignorantia affectata in hoc caſu, vim habens certæ ſcientiæ, cùm potuerit facilè ſcire, & etiam debebat, ratione ſuæ obligationis ſolvendi certo die: ut per plura probant Maſcard. *de probationib. concluſ.*879. *ex n.*31. *cum ſeqq.* & Pacianus *de probat. lib.*2.*cap.*19. *ex n.*60. *cum ſeqq.*

54 Quapropter cùm à principio receptæ pecuniæ fiſcalis debitor fuerit obligatus alibi ſolvere, ſemper ab eo die manſit obligatus, & fiſci debitor: à qua obligatione cùm per ſolutionem non fuiſſet liberatus, ut in his terminis litterarum cambii poſt alios obſervat Leotardus *de uſur. quæſt.*25. *ex n.*24. *cum ſeqq. &* Doctores ſuperiùs citati *nu.*41. *verſ. Secundò quia dans litteras*: ſemper ſicut antea remanſit debitor fiſci, quomodocumque & quandocumque conſtiterit & apparuerit non ſolviſſe, nec fuiſſe extinctam ſuam obligationem, cùm in rei veritate nunquam illam adimpleverit: quia quod eſt certum per naturam, eſt certum per 55
legem, etiamſi partes ignorent, *c. cum in apoſtolica, de ſponſal.*§.*conditionis* 8.*Inſtit. de verb. oblig. l. cum ad præſens* 37. *cum duab. ſeqq. ff. ſi cert. pet. l. conditio* 100.*ff. de verb. oblig l. ſi pupillus* 9.§.1.*ff. de novat. l. heredi* 31.*ff. de acquir. hered. l.*1. *&* 2.*ff. de condit. & demonſtr. l. Titius* 25.§. *Lucius, ff. de liber. & poſthum. l. ſi ita ſcriptum* 46.§.*fin. ff. de legat.*2.*l. ſi jam* 11.*ff. de condit. & demonſtr.*11.*l.*12. *ad fin. t.*11. *partit.*5.

56 Ideoque ſuppoſita obligatione dantis litteras cambii ſolvendi die & loco deſtinato, ad eum ſpectabat cura ſolutionis, & implementum ſuæ obligationis inveſtigare ceſſat enim ignorantia eo in caſu quo quis diligentiam adhibere debet & inquirere, *l. regula*, §. *ſed ſi facti, verſ. diligenter. ff. de jur. & fact. ignor.* Anton. Gabriel. *t. de regul. jur. concluſ.*6.*n.*40. Monald. *cons.*6.*n.*12.*vol.*1. Bardell. *cons.*85. *num.* 8. Pacific. *de ſalvian. interdict. inſpect.* 4. *c.* 3. *n.* 32. Craveta *conſil.*225. *ſub num.*2. imò præſumitur tunc potius ſcientia Bardell. *d. cons.*85.*n.*20. Giurba *deciſ.*91. *num.*23. *&* 24. qui *num.* 25. poſt quamplurimos Doctores ait, ignorantia, ut proficiat, debet omni ex parte eſſe excuſabilis.

57 Deinde quia cùm ex traditione pecuniæ ex parte creditoris, & traditione litterarum cambii inducatur contractus perfectus & irrevocabilis, juxta tradita per Leotard. *de uſur. quæſt.*25. *ex num.* 24. & ideò ultro citroque obligatorius ob utilitatem utriuſque contrahentis, Scaccia *de commerc. & cam.*§.2.*gloſ.*5.*quæſt.*8. *per tot. ex nu.* 527. ubi plurimos laudat; ſequitur quod mora contrahatur re ipſa, & ipſo jure, abſque aliqua interpellatione, quoties unus ex contrahentibus ex ſua parte complevit, nam iſtud adimplemen- 58
tum, ſeu ejus defectus alteram partem conſtituit in mora re ipſa, & ipſo jure, non expectata nec requiſita alia interpellatione: ita per jura & Doctor. copioſè probat Leotardus *de uſur. quæſt.* 82. *ex num.* 46. *cum multis ſequent.* Cùm igitur fiſcus ex parte ſua contractum adimpleverit dando pecuniam tradenti litteras cambii, iſte omnino ex tunc fuit conſtitutus in mora ad eam fiſco reſtituendam cum intereſſe, ob non implementum ex parte ſua, ex hactenus comprobatis.

Et ita in facti contingentia determinavit Conſilium Regii patrimonii, ſortem cum intereſſe præſtandam, à die receptæ pecuniæ à fiſco: cui pro hoc credito & intereſſe dandum eſſe

gradum

gratum in judicio concurſus formato per hunc debitorem dantem literas cambii.

---

## CAPUT IV.

### Hypotheca ſuper uſufructu ad debitorem ſpectante impoſita an extinguatur proprietate rei per debitorem acquiſita.

#### SUMMARIUM.

1 *Uſufructu extincto, extinguitur hypotheca ſuper eo conſtituta.*

2 *Hypotheca impoſita ſuper jure ex ſua natura reſolutivo, extinguitur, ipſo extincto.*

3 *Extinguitur uſusfructus ex vi conſolidationis, ſi uſufructuarius nanciſcatur rei proprietatem.*

4 *Mutata forma rei, ſuper qua quis habet uſumfructum, extinguitur uſusfructus.*

5 *Per acquiſitionem proprietatis, uſusfructus formalis transfunditur in cauſalem: & inter utrumque magna eſt diſtinctio, & n. 6.*

7 *Mutata forma rei ſuper qua quis habet jus, iſtud amittit, ſi res tranſeat per commixtionem in aliam diverſam ſpeciem.*

8 *Aliud eſt materia, aliud materiatum, & jus habens ad materiam, non habet ad materiatum, & è contra.*

9 *Jus pignoris habens in materia, illud omittit in materiato.*

10 *Durat hypotheca ſuper materia confuſa, quæ facta ſit alia ſpecies, dummodo ſit reducibilis ad priorem materiam, & n.11.*

12 *Uſusfructus formalis tranſiens in cauſalem, non poteſt reduci ad priorem formam.*

13 *Jus ſemel extinctum amplius non reviviſcit.*

14 *Uſufructuarius dimittens voluntariè proprietatem, non recuperat uſumfructum ſemel conſolidatum.*

15 *Nemo poteſt eſſe rei ſuæ uſufructuarius.*

16 *Verius eſt, hypothecam ſuper uſufructu conſtitutam non extingui per adquiſitionem proprietatis factam à debitore uſufructuario, & n. 60.*

17 *Uſufructuarius voluntariè dimittendo uſumfructum non poteſt præjudicare creditoribus, ipſis enim adverſus illum competit actio ad intereſſe: & ex facto alterius nullus prægravatur, & num. 18.*

19 *Confuſio non admittitur in præjudicium Tertii, & num. 30.*

20 *Si ex voluntaria adquiſitione, & cauſata confuſione, admitteretur Tertii præjudicium, facilè aperiretur via fraudandi creditores in ſuo jure & hypotheca.*

21 *Concluſio actionum nunquam extenditur ad hypothecam Tertii, quæ ſemper manet illæſa, & n. 22. & 23.*

24 *Jus uſusfructus non poteſt hypothecari, ſicuti nec alienari, nec cedi; ſed ſola commoditas fructuum.*

25 *Commoditas fructuum, & eorum perceptio, eodem modo remanet penes debitorem quando conſolidatus eſt uſusfructus, quod erat ante conſolidationem.*

26 *Commoditatem fructuum percipit debitor ex validiori titulo quando conſolidatus eſt uſusfructus, quam quando erat ſeparatus à proprietate, & n. 61.*

*Qui hypothecavit rem alienam tanquam ſuam, & poſtea dominium ejus adquiſiverit, confirmat, & validiorem reddit hypothecam,* ibid.

27 *Debitor habens poſſeſſionem rei, quam hypothecavit creditori, poſtea adquirens proprietatem, confirmat hypothecam illam debilem priorem.*

28 *Quidquid accreſcit pignori, pignus eſt, & ſub hypothecam contractam cadit.*

29 *Aliud eſt extingui hypothecam ſuper uſufructu appoſitam ob extinctionem uſusfructus & conſolidationem cum proprietate quam habet Tertius, aliud verò eſt, conſolidari jus uſusfructus cum proprietate nunc reperta penes ipſum debitorem obligatum, &* num. 30.

*In hoc ſecundo caſu, licèt extinguatur jus uſusfructus, manet tota res in ſubſtantia penes ipſum debitorem,* ibid.

*Conſolidatio contingens in perſona debitoris, recipit ſeparationem ad favorem ejus, qui habet jus ad uſumfructum, emphyteuſim, vel aliud jus conſolidatum,* ibid.

31 *Commoditas ad fructuum ex conſolidatione, ſolùm patitur mutationem extrinſecam, & fortius roborat jus antiquum debitoris.*

32 *Jura loquentia de confuſione, commixtione, & mutatione rei ſuper qua quis habet jus aliquod, clarè loquuntur quando transformatio contingit intus in ipſa re, & n.33.*

34 *Ut mutatio fructuum hypothecatorum operetur extinctionem hypothecæ, debet materia ita tranſire in materiatum, ut prima materia eſſe deſinat & incipiat nova alia ſpecies, & n.46.*

*Hypotheca durat in re conſolidata, quoties eſt reducibilis ad priorem formam.* ibid.

35 *Jurium confuſio in perſona debitoris eſt reducibilis ad priorem formam ad effectum præſervandi hypothecam ſuper fructibus.*

36 *Hæreditate adita, bona defuncti & hæredis ita conſolidantur, ut unicum fiat patrimonium adeuntis.*

37 *Ad petitionem creditorum defuncti petitur ſeparatio bonorum, ut ex ejus bonis non ſatisfiat creditoribus hæredis.*

38 *Bona non poſſunt manere obligata pro eodem apud eumdem.*

39 *Dominus rei poteſt ſeparare uſumfructum à proprietate ad effectum conſtituendi hypothecam in favorem creditoris ſuper uſufructu formali.*

40 *Mutatio rei hypothecatæ in ejus qualitatibus non extinguit hypothecam.*

41 *Quando diſpoſitio contrahentium reſpicit ſubſtantiam & non formam rei hypothecatæ, manet hypotheca, formâ rei mutatâ.*

42 *Procedit hæc doctrina in uſufructuario & creditore ejus, quando convenerunt ut commoditas fructuum hypothecæ ſubjiceretur.*

43 *Uſufructuarius obligans uſumfructum, intelligitur obligare commoditatem.*

44 *Contrahentes ex eodem facto non intelliguntur ſibi ipſis & intentioni ſuæ principali velle contradicere; & ſimul velle adquirere & velle perdere.*

45 *Non poteſt quid initium capere ab eo caſu quo finem accipere debet.*

47 *Quando ſpecies eſt confuſa cum eadem ſp[illegible]ie materiæ, dicitur adhuc res extare, & d[illegible]at hypotheca.*

48 *Creditor.*

48 *Creditor hypothecarius in frumento non amittit hypothecam, quamvis redactum ſit ad farinam.*

49 *Gabella ſuper tritico impoſita debetur ex farina.*

50 *Statutum prohibens extrahi frumentum, habet locum in farina.*

51 *Gabella quæ debetur ex aleo, debetur pro oleo ex quo conficitur tertia ſpecies, putà pro ſapone.*

52 *Gabella quæ pro ſerico debetur, etiam pro ſerico contexto debebitur.*

53 *Etiamſi commoditas, adquiſita proprietate, pateretur mutationem, non eſt talis qualitatis ut extinguat hypothecam ab uſufructuario conſtitutam.*

54 *Referuntur & expenduntur qui tenent ſententiam Authoris, & n. 55.*

56 *Debitor hypothecans rem in qua habet aliquod jus, pro eo jure intelligitur hypothecare; & ſi poſtea nanciſcatur dominium, manet adhuc hypotheca. Ad id expenditur Gaitus, & n. 57. & 58.*

59 *Authores adducti pro ſententia Authoris, loquuntur in caſu quo Tertius pro ſuo intereſſe intermediat, nam in ejus præjudicium non conſideratur conſolidatio.*

60 *Uſufructu conſolidato cum proprietate apud Tertium, extinguitur hypotheca ſuper ejus commoditate conſtituta, & n. 61. & 62.*

63 *Extincto uſufructu, extinguitur hypotheca, niſi reſultet damnum Tertii.*

64 *Mutata re quoad ſubſtantiam, extinguitur hypotheca; ſecùs aliàs, & n. 65.*

66 *Commoditas uſusfructus ſolùm hypothecata, non in ſubſtantia, nec in qualitate aut forma ſua, non patitur mutationem per adquiſitionem proprietatis.*

GRandis eſt hujus quæſtionis difficultas & prorſus omiſſa in tot tractatibus de pignoribus, hypothecis, & uſufructu: ejus tamen vera reſolutio non niſi per diſputationem apparebit. Quæritur itaque utrum extinguatur hypotheca ſuper uſufructu impoſita à fructuario, ſi fortè ipſe proprietatem rei fructilis adquirat.

1 Et pro hypothecæ hujuſmodi extinctione ac
reſolutione, varia urgent fortiſſima fundamenta. Primum eſt, quoniam licet hypotheca validè
imponi poſſit ſuper uſufructu per debitorem
uſufructuarium, ejus tamen vita regulatur à vita uſusfructus, & tantum durat quantum uſusfructus: ita ut extinguatur & reſolvatur hypotheca extincto ſeu finito uſufructu: ſicut contingit in hypotheca impoſita ſuper re, aut jure ex
2 natura ſua reſolutorio aut variabili, ut extincta
rei hypothecatæ ſubſtantia, diſſolvatur hypotheca, textus capitalis in *l. ſicut* 8. *ff. quib. modis pign. vel hypoth. ſolvit.* ibi: *ſicuti re corporali extincta, ita etiam uſufructu extincto pignus & hypotheca perit.* & *l. ſervium* 27. *ff. de pignoribus & hypoth.* latiſſimè varia exempla cumulavimus *in hoc Labyrinth.* 3. *part. cap.* 15. *ex num.* 3. *cum multis ſequentib.* & *per tot.* & *part.* 1. *cap.* 43. *ex n.*
3 14. *cum ſequentib.* addè Merlin. *de pignor. l.* 5. *quæſt.*
34. *per tot.* Sed ſic eſt quod uſusfructus finitur & extinguitur eo ipſo quod uſufructuarius adquirit quovis legitimo titulo proprietatem rei, ſuper qua habet uſumfructum, ex vi confuſionis & conſolidationis, ut ſunt jura expreſſa in §. *finitur uſusfructus*, ibi: *ſi uſufructuarius proprietatem rei adquiſierit, quæ res conſolidatio appellatur, Inſtit. de uſufr. l. ſi fructuarius ff. de uſufruct. quemadmod. cau. l. omnes* 3. §. *ſed & ſi quis, ff. eod. tit. l. ſi ſub conditione* 16. *l. ſi tibi fundum* 17. *quemadm. uſufr. amitt. l. is, cujus* 26. & *l. cum filius* 78. §. *dominus. ff. de legat.* 2. *l. ſi purè* 4. *ff. de uſufr. leg.* ergo impoſſibile erit, quod hypotheca impoſita ſuper uſufructu, duret poſt adquiſitam proprietatem à debitore, quia reſoluto jure debitoris, reſolvitur hypotheca ſuper eo impoſita, text. clarus in *l. lex vectigalis, ff. de pignorib.*

Secundò, quia mutata forma rei ſuper qua 4
quis habet uſumfructum, uſusfructus prorſus finitur & extinguitur, *l. repeti* §. *rei mutatione, l. quid tamen* 10. *in princ.* & *in* §. 1. & §. *navis, ff. quib. mod. uſusfruct. amitt.* §. *finitur, vers. eò ampliùs, Inſt. de uſufr. l.* 25. *t.* 31. *partit.* 3. exornat latiſſime Caſtillo,
*de uſufr. cap.* 70. *ex num.* 1. & *per tot.* Sed ſic eſt 5
quod uſusfructus formalis qui fuit hypothecatus, per adquiſitionem proprietatis transfunditur & tranſmutatur in uſumfructum cauſalem, & cum eo conſolidatur ita ut deſinat eſſe uſusfructus formalis, & ſubito efficiatur cauſalis, nova forma recepta, & priore extincta, quia utraque ſtare & concurrere non poteſt in eadem perſona; ex juribus & authoritatibus adductis *ſupr. nu.* 2. & 3. quam diſtinctionem inter utrumque uſumfructum, formalem & cauſalem, abundè probat & exornat Caſtillo *de uſufruct. cap.* 1. *per tot.* er-
go hypotheca reſtricta ad uſumfructum formalem, 6
& ſuper eo impoſita, formâ extinctâ & mutatâ, debet finiri & extingui, quia qualitas ſine ſubjecto eſſe non poteſt, & non entis nullæ ſunt qualitates, & expreſsè probat *l. ſi convenerit* 18. §. *ſi quis ff. de pignor. act.* ibi: *ſi quis caverit ut ſibi Sylva pignori eſſet, navem ex ea materia factam non eſſe pignori, Caſſius ait; quia aliud ſit materia, aliud navis*, &c.

Et generaliter verum eſt, quod mutata for- 7
ma rei ſuper qua quis habet jus aut dominium, illud amittit ſi res tranſeat per commixtionem & confuſionem in aliam diverſam ſpeciem, quia alia res eſt, & non illa ſuper qua, vel ad quam habebat jus, aut dominium, ſed alia nova & diverſa à prima: ut ſunt jura expreſſa in *l. adeo*, §. *cùm quis ex aliena materia ſpeciem aliquam ſuo nomine fecerit, Nerva & Proculus putant hunc dominum eſſe qui fecerit, quia quod factum eſt, ante nullius fuerat* &c. cùm §§. *ſeq. ff. de adqu. rer. dom.* & §. *cùm* 8
*ex aliena materia, cum trib.* §. §. §. *ſeq. Inſtit. de rerum diviſ.* probatur etiam ex textu in *l. lana* 86. *ff. de legat.* 3. *l. ſi cui lana* 68. *eod.* quoniam aliud eſt materia, aliud materiatum, & jus habens ad materiam, illud non habet ad materiatum, vel è contra, text. in *d. l. lana:* & *in l. Servius reſpondit, cui omnis materia legata ſit, ei nec arcam, nec armarium legatum eſſe,* 55. *l. librorum* 50. §. *chartis legatis, nec papyrum ad chartas paratum, nec chartæ nondum perfectæ continebuntur. ff. de legat.* 3. *l. idē Pomponius* 5. §. *idem ſcribit, ſi ex melle meo & vino tuo factum ſit mulſum, quoſdam exiſtimaſſe id quoque communicari: ſed puto verius (ut & ipſe ſignificat) ejus potius* 9
*eſſe qui fecit; quoniam ſpeciem priſtinam non retinet, ff. de rei vindic.* Igitur jus hypothecæ ſuper uſufructu formali, non poteſt trahi ad uſumfructum cauſalem, in quem fuit per confuſionem, commixtionem & conſolidationem transformatus, cùm ſit nova & diverſa ſpecies priori extincta & ſuppreſſa, & in terminis; quod jus pignoris habens

in

in materia; illud amittat in materiato ex *d.* §. *ſi quis*, probant plures adducti à Merlino, quos ipſe ſequitur in *tr. de pignorib. lib. 2. q.43. ex nu. 41. cum ſeqq.*

10 Tertiò, quoniam etſi verum ſit, quod duret jus & hypotheca in eadem re & materia quantumvis commixta & confuſa, ita ut ſit facta nova & diverſa ſpecies ex illa materia, quando ſcilicet ſpecies hæc ſit reducibilis ad priorem formam & materiam, quia tunc durat adhuc jus & dominium in eadem nova ſpecie reducibili ad priorem formam prout expreſsè probat *l. 2. §. Pomponius, & l. idem Pomponius, §. ſed ſi plumbum, ff. de rei vindic.* & expreſſa ſunt jura allegata *ſupr. num. 7.* Et in expreſſo quod hypotheca

11 ſuper materia commixta & confuſa cum alia materia, reducibili tamen ad ſuam priſtinam formam, contracta duret, nec extinguatur, probat ex Bartolo in *l. ſi convenerit, §. ſi quis caverit, n. 5. vers. aut verò*, Cæpola *conſ. 7.* Fulgoſ. *in d. §. ſi quis num. 2. vers. tertius autem caſus*: Neguſant. *de pignorib. part. 2. memb. 2. n. 26.* & Gaito *de credito c. 4. quæſito 5. n. 192. & à nu. 194. & ſeqq.* Merlinus *de pignorib. l. 2. quæſt. 54. n. 48.*

12 Reſpondetur tamen fatendo propoſitam doctrinam, & negando applicationem: quoniam uſusfructus formalis ſemel legitimè conſolidatus in eadem perſona, & extinctus atque tranſlatus in uſumfructum cauſalem, nulla arte reduci poteſt ad priorem formam, quia res ſua nemini ſervire poteſt, *l. ſi rem alienam, l. 2. ff. de pignor. act. l. in re communi, ff. de ſervit. urban. præd. l. uti, frui, ff.*

13 *ſi uſusfruct. pet.* cum aliis *ſuprà* allegatis *n. 3.* & quoniam illud jus uſusfructus per adquiſitionem proprietatis extinctum fuit & finitum, ex *prædictis jurib.* & jus ſemel extinctum iterum non reviviſcit, *l. qui res, §. aream, ff. de ſolut. l. inter ſtipulantem, §. ſacram. vers. nec revocari, ff. de verbor. obligat.* cum *ſimilib.* Etiamſi ipſe fructuarius vellet iterum ſpontè proprietatem dimittere, non ta-

14 men ideò recuperabit uſumfructum ſemel conſolidatum & extinctum: text. optimus in *l. ſi quis ædes 29. ff. de ſervit. urban. præd.* quem copioſè & ſingulariter exornavimus *in fin. in cap. 6. ex nu. 42. cum*

15 *ſeqq. vers. & pro hac propoſitione* &c. quia uſusfructus per adquiſitionem proprietatis ad eum caſum pervenit, à quo non potuit inchoari, cùm rei ſuæ nemo poſſit eſſe fructuarius *l. uti, frui, in princ. ff. ſi uſusfruct. pet.* ita in his terminis conſideravit Tiraquell. *de retract. §. 1. gloſ. 7. num. 63.* ſequitur Matienzo *ad leg. 7. gloſ. 1. n. 36. tit. 11. l. 5. recopil.* Ex quibus hæc pars negativa, ut hypotheca ſuper uſufructu non duret, ſed extinguatur eo ipſo quod fuit extinctus & finitus uſusfructus per adquiſitionem proprietatis, undique probata videtur.

16 Quibus tamen [ quantumvis fortia urgentiſſima, & veriſſima in ſe ſint ] minimimè refragantibus, contraria opinio, imò quod hypotheca ſuper uſufructu non pereat propter adquiſitionem proprietatis factam à debitore uſufructuario, longè verior eſt, atque certioribus & validioribus roborabitur fundamentis.

17 Primò; quoniam debitor nec cedendo, nec renuntiando vel dimittendo voluntariè uſumfructum ſemel quæſitum, poteſt præjudicium aliquod inferre ſuis creditoribus, nec iſti ex facto quolibet voluntario debitoris amittunt ſuum jus hypotecæ in re, vel uſufructu renuntiato: hoc idem in iſtis terminis ampliſſimè per jura & DD. & Rotæ Deciſiones comprobavimus *in hoc Labyr. par. 1. c. 43. ex num. 20. cum ſeqq. & per tot. c. & in 3. part. cap. 15. per tot.* Cùm itaque iſta hypothecæ extinctio (caſu quo dicatur extincta) proveniat ex facto voluntario & culpa debitoris, nihil ei prodeſt, ſed manet creditori actio ad intereſſe in eum, ut probat *l. ſervum 27. ff. de pignorib.* ibi: *quod deliberando aut vincindo, perſequutionem pignoris exinanierit*: exornat poſt alios Merlin. *de pignorib. l. 5. qu. 24. n. 7. & 8. à princ.* quorum doctrina procedit, ut diximus, caſu quo extinguatur pignus vel hypotheca, non verò quando non extinguatur, ut in caſu noſtro, ex comprobatis *infrà ex n. 24. cum ſeqq.*

Et quando uſufructuarius emit rem à proprietario, ei videtur conſentire in amiſſione & renuntiatione uſusfructus, ex *l. cum pater, §. libertis & ib.* Bartol. *quæſt. penult.* & Imol. *ff. de legat. 2. & l. Titius, in princ. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. ſolv. l. ſi debitor, §. 1. & l. ſicut §. venditionis, §. eod.* cum aliis ſimilibus cumulatis à Tiraquello *de legib. connub. gloſ. 5. limit. 3.* Matienzo *in l. 7. gloſ. 1. ſub n. 35. vers. item quia uſufructuar. emendo.* Ergo non debet admitti in præjudicium creditoris hypothecarii, quia ex facto volũtario alterius nullus poteſt prægravari. 18

Nec in juribus ſuperiùs allegatis *num. 3.* nec in cæteris quæ de confuſione & conſolidatione juris cujuſvis, an uſusfructus, vel alterius ſervitutis, per adquiſitionem proprietatis loquuntur, legitur confuſionem admitti dato alterius Tertii, habentis jus aliquod in ipſo jure conſolidato, detrimento aut præjudicio, ſed ſolùm loquuntur inter uſufructuarium & proprietarium, ſeu dominum fundi ſervientis & dominum fundi dominantis, ſicut & inter creditorem & debitorem invicem ſuccedentes: nam ſi ex hac voluntaria adquiſitione à debitore facta admitteretur confuſio in Tertii præjudicium, ampla aperiretur via fraudandi creditores in ſuo jure & hypotheca, cùm facilè poſſet debitor fructuarius vel verè vel fictè colludendo cum domino proprietatis, eam adquirere, vel fingere emptionem, ut creditorem excluderet à jure hypothecæ contractæ ſuper uſufructu ad ipſum debitorem pertinente; quod meritò jura abhorrent: *l. in fundo, ff. de rei vendic. Clement. 1. de uſur.* cum *concord.* Ergo in hoc caſu perſeverare debet hypotheca quam Tertius creditor habet in uſufructu. 19 20

Secundò, quoniam confuſio actionum ſemper reſtringitur inter creditorem & debitorem, & nunquam extenditur ad jus, & hypothecam Tertii, quæ ſemper manet illæſa & reſervata: nam licèt quando debitor ſuccedit creditori, vel creditor debitori, confundantur actiones & credita poſt aditam hæreditatem, *l. debitori. 7. Cod. de pact. l. Urancus 71. ff. de fidejuſſorib. l. ſtichum 96. §. aditio ff. de ſolution. l. cum ſecundum, Cod. de fideicommiſſ. l. ſi debitori 51. ff. de fidejuſſor. l. ſi adulta, Cod. de heredit. action. l. ſi uxor tua, Cod. de bon. auth. judic. poſſid. l. debitor. 59. ff. ad Trebell.* 21

Tamen ſi Tertius quiſpiam habeat hypothecatum nomen illud debitoris, quod per ſucceſſionem confundi ſolet & extingui, nunquam confuſio operatur extinctionem illius hypothecæ, nec extenditur ad præjudicium Tertii habentis hypothecam in illo nomine & jure, quæ remanet ſalva, præſervata & illæſa ſicut antea ac ſi nunquam contigiſſet ſucceſſio, & aditio hæreditatis inter debitorem & creditorem, ſic per text. in *l. heres à debitore, §. quod ſi hic ſervus, ff. de fidejuſſor. l. debitor* 22

debitor 3. *ff. de ſeparat. l. ſtichum aut Pamphilum* 95. §. *quod vulgo, ff. de ſolut. l. ex ſextante*, §. *Latinus Largus, ff. de except. rei judic.* Rota *deciſ.* 236. *numer.* 1. *verſ.* & *in omnem caſum part.* 4. *recent.* quam ad id adducit Merlinus *de pignorib. l.* 5. *quæſt.* 15. *num.* 1. & 2. & prædictam deciſionem collegit Duardus *poſt tract. de cenſib. dec.* 183. quæ tota eſt elegans ad propoſitum.

23 Et quod confuſio hypothecæ adquiſitæ etiam ab ipſo creditore, ceſſet quoties ei, vel alteri Tertio allatura eſt aliquod damnum & præjudicium, vel quando debitor ſuccedit creditori, ut ſemper duret hypotheca ad favorem Tertii creditoris, magnam Doctorum catervam congeſſimus in *hoc Labyrinth. part.* 2. *cap.* 7. *ex num.* 35. *uſque ad* 39. & *part.* 3. *cap.* 11. *ex n.* 129. *cum multis ſeqq.* ergo impoſſibile eſt, quod confuſio ſeu conſolidatio uſus fructus cum proprietate poſſit extinguere hypothecam ſuper eo antea impoſitam, in detrimentum creditoris hypothecarii.

24 Tertiò invincibiliter iterum hæc pars roboratur, quoniam jus uſusfructus non fuit hypothecatum, quia nec hypothecari, nec aliter alienari vel cedi poteſt, ſed ſola commoditas fructuum, in quibus dumtaxat conſiſtit utilitas creditoris & hypothecæ; ad abundè per nos tradita in *hoc Labyrinth. part.* 1. *cap.* 43. *ex n.* 22. *cum multis ſeqq. uſque ad n.* 37.

25 Sed ſic eſt, quod commoditas fructuum, & horum perceptio, & utilitas remanet eodem modo quo erat antea penès debitorem abſque aliqua confuſione aut conſolidatione, quia iſta ſolum tangit jus uſusfructus; quod tanquam ſervitus repugnat dominio noviter fructuario quæſito, ut probant omnia jura ſuperiùs adducta *num.* 3. etenim per alienationem juris uſusfructus dumtaxat cauſatur conſolidatio cum proprietate, juxta text. *in* §. *finitur, Inſtit. de uſufr. l. ſi uſusfructus* 67. *ff. de jure dot. l. unic.* §. *ſin autem uſufructuarius, Cod. commun. de manumiſſ. l. uſufructu, Cod. de uſufr. l.* 24. *tit.* 21. *partit.* 3.

Quod ſecus eſt in alienatione ſolius commoditatis reſpicientis fructuum perceptionem, ut tunc ceſſet conſolidatio, ex *l. arboribus* 13. §. *uſufructuarius ff. de uſufr. l. non utitur* 45. *eod. l. cui uſusfructus* 74. *ff. d. tit. l. ſi is qui bona*, 11. §. *uſusfructus ff. de pignor.* quæ jura ita conciliavit communis Doctorum opinio magis vera & recepta, quam ad longum retulimus *in hoc Labyrinth. part.* 1. *cap.* 43. *ex nu.* 25. *cum multis ſeq.* Ergo ceſſante rei hypotheca adverſus ipſum debitorem percipientem fructus, & eorum commoditatem ut antea, ratione cujus nulla ſupervenit mutatio nec alteratio.

26 Imò potiùs nunc debitor ipſe fructuum commoditatem percipit ex validiori & efficaciori titulo: quia ex variabili, commutabili, & temporali tranſivit in perpetuum & incommutabilem in perſona ipſius debitoris: ergo hunc redundare debet in majorem utilitatem creditoris, cujus hypotheca fortiùs confirmatur & roboratur; ut videmus in hypothecante rem alienam tanquam ſuam, ſi poſtea dominium ejus adquiſivit confirmatur & roboratur prior illa hypotheca, *l. ſi Titio* 22. & *l.* 1. *ff. de pign. l. rem alienam* 41. *par. pr. ff. de pign. act. l. cùm res, Cod. ſi aliena res pign. dat. ſit l. rem alienam, C. de pignor. act.* exactè ſcribit poſt plurimos, Merlinus *de pignor. l.* 2. *quæſt.* 2. *per tot.* ubi benè poſt jura prædicta, & communem DD. ſententiam, diſtinguit inter creditoris ſcientiam vel ignorantiam quod res obligata eſſet aliena; optimè per Neguſ. *de pignor.* & *hypoth.* 3. *membr.* 2. *par. n.* 51. Mangilius *de evictìon. quæſt.* 29. *n.* 39. & *ex n.* 38. *cum ſeqq.* idem eſſe dicit in venditione rei alienæ; ſive ſcienter, ſive ignoranter ut convalidetur quomodocunque venditor adquirat ejuſdem rei dominium, ex *l. ſi à Titio. ff. de rei vindic. l. cum vir, ff. de uſufr.* & plurib. Doctorib. ab eo citatis.

Idem in debitore ſolùm habente poſſeſſionem 27 rei quam hypothecavit creditori, nam ſi poſtea adquirat rei proprietatem, confirmatur illa debilis hypotheca anterior, ut firma maneat, text. in *l. ſatis notam* 4. *Cod. ex quib. cauſ. pign. vel hypoth. tacit. contrah.* Alexand. *conſ.* 112. *num.* 4. *l.* 6. Neguſ. *de pignorib. part.* 8. *membr.* 3. *num.* 17. per quos, & Rotæ deciſionem firmat Merlin. *de pignor. l.* 2. *quæſt.* 2. *num.* 17.

Eodem modo hypotheca commoditatis uſusfructus per novum titulum dominii & proprietatis ſupervenientem debitori, magis roborata & firma redditur, quia quicquid accedit ſeu accreſcit pignus eſt, & ſub pignore & hypotheca continetur, *l. Paulus*, §. *domus*, & *l. fin. ff. de pignor. convenerit*, §. *ſi nuda proprietas, l. domo ff. de pignorat. act. l. ſi fundus, in princ. ff. de pign.* & jure ad rem hypothecato, ſi res ipſa à debitore adquiratur vel recuperetur, de Amat. *reſol.* 19. *n.* 8. & 9. 28

Quartò, quia aliud eſt extingui hypothecam 29 ſuper uſufructu appoſitam ob extinctionem uſusfructus, & conſolidationem cum proprietate, quando proprietas reſidet penes Tertium extraneum, qui nec contraxit, nec fructus hypothecavit, ne aliter ex eadem cauſa eſt debitor creditoris, quo caſu omnia jura tractantia de extinctione hypothecæ ob extinctionem uſusfructus apertè loquuntur ut *ſuprà n.* 1. & 2. quia tunc commoditas fructuum ſimul perit & extinguitur cum ipſo uſufructu, & efficitur aliena, & ad extraneum non 30 obligatum tranſit: Aliud verò eſt, conſolidari jus uſusfructus cum proprietate nunc reperta penes ipſum debitorem obligatum & hypothecantem eoſdem fructus & commoditatem penes ſe ſimul manentem & fructus ipſos percipientem ut antea: nam illud jus uſusfructus, adquiſitâ rei per debitorem proprietate licèt extinguatur per conſolidationem quoad formam, tamen tota res cum eodem jure conſolidato ſimul remanet quoad ſubſtantiam penes ipſum debitorem, & ideo ſuper ea perſeverare debet hypotheca: ut ex Paulo de Caſtro, Maſtrillo, Gaito, & Mellino comprobatur *infrà ex n.* 74. & *ſeqq.*

Mirabiliter conducit illa plurimorum reſolutio, an retractus habeat locum in proprietate, quam emphyteuta emit à domino? *Bald. Tiraquel. Peregrin.* & *Bolognet.* negarunt, quia conſolidato utili cum directo dominio, ita ſupprimitur & extinguitur jus emphyteuticum, ut ſeparatim conſiderari nec poſſit nec debeat amplius, ob mutatam formam.

Contrarium tamen verius eſt, etenim licèt proprietate empta, extincta ſit emphyteuſis forma, extincta tamen non fuit ejus ſubſtantia ſeu effectus & emolumentum; ita mirabiliter probant Caſtrenſ. *conſ.* 36. *num.* 6. & 7. & 11. *vol.* 3. Cagnol. *in l.* 2. *n.* 192. *Cod. de pact. int. empt.* & *vendit.* Tiraquell. (ſibi contrarius) *de retract. l.* 1. §. 1. *Gloſ.* 7. *n.* 17. Caſanat. *conſ.* 10. *n.* 171. Anton. Gomez. *ad leg.* 70. *Taur. n.* 34. Matienzo *ad leg.* 7. *gloſ.* 1. *num.* 39. *tit.* 11. *l.* 5. *recopil.* Giurb. *dec.* 91. *nu.* 6. dicentes ex hac ratione, quia cùm ſubſtantia & emolumen-

emolumentum adhuc duret, directum dominium revendere debet, utili ſibi retento, ſicut apud eum erat antea, ne juri conſanguinei fiat præjudicium, qui omnes manifeſtè probant conſolidationem, contingentem, in perſona promittentis vel debentis recipere & admittere ſeparationem ad favorem ejus qui habet jus ad uſumfructum, emphyteuſim, vel aliud jus conſolidatum.

31 Quintò roboratur hæc pars, quoniam falſum eſt aſſeverare, rem de qua agimus hypothecatam, hoc eſt commoditatem fructuum, aliquam pati mutationem per præſuppoſitam confuſionem non egredientem perſonam debitoris, juxta abundè comprobata *ſupr. ex n. 19.* nam etſi mutetur titulus adquiſitionis, hæc mutatio verſatur extra rem quam non tangit nec in ſua forma, nec in ſua ſubſtantia, nec qualitate, quia extrinſeca mutatio eſt quæ efficaciùs roborat jus antiquum debitoris, ut magis legitimè ipſa re frui poſſit & potiri, cùm eadem res maneat penes ipſum integra & immutata, quod ſufficit ut jus creditoris ſuper ea maneat præſervatum, juxta *l. tutor datus, ff. de fidejuſſorib.* in illis verbis: *non titulus actionis, ſed debiti cauſa inſpicienda eſt, & l. 2. verſ. parvique referre, ff. de privileg. credit.* nam titulus ſuperveniens non mutat, nec alterat jus antiquum, ſed auget: ad text. *in l. falſa, §. ſed & ſi cui: ff. de condit. & demonſtr. l. qui adoptionem, ff. de adopt.* Oldrad. *conſ. 139. n. 1.* Mandoſ. *conſ. 52. n. 9.* Rota ut per Merlin. *dec. 461. n. 26. & 27. tom. 1.*

32 Omnia etenim jura loquentia de mutatione, commixtione, & confuſione rei, ſuper qua quis habet jus aliquod, quando transformatur in aliam novam & diverſam ſpeciem; clarè & expreſsè loquuntur quando iſta confuſio & transformatio contingit in ipſa re & res ipſa, ſpecies ſeu materia patitur ipſam mutationem intus in ſe ipſa; ut ex variis exemplis conſideratis per tot jura ſuperiùs cumulata ex *num. 4. cum ſeqq.* apparet. Sed hæc titulorum mutatio ad juſtitiam
33 retinendi eandem fructuum commoditatem ſolùm reſpicit perſonam debitoris meliorantis per eam, ſuæ poſſeſſionis cauſam, non tamen in aliqua minima parte rem ipſam tangit, quod eſt requiſitum præciſum ut dicta jura locum habeant, ergo & hypotheca ſuper eadem commoditate fructuum pariter debet integra perſeverare.

34 Et in individuo, quod ut mutatio fructuum hypothecatorum operetur extinctionem hypothecæ, debeat fructuum materia ita tranſire in materiatum, ut prima materia eſſe deſinat, ac extinguatur omnino, & incipiat eſſe alia ſpecies nova & diverſa, ut per plura jura & DD. latè comprobat Merlin. *de pignorib. l. 2. q. 53. ex n. 41. cum ſeqq.* quod prorſus ceſſat in hac commoditate fructuum, ſeu fructibus hypothecatis nullam patientibus in ſe mutationem.

35 Sextò, quia quando verum foret, quod res ipſa hypothecata pateretur aliquam mutationem (quod firmiter negamus) adhuc multa urgerent, quæ ipſam hypothecam ſuſtinere poſſunt excludentia prorſus extinctionem: nam hypotheca ſemper durat in re & ſpecie confuſa & conſolidata, quoties ſeparari poteſt, & eſt reducibilis ad priorem formam & materiam, ſicuti probatum remanet per jura & DD. ſuperiùs adductos ex *n. 7. uſque ad 12.*

36 Hæc itaque jurium confuſio in perſona debitoris contingens (non obſtante Negativa in contrarium conſiderata *ſupr. n. 12.*) prorſus eſt ſeparabilis & reducibilis ad ſuam priorem formam, ad effectum præſervandi hypothecam ſuper fructibus: tum quia confuſio jurium nihil operatur ubi intermediat Tertii damnum & detrimentum, ut apertiſſimè probavimus *ſuprà ex n. 19. cum ſeqq.* ſed inſuper accedendo magis individualiter ad punctum, allego textum ſingularem in *l. 3. ff. de ſeparat.* ad cujus clariorem ponderationem breviter præmittendum erit, quod hæreditate adita, bona defuncti & bona hæredis ita commiſcentur, confunduntur, & conſolidantur, ut unicum in perſona hæredis efficiantur patrimonium, hæreditatis nomine ſuppreſſo, & prorſus extincto, *l. debitor Cod. de pact. l. ſticchum, aditio ff. de ſolutionib. l. ſi creditori, ff. de fidejuſſ. l. ſi plures, §. 1. ff. de vulg. & pupi. l. 1. §. veteres, ff. de adquir. poſſeſſ. l. 1. ff. de ſeparat. l. procuratorem 90. §. 1. ff. de adquir. hæred.*
Sed quia patrimonium hæredis non tenetur ad debita defuncti; ad petitionem creditorum defuncti petunt & obtinent ſeparationem patrimonii hæreditatis: non obſtante tam efficaci conſolidatione & patrimoniorum confuſione, ne creditores ex ea detrimentum & præjudicium in juribus ſuis patiantur. Hæc eſt expreſsè *illius legis* 3. determinatio: textus etiam eſt in *l. 1. §. quod dictum, & in §. ex contrario,* ibi: *atque igitur adit hæreditatem debitoris mei, non faciet meam conditionem deteriorem adeundo; quia licet mihi ſeparationem impetrare, ff. de ſeparationib.* imò plus dicit *d. lex 3.* quod etiamſi confuſio contingat in juribus & obligationibus inter defunctum & hæredem; ſeparatio non impeditur ad favorem Tertii creditoris jus habentis in prædictis juribus conſolidatis ibi: *debitor fidejuſſori hæres exitit, ejuſque bona venierunt, quamvis obligatio fidejuſſoris extincta ſit, nihilominus ſeparatio impetrabitur, petente eo, cui fidejuſſor fuerat obligatus.* Quæ jura exornavimus *in hoc Labyr. par. 1. cap. 9. ex n. 10. cum ſeqq.* Igitur idem venit dicendum in noſtro caſu, ut horum jurium uſusfructus & dominii quantumvis conſolidatorum in perſona debitoris, propter jus & intereſſe creditoris hypothecam habentis in commoditate fructuum, debet admitti omnino ſeparatio ut ad ſtatum antiquum reducantur: ita comprobant mirabiles doctrinæ *ſuprà, ex n. 29.* 37

Comprobatur iſta jurium ſeparatio ad favorem creditoris hypothecarii, ea evidentiſſima & fortiſſima ratione deducta ex *l. Uranius 72. ff. de fidejuſſorib.* quæ dum reddit rationes confuſionis & conſolidationis jurium & hypothecarum inter defunctum & hæredem, hanc inter alias Juriſconſultus reddit ibi: *propter illam rationem, quia non poſſunt pro eodem apud eundem obligati eſſe: ut quemadmodum incipere aliàs non poſſunt, ita nec remaneant:* hoc eſt, ſicut dominus ſibi ipſi non poteſt ſuam rem hypothecæ ſubjicere, nec dominus ſervitutem uſusfructus formalis ſibi in re ſua conſtituere; eodem modo uſusfructus quem habet extraneus in re aliena, ſi ejus dominium adquiſivit, non poteſt uſusfructus formalis permanere nec continuari, quia res ſua nemini ſervit. 38

Subintret ponderatio; ſed ſic eſt à contrario ſenſu quod dominus fundi poteſt ſeparare uſumfructum formalem à cauſali ad effectum conſtituendi hypothecam ſuper ipſo formali uſufructu à ſe licitè ſeparato in favorem alicujus creditoris: text. 39

text. ſingularis *in l. & quæ nondum 15. in princ. ff. de pignorib.* ibi, *Et quæ nondum ſunt futura tamen ſunt, hypothecæ dari poſſunt*, &c. *idque ſervandum eſt, ſive dominus convenerit aut de uſufructu, aut de iis quæ naſcentur, ſive is qui uſufructum habet, ſicut Julianus ſcribit.* Caſtillo, *de uſufruct. cap. 70. num.* 3. Igitur eodem modo ac multo magis jam creatus & hypothecæ ſubjectus uſusfructus debet remanere, & tranſire cum ſua cauſa, nihil impediente confuſione ſuperveniente per adquiſitionem dominii, cùm reſpectu Tertii creditoris, & ad ejus favorem & cautionem, dominus ipſe ſemper poteſt formare uſumfructum, & formalem ſeparare à cauſali, cùm non ſibi, ſed extraneo illum creat, & hoc liberè, & nullo jure repugnante.

40 Hæc inſuper hypothecæ conſervatio non obſtante mutatione probatur, nam mutatio rei hypothecatæ vel ratione adjectionis, vel detractionis qualitatum, nihil detrahit hypothecæ, nec eam extinguit, ſed ſuper eadem re ſemper ſubſiſtit & manet hypotheca: textus eſt formalis in *l. fundus 16. §. ſi res, ff. de pignorib. Si res* (inquit J. C.) *hypothecæ data poſtea mutata fuerit, æquè hypothecaria actio competit: veluti de domo data hypothecæ, & horreo facta; idem de loco dato, deinde vineis in eo poſitis.* Idem probat textus in *l. Paulus 29. §. domus, ff. de pignorib.* his verbis: *Domus pignori data exuſta eſt, eamque aream emit Lucius Titius, & extruxit; quæſitum eſt de jure pignoris? Paulus reſpondit, pignoris perſecutionem perſeverare: & ideo jus ſoli ſuperficiem ſequutam videri* &c. *l. domo 21. ff. de pignor. act.* notant Gloſſæ in *eiſdem jurib.* & Doctores: Neguſant. *de pignorib. par. 6. membr. 3. n.* 8. Mantica *de tacit. convent. l. 11. tit. 31. n. 18.* Merlin. *de pignorib. l. 5. quæſt. 33. per tot.* Ergo quanto magis ſuſtinenda erit hypotheca rei, quæ nullam mutationem in ſe ipſa patitur, nec in ſubſtantia, nec in forma, nec in qualitate, prout in noſtro caſu, cùm eadem commoditas fructuum, emolumentum & ſubſtantia hypothecata integra permaneat apud debitorem obligatum.

41 Ulterius comprobatur diſcurſus iſte, quoniam quando diſpoſitio & contrahentium intentio reſpicit non formam ſed ſubſtantiam rei hypothecatæ, licèt contingat rei mutatio quoad formam, remanet jus & hypotheca ſuper ſubſtantia rei formaliter mutatæ, ut per jura & DD. latè probat Petrus Surd. *conſ. 16. ex n.* 10.

42 Quæ doctrina undique verificatur in uſufructuario hypothecæ ſubjiciente commoditatem uſusfructus, & in creditore ita contrahente, qui nullo modo reſpexêre ad formalitatem rei, hoc eſt ad jus principale uſusfructus, ſed duntaxat ad ipſos fructus, & juris ipſius ſubſtantiam conſiſtentem in commoditate, in qua utilitas hypothecæ verſatur, quia ſola commoditas potuit deduci in obligatione & hypotheca, ut ſuperiùs probavimus *ex n.* 24.

43 In tantum quod ſi contrahentes hypothecam ſpecificè dixerint obligari uſumfructum, & ſic videantur attendere & reſpicere formam commoditatis, adhuc tamen fit interpretatio, ut ſolùm intendant deducere in obligationem & hypothecam fructus & commoditatem duntaxat, ne actus fruſtretur, & ad evitandam conſolidationem cum proprietate, quam cauſaret alienatio juris principalis uſusfructus facta extraneo, ſicuti ex communi Doctorum opinione comprobavimus *in hoc Labyrinth. par. 1. cap. 43. ex num.* 33.

Hic etiam contrahentium animus & intentio 44
volentium reſpicere non formam uſusfructus, ſed ipſos fructus & commoditatem rei hypothecatæ manifeſtè patet: quoniam reſpiciendo formam, nihil agerent, inquit text. in *§. finitur, inſt. de uſufruct.* & alia jura adducta *ſupr. n.* 25. quia ſtatim conſolidaretur uſusfructus & devolveretur ad dominum proprietatis: non enim credendum eſt, velle contrahentes ex eodem facto ſibi ipſis & ſuæ principali intentioni & fini repugnare, & ſimul velle acquirere & velle perdere, obligando uſumfructum eo modo & via per quam extinguitur, reſolvitur, & finitur, in tam notabile detrimentum contrahentium, nec enim poteſt
quid initium capere ab eo caſu quo finem ac- 45
cipere debet, *l. Titio cùm moritur, ff. de uſufruct. l. uſumfructum 5. ff. de uſufr. legat. l. hæres meus 78. §. quamvis. ff. de condit. & demonſtr.* Caſtill. *de uſufr. c. 61.* plurimos Doctores ſecum ducit Thomas Sanchez *in præcept. Decalogi. tom. 1. l. 2. c. 14. n. 22. 31. & 33.* Cyriac. *controverſ. tom. 2. c. 252. ex n. 53. & ſupra:* Alvarez *in Axiom. lit. A. n. 141.* licèt neminem alleget; non enim poterat ſubſiſtere hypotheca, nec etiam creari & ortum habere, cùm eodem inſtanti quo contrahentes tractabant de ea imponenda ſuper uſufructu, reſpiciendo ad ejus formam, ipſe uſusfructus reſolvebatur & conſolidabatur, & hypotheca non habebat materiam ſuper qua cadere, aut figere pedes poterat, qualitas enim ſine ſubjecto eſſe non poteſt, & ideò utrumque extingueretur in eodem ſimul inſtanti & momento: ſed qui actum gerit, magis præſumitur in dubio velle ut actus valeat quàm pereat, *l. quoties, ff. de verb. oblig. l. quoties, ff. de reb. dub. l. quoties, de reg. jur. l. 3. ff. de milit. teſtam.* nec præſumitur quod quis velit actum fruſtratorium facere, *l. 1. in fin. ff. de ad municipal. leg. unic. Cod. de theſaur.* quia actus à fine agentium judicatur, *l. ſi quis in aliena, ff. de adquir. rer. dom. l. rem non novam, Cod. de judic.* Ergo manifeſtè detegitur intentio contrahentium hypothecam ſuper uſufructu, velle potius attendere ad ejus ſubſtantiam conſiſtentem in ſola commoditate quàm formam & titulum uſusfructus, ut hypotheca operaretur, & non fruſtraretur ſuo effectu contra intentionem agentium.

In comprobationem hujus diſcurſus, de quo 46
*ex n.* 35. ut etiam ob mutationem rei hypothecæ ſubjectæ non pereat hypotheca, illud venit conſiderandum, quòd ad effectum extinguendi illam, non quævis rei mutatio & ſpecierum commixtio ſufficit, ſed illa tantùm ex qua materia tranſit in materiatum, ita ut deſinat eſſe prima materia, & tranſeat in novam & diverſam ſpeciem inſeparabiliter, *l. ſi convenerit 18. §. ſi quis ff. de pignor. act. l. lana ff. de legat. 3. l. ſed ſi ex meis tabulis, ff. de adquir. rer. dom. l. adeo, §. cum quis*, ubi varia traduntur exempla, *ff. dict. tit.* & latiùs proſequitur poſt alios, Merlin. *de pignor. lib. 2. quæſt. 53. ex n. 41. cum ſeqq.*

At ſi ſpecies eſſet cum eadem ſpecie materiæ 47
commixta & confuſa, tunc eo quod non diceretur confuſa, ſed extare, durat hypotheca: text. eſt in *l. Marcellus, Pomponius ſcribit: & in l. idem Pomponius ſcribit, in princ. & in §. ſed ſi plumbum, ff. de rei vindic.* ita declarat poſt alios Merlin. *de pignor. lib. 2. quæſt. 53. ex n. 46. cum ſequentibus.*

Hinc

48 Hinc eſt quod creditor hypothecarius in frumento, non amittit ſuam hypothecam ex eo quod redactum ſit in farinam, quia idem eſt corpus, & eadem res, licèt qualitas ſit mutata, durat tamen in ſubſtantia, quia ſolum detegitur id quod erat abſconditum, & inerat, non tamen quid novum producit; ut probant Caſtillo Siculus *deciſ. 9. n. 5.* Petr. Surd. *deciſ. 139. num. 6.* Merlin. *d. quæſt. 53. n.47.* Cyriacus *tom. 3. controverſ. cap. 468. ex num. 24.* Hodierna *in addit. ad* Surd. *d. deciſ.139. ex n.1.* poſt Gratian. *deciſ.184. ſignanter n. 7.*

Et idem Cyriacus poſt Surdum, Bertachin. Camillum de Medicis in *conſ. 97.* firmat & aſſerit *d.*
49 *tom. 3. controv. 468. ex n. 25. cum ſeqq.* quod Gabella ſuper tritico debetur ex farina: & ex *n.26.*
50 quod Statutum prohibens extrahi frumentum, habet locum in farina; & *n.28.* quod gabella quæ
51 debetur pro oleo, debetur etiam pro oleo ex quo conficitur tertia ſpecies, puta pro ſapone: & *n.*
52 30. quod gabella quæ debetur pro ſerico, debetur etiam de ſerico contexto.

53 Quæ omnes doctrinæ & jura adducta in hoc ſexto fundamento, ex *n. 35. cum ſeqq.* manifeſtè probant quod in caſu quo commoditas uſusfructus hypothecata aliquam pateretur mutationem ob confuſionem, adquiſita proprietate à debitore fructuario, hæc tamen mutatio non eſt talis qualitatis ut poſſit alterare & extinguere hypothecam impoſitam per uſufructuarium in favorem ſui creditoris, ſed ſemper durare & perſeverare debet; quanto igitur magis cùm talis commoditas hypothecata à fructuario nullam patiatur mutationem nec in qualitate, nec in forma, nec in ſubſtantia, ut latè comprobatum eſt *ſuprà ex n. 31. cum ſeqq.*

54 Et denique reſolutionem noſtram in hac quæſtione difficillima feliciter diſceptatam, torque invincibilibus fultam fundamentis, reperio tenuiſſe in valde ſimilibus terminis poſt Paulum de Caſtro, Maſtrillo *in deciſion. 71. per totum*, ubi de jure hypothecato creditori, conſolidato cum proprietate penes debitorem, qui ſe hac conſolidationis exceptione tuebatur, *n.4.* ubi ita ait.

*Sed fuit dictum, quod prædicta intelliguntur non quoad extinctionem in totum, ſed quod tantum extinguatur forma illa cenſus & directi dominii, non autem ſubſtantia & ejus emolumentum, & effectus; illa enim ſemper manent, ut diſtinguendo dixit Paul. de Caſtr. in conſ. 36. n.6. 7. & 11. l. 3. qui loquitur in uſufructuario adquirente proprietatem: allegat. text. in l. ſi ex pretio, ff. ſi cert. pet. in ratione illius legis, ibi, etiam obligationis non defecerit ſubſtantia, & num. 8. adducit text. in l. 2. Cod. ſi antiq. creditor: ubi ſi debitor dedit rem pignoratam creditori, extinguitur pignus quoad formam tantum, non quoad ſubſtantiam & effectum &c.* & paulo poſt, ipſe Maſtrillo ſub *eodem nu. 4.* ibi, *Et faciebat, quia illa ſubſtantia fuerat confuſa & mixta cum*
55 *ſubſtantia utilis dominii, & factum unum corpus & ideo qui poſſidet corpus, verum erit dicere quod poſſideat ſubſtantiam utilis & directi* &c. quod repetit *num. 9.* idem tenet Caſtillo Siculus *in deciſ. 10. num. 4.* quos ſequitur obiter referens Merlin. *de pignorib. l. 2. q. 2. num. 21.* Marius Giurba etiam in ſimilibus terminis, idem aſſerit in *deciſ. 63. num. 3.* his verbis: *quamvis venditione, propriè lati conſolidatus fuere uſusfructus, per adquiſitionem namque extinguitur forma uſusfructus, non tamen ſubſtantia, ſeu effectus, aut emolumentum &c.*

Sed magis ad noſtram reſolutionem accedit doctrina Gaiti in *tract. de credito, cap. 4. quæſito 7.* qui poſtquam tractaſſet & reſolviſſet rei alienæ hypothecam non valere, ex *n. 586.* firmat quod ſi debitor habet in re aliquod jus, quod in eo duntaxat ſubſiſtit hypotheca, quia proprietatem, quæ apud alium ſit, cùm ſit aliena, non potuit debitor obligare, ac ideo ſuſtinetur hypotheca in illo jure tantum quod habet in re; & exactè comprobat hanc reſtrictionem obligationis. 56

Poſtmodùm ipſemet Gaitus *loco cit. num. 595.* ita argumentatur ad propoſitum noſtrum, in hæc: *Rurſus dubitatur, nam ſi obligatio reſpectu illius juris valuit, tamen facta conſolidatione illius juris cum re ſuper adquiſita, extinguitur hypothecæ obligatio ob emptionem & extinctionem ejuſdem juris per conſolidationem cauſatam*, &c. 57

Protinus *num. ſeq. 596.* ſic huic difficultati ſatisfacit per hæc verba: *ſed iſtud faciliùs reſolvitur: nam reverſa re ad debitorem ſuper qua jus habebat, licèt extinguatur illud jus per rei conſolidationem, quoad formam tamen tota res cum jure conſolidato remanet quoad ſubſtantiam; ſicut ſi vas argenteum reduceretur ad maſſam: ita in terminis Caſtillo Siculus deciſ. 10. tota, tom. 1. & Maſtril. deciſ. 71. tom. 1. utrique per tot.* hactenus Gaitus, cujus doctrina mirè convenit iis, quæ hactenus conſideravimus pro noſtræ quæſtionis reſolutione. 58

Hos tamen Doctores eo caſu intelligas velim, quod adquiſitio proprietatis ſit aliquo modo revocabilis, vel intermediet Tertius, qui pro ſuo jure & intereſſe impedit confuſionem, cujus reſpectu nihil conſiderari debet, nec operari confuſio in perſona debitoris: & ſic in illis caſibus loquuntur DD. adducti *ſup. ex n. 54.* ut ſcilicet tunc nihil operetur conſolidatio in alterius præjudicium, cùm ſolum facta intelligatur quoad formam, non quoad ſubſtantiam, ſuper qua remanet illæſum & præſervatum jus Tertii, & alterius cujuslibet patientis detrimentum ex effectu talis conſolidationis: ut ipſi Doctores profitentur & altiùs comprobavimus *ex n. 16. & ex n. 21. cum ſeqq.* 59

Firmata igitur noſtra concluſione ex tot fundamentis hactenus adductis *ſuprà ex nu. 16. cum totis ſeqq.* quod uſufructuarius hypothecando commoditatem ſui uſusfructus, non extinguatur hypotheca per adquiſitionem proprietatis à debitore factam, eo quod talis conſolidatio nihil attingat ipſam commoditatem, & emolumentum fructuum hypothecatum permanens ut antea penes ipſum debitorem, cùm ſuper ſubſtantia rei hypothecatæ permanente, & non mutata nec alterata, ſemper conſervetur hypotheca, cùm conſolidatio uſusfructus penes ipſum debitorem non ſit extinctiva, ſed potius augmentativa, accumulativa, & juris ſui conſervativa; differentia conſolidationis uſusfructus cum proprietate apud extraneum dominum exiſtente; ex qua debitor uſufructuarius non ſolùm perdit jus, ſed omne prorſus emolumentum, & fructuum commoditas tranſlata eſt in Tertium non obligatum: quo caſu non eſt dubium extingui hypothecam extincto prorſus jure debitoris obligati: *ex juribus vulgatis.* 60 61 62

Quibus ſuppoſitis & feliciter expeditis, non obſtant argumenta ſuperiùs conſiderata in contrarium, quibus licèt ex *num. 16. cum ſeqq.* ſatis 63

fuerit ſingulis per contrapoſitionem ſatisfactum; nihil ominus reſponſionem ſingulis indicandam duxi.

Non obſtat igitur primum, de quo *num.* 1. *cum ſeqq.* ubi dicitur quod hypotheca ſuper uſufructu impoſita, ſimul cum eo extinguitur. Quia Reſpondetur hoc verum eſſe, non interveniente Tertio creditore, cui ex confuſione & adquiſitione proprietatis à fructuario debitore facta, detrimentum fieri non poteſt, ipſius enim reſpectu talem confuſionem & conſolidationem nihil operari latè probavimus ex *n.* 16. *cum multis ſequentibus.*

64 Nec obſtat ſecundum, de quo ex *n.* 4. *cum aliis ſeqq.* ubi dicitur quod mutata forma rei hypothecatæ, hypotheca extinguitur. Nam reſpondetur hoc intelligi quando per talem mutationem forma & ſubſtantia rei penitus extinguuntur, & prima forma extincta & omnino translata fuit in

65 diverſam ſpeciem & novam non reducibilem ad priorem materiam; ſecùs iis omnibus ceſſantibus, ut verificatur in caſu præſenti, quia tunc præſervatur hypotheca in rei ſubſtantia permanente, vel in materia mutata quidem, ſed reducibili ad ſuam priorem formam & materiam; prout manifeſtè per varia jura & doctrinas abundantiſſimè probatum remanet *ſupr. ex n.* 31. *uſque ad* 62.

66 Maximè quia commoditas uſusfructus, quæ ſola fuit hypothecata, per adquiſitionem proprietatis, nullam paſſa fuit mutationem nec in ſubſtantia, nec in qualitate, aut forma ſua, ſed integra & meliorata per novum titulum remanſit penes debitorem, ipſam hypothecantem: quo tantum abeſt ut hypotheca extingui poſſit, ſed potius ex nova tituli adquiſitione per debitorem fructuarium magis confirmata & efficacior remaneat; prout ad longum probavimus, & variis juris fundamentis roboravimus *ſupr. ex num.* 24. *cum ſeqq.* quia tempus perpetuitatis in debitore incipit cum titulo adquiſitionis proprietatis, & ſic in caſu quo jam tempus uſusfructus eſt extinctum & finitum, quapropter novum tempus eſt, non antecedens prorogatum, *ex jam dictis.*

---

## CAPUT V.

### Eſto quod hypotheca ſuper uſufructu, adquiſitâ per debitorem proprietate, duret, an morte debitoris finiatur, vel uſque ad ſolutionem perpetuetur.

### SUMMARIUM.

1 *Proponitur agitanda quæſtio affinis antecedenti. & n.* 2.

3 *Intentio contrahentium ſuper hypotheca uſusfructus videtur eſſe ut finiatur per mortem debitoris.*

4 *Et idem procedit, quamvis adquiſierit debitor proprietatem.*

5 *Obligatio eſt ſtricti juris, & ultra expreſſa non extenditur.*

6 *Actus agentium ultra eorum intentionem non operantur.*

7 *Limitata cauſa limitatum producit effectum.*

8 *Permiſſum ad tempus, poſt tempus cenſetur prohibitum.*

9 *Hypotheca ſuper uſufructu conſtituta non ſe extendit ad proprietatem cum qua conſolidatur.*

10 *Hypothecans rem, ſolum videtur eam hypothecare pro jure quod in ea habet.*

11 *Proprietas non adquiritur ex jure uſusfructus, ſed è converſo.*

12 *Vendens rem communem, ſolum intelligitur vendere id jus quod habet in ea.*

13 *Hypotheca uſusfructus nihil influit in proprietatem.*

14 *Actus legitimus alterari non debet, licèt caſus evenerit à quo non potuerit incipere.*

15 *Origo contractæ obligationis ſemper inſpicitur.*

16 *Verba contractus referuntur ad tempus quo fuit celebratus.*

17 *Inſpicitur qualitas rei quæ erat tempore contractæ obligationis.*

18 *Expenditur textus* l. fin. §. ult. ff. de liberat. legat.

*Teſtator legans emphyteuſim, non intelligitur legare dominium directum quod poſteà adquiſivit.* ibid.

*Teſtator legans uſumfructum, non intelligitur legare proprietatem poſtea adquiſitam.* ibid.

*Si dominus nudæ proprietatis leget uſumfructum, quamvis poſtea proprietati accedat uſusfructus, iſte ſolum debebitur legatario.* ib.

19 *Hypotheca ſuper uſufructu finitur per mortem debitoris ex eo quod ſtatim amittat omne jus in re.*

20 *Hypotheca ſuper emphyteuſi conſtituta, tantum durat, donec revertatur ad dominum directum.*

21 *Si prorogentur generationes quibus conceſſa eſt emphyteuſis, prorogatur hypotheca ſuper ea conſtituta.*

22 *Hypotheca conſtituta in locatione ad certum tempus extenditur ad reconductionem.*

23 *Officium obtentum à Rege ad vitam ſi vita durante fuerit prorogatum, idem eſt officium.*

24 *Prorogatio & extenſio fit cum eiſdem qualitatibus.*

25 *Augmentum debet eſſe ejuſdem qualitatis cum ſuo principali.*

26 *Uſusfructus formalis hypothecatus poſt proprietatem adquiſitam, unum corpus efficitur cum uſufructu cauſali & proprietate.*

27 *Jus variabile adhærens rei perpetuæ & irrevocabili, pariter & ipſum ſit perpetuum & irrevocabile.*

28 *Quidquid accreſcit pignori, pignoris ſeu hypothecæ vinculo ſubjicitur.*

29 *Verior, & tenenda ſententia eſt, hypothecam uſusfructus, qui fuit conſolidatus cum proprietate, tantùm durare per vitam debitoris.*

30 *Hypotheca à principio limitatè concepta ex voluntate utriuſque contrahentis in ſuo primordiali ſtatu manet, proprietate per debitorem adquiſita.*

31 *Non ſufficit debitorem habere dominium in bonis ſuis, ſi ſe non obligavit ad totum ſed ad partem.*

32 *Uſusfructus non tranſgreditur vitam fructuarii.*

*De eo quod non eſt, non admittitur prorogatio.* ibid.

*Jus*

*Jus temporale adhærens juri perpetuo, ſit perpe-
tuum quando utrumque durat.* ibid.

1 EX reſolutione præcedentis quæſtionis, ut
ſcilicet hypotheca ſuper commoditate uſuſ-
fructus perſeveret, quantumvis debitor ipſe ad-
quiſierit poſtmodùm proprietatem rei, ſuper qua
uſumfructum habebat, prout ad longum effica-
citer diſputavimus, & reſolvimus, præſens no-
2 ſtra longè difficilior quæſtio ſuboritur, an ſcili-
cet iſta hypotheca eo caſu ſubſiſtens, extingua-
tur morte debitoris, vel duret quo uſque debi-
tum ſolutum ſit creditori.

3 Et pro parte Negativa, multa urgent: nam
obligatio & hypotheca ſuper uſufructu regula-
tur à natura rei, & hæc ſubintelligitur, & fuit
intentio & voluntas contrahentium à principio;
debitoris quidem, qui non præſumitur plus ju-
ris voluiſſe obligare in hypotheca conſtituta ſu-
per uſufructu, quàm haberet; & ſimiliter cre-
ditoris, qui non creditur intendiſſe aliud quàm
quod duret hypotheca durante uſufructu, & ex-
tinguatur quoque eo extincto per mortem debi-
toris: ad plurima jura, & doctrinas *in cap. an-
tecedenti* citatas *ex num.* 1. *cum multis ſeqq.* Et
4 quamvis non extinguatur prædicta hypotheca
per adquiſitionem proprietatis factam per debi-
torem, non tamen debet excedere vitam debi-
5 toris, juxta reſtrictam formam contractus, tum
quia obligatio eſt ſtricti juris, quæ non exten-
ditur ultra contenta in illa, *l. quidquid adſtrin-
gendæ; ff de verb. oblig. l. ſi tam anguſti, ff. de ſer-
6 vitutib. l.* 2. *ff. de privileg. credit.* nec actus agen-
tium ultra eorum intentionem aliquid operan-
tur, *l. non omnis, ff. ſi cert. pet. l. in agris. ff. de
adquir. rer. dom. l. ſi idem ſervus, ff. de legat.* 2. *l.
ſi cui purè. ff. ad Trebellian. l. verbis, ff. de vulg.
& pupill. ſubſt. l.* 2. *ff. de his quæ in teſtam. delen.
l. legata inutiliter, ff. de legat.* 1. cum *aliis vulga-
rib.* Ergo licèt debitor adquiſierit proprietatem
in re, ipſam tamen ab initio nec hypothecavit,
nec tanquam res aliena potuit hypothecæ ſubji-
ci, *l.* 1. *verſ. in ſpeciem autem, ff. de pignorib.*
cum *vulgar.* igitur nec ad eam jus creditoris ex-
tendi poterit, quamvis perſeveret hypotheca in
commoditate fructuum ut fuit demonſtratum in
*cap.* 4. *præcedenti*; ſed non idem dicendum vide-
tur, quando uſusfructus extinguitur per mortem
fructuarii debitoris; ratio diverſitatis eſt quia cre-
ditor hypothecarius ſciebat talem uſumfructum
ſibi hypothecatum morte fructuarii extingui, ex
diſpoſitione juris, cùm tamen non potuerit præ-
videre certò extinctionem futuram per adquiſi-
tionem proprietatis à debitore quæ pendebat ex
ejus voluntate.

Deinde quia hypotheca uſufructus eſt limitata
7 ad tempus vitæ debitoris, ut latè ex pluribus ju-
ribus & Doctoribus probavimus *hoc Labyrintho*
3. *par. cap.* 5. *per tot.* & ideo ultra illud tempus
non operatur nec extendi poteſt, quia cauſa li-
mitata limitatum producit effectum *d. l. in agris;
& l. cancellaverat.* 4. *ff. de his quæ in teſtam. delen.
l.* 2. *ff. de ſerv. export. l. ex facto, §. item quæro. ff.
de vulg. & pupill. l. age cum Geminiano, Cod. de
8 tranſact.* Ergo non debet protrahi poſt illud tem-
pus; quia permiſſum ad tempus, poſt tempus
cenſetur prohibitum, *l. ſi unus, §.* 1. *ff. de pactis;
l. epiſtola: §. fin. ff. eod. l. Imperator, ff. de poſtul.
cum pater, §. à filia ff. de legat.* 2. *l. ſtatu liberum,
§. Stichum, & l. Titia cum teſtamento; §. fin. ff. eod.
l.* 2. *Cod. de jur. emphyteut.*

De uper probatur, quoniam etſi uſufructuarius
hypothecaverit totam rem, in qua ſolùm habe-
bat uſumfructum, ſi poſtea proprietatem adqui-
ſierit, non ideo proprietas remanebit hypothe-
cata, nec hypotheca confirmabitur in tota re &
proprietate, ſed ſolùm in uſusfructus commodi- 10
tate ut antea; nam obligans ſimpliciter rem, in-
telligitur & reſtringitur obligatio & hypotheca
ad jus quod habebat in ea, nempe uſumfruc-
tum; in proprietate autem tanquam aliena, non
valet, nec valere poteſt hypotheca, ideoque ſu-
ſtinetur tantùm in illo jure quod debitor habebat
in re obligata: at ſi debitor videatur velle tan-
tum obligare jus illud quo potuit obligare, con-
ſequenter fatendum erit deficere conſenſum reſ-
pectu partis quam non potuit obligare: & quam-
vis debitor proprietatem adquiſierit, ad eam non
extenditur hypotheca, quia non adquiſivit pro- 11
prietatem ex jure uſusfructus, nam uſusfructus
non attrahit ad ſe proprietatem, ſicut è con-
verſo proprietas trahit ad ſe uſumfructum, ſu-
per quo ſimul cadit hypotheca conſtituta à pro-
prietario: hunc diſcurſum ampliſſimè poſt plu-
rès Doctores & jura comprobat Gaitus, *de cre-
dito, cap.* 4. *quæſito* 7. *ex num.* 586. *cùm multis
ſeqq.* de quo vide etiam Merlin. *de pignor. lib.* 2.
*quæſt.* 2. *ex n.* 20. licèt minùs explicitè quàm Gai-
tus: Ergo fatendum erit quod titulus proprieta-
tis noviter adquiſitus per debitorem, nihil immu-
tet, nec extendat jus limitatum antecedenter hy-
pothecatum, ſed quod hypotheca ſe debeat con-
tinere intra limites illius juris ut antea, quod
cum finiatur per mortem debitoris fructuarii, ſe-
quitur pariter hanc hypothecam ſuper eo impo-
ſitam extingui.

Confirmatur, nam vendens ſeu alienans rem 12
communem, ſolùm intelligitur alienare eam par-
tem, jus & portionem quam in ipſa re habet:
*l. qui tabernas, ff. de contrab. empt. l. quod in re-
rum §. qui uſumfructum, & l. Titio & Mævio, in
princ. ff. de legat.* 2. *l. uxor. patroni, Cod. de le-
gat.* plures Doctores & Rotæ deciſiones congerit
Duardus in *tract. de cenſib. §.* 1. *quæſt.* 5. *ex num.*
18. & Hermoſil. latiſſimè probat *ad leg.* 28. *tit.*
5. *gloſ.* 1. *ex n.* 11. *cum ſeqq. fol.* 94. *tom.* 2. condu-
cunt etiam quæ tradit Caſtillo *de uſufruct. c.* 39.
*ex n.* 16.

Fulcitur ulterius hæc pars Negativa, quia ſi à 13
principio duntaxat fuit obligata commoditas
uſusfructus limitata obligatione ad vitam debi-
toris, ex natura rei in obligationem deductæ,
debitor licèt poſtea adquirat proprietatem, non
debet hypotheca effici perpetua; quia etiam à
principio hypothecatis per dominum fructibus
rei, ſeu etiam ejus uſufructu, nihil hæc hypo-
theca influit in proprietatem tunc ſimul exi. en-
tem penes dominum debitorem, juxta *l. & quæ
nondum, ff. de pignor.* quam exornavimus *ſupr.
cap.* 4. *antecéd. ex n.* 38. igitur nec poſtea intelli-
gitur hypothecata, deficiente conſenſu debitoris,
quoniam actus legitimus immutari aut alterari
non debet, licèt caſus poſtea evenerit, à quo 14
non poſſit inchoari, *l. actus legitimi, ff de reg.
jur.* ſed à principio, hypotheca in ſolo uſufructu
conſtituta per dominum rei, nihil influit nec
extenditur ad proprietatem, cùm fuerit limita-
ta, ergo pariter limitata debet manere poſtquam
debitor fructuarius ex diverſo titulo adquiſivit
ejuſdem rei dominium ſeu proprietatem, ceſ-
ſante ejus conſenſu de novo præſtito, ſed de-
bet hypotheca ſuum primordialem ſtatum con-

ſervare, & ultrà non extendi.

15 Et quia origo temporis, quo contracta fuit obligatio, ſemper inſpicitur, ideoque talis dicitur obligatio derivativa, qualis fuerit primitiva, *l. 2. §. ex his, ff. de verb. oblig.* nam ſtatus primordialis obligationis ſemper eam ſequitur, nec ex tractu temporis, nec ex perſona ſucceſſo-
16 ris immutatur, *l. viam veritatis, Cod. locati*: *l. inſulam, ff. de verb. oblig.* unde verba contractus referuntur ad tempus quo fuit celebratus *l. Rutilia, ff. de contrah. empt.* & pacta ſunt intelligenda ſecundum tempus quo facta ſunt, *l. tale pactum, §. ult. ff. de pactis*: *l. ſi procuratorem, in princ. ff. mandati. l. 1. §. non ſolum, ff. depoſiti*:
17 *l. ſi tamen, ff. ad Macedon.* propterea debemus inſpicere eam rei qualitatem, quæ erat tempore contractæ obligationis, *l. in lege, & l. Rutilia Polla. ff. de contrah. empt. l. 2. §. 1. ff. de hæredit. vel. act. vend.* abundè comprobat hæc omnia Mantica *de tacit. & ambig. convent. lib. 3. tit. 15. ex num. 18. cum ſeqq.* Mangil. etiam *de imputat. quæſt. 90. n. 28.* Ex quibus deneganda venit extenſio hypothecæ ſuper uſufructu ultra vitam debitoris non immutantis eam per adquiſitionem proprietatis.

18 Et pro hac parte facit optimus text. *in l. final. §. fin. de liberat. leg.* ubi teſtator legavit mihi quod ei debebam: inter me & ipſum poſtea facta fuit novatio debiti, & augmentata fuit prior quantitas, quæſitum eſt, an poſſim capere hoc augmentum, an ſolum quantitatem debitam tempore teſtamenti? Et Conſultus ita reſpondi: *Item quæritur, ſi poſtea novatione facta, & ampliata ſumma, cœperit debere, an id quod ex veteri contractu debebatur, nihilominus in cauſa legati duret; an verò novatione facta, quaſi debitor novus ampliatæ ſummæ poſſit conveniri? Reſpondi, id duntaxat legatum videri quod tunc debuiſſet.* Conſonat *l. nomen, §. filio, ff. de legat. 3.* Conſonat etiam Doctorum aſſertio, quod ſi teſtator emphyteuſim, quam habebat, legavit alicui, ſi directum interim adquiſivit dominium, illud legaſſe non cenſetur, quia non realis & concreta acceſſio eſt, ſed ſeparabilis, ad quam non extenditur legatum præcedens limitatum ad emphyteuſim, Bald. in *l. uxor. patrui, Cod. de legat. n. 2.* Angel. & Caſtrenſ. *n. 3.* Salycet. *n. fin.* & poſt Bart. & Jaſon, *ibid. n. 16.* communem dicit Bimius *conſ. 175. n. 9. vol. 2.* communem etiam dicit Caſanate *conſ. 10. n. 159.* & Burſat. *conſ. 6. n. 5.* Graſſ. *in §. legatum, quæſt. 71. nu. 3.* Decian. *conſ. 64. n. 17. vol. 5.*

Item uſufructuarius, ſi uſumfructum rei à ſe poſſeſſæ legaverit, & medio tempore proprietatem adquirat, licèt interim uſusfructus conſolidatus ſit, eo tamen mortuo, legatum non extenditur ad proprietatem, ſed renaſcitur uſusfructus, & ſolus debebitur: *d. l. uxor. patrui*, ubi Salycet. *n. 1.* Angel. & Caſtrenſ. *ibid.* & in *l. ſervum filii, ad fin. princ. ff. de legat. 1.* Caſanat. *conſ. 10. n. 158.* & è contrà, ſi dominus nudæ proprietatis uſumfructum ſimpliciter legaverit, & poſtea & uſusfructus proprietati accedat, & cum ea conſolidetur, adita hæreditate, reviviſcit uſusfructus, & deberi ſolus incipiet, Marcabrun. *conſ. 67. n. 15.* Ruin. *conſ. 7. n. 5. vol. 1.* Mierez *de majoratu, par. 1. quæſt. 10. n. 47.* Burſat. *conſ. 6. n. 5.* Caſanat. *d. conſ. 10. n. 159.* ex Jaſone *in d. l. ſervum filii n. 15.* Giurba *deciſ. 91. num. 5.* quia attenditur tempus contractus & diſpoſitionis, non augmentum poſtea contingens.

Sed adhuc contrariam partem plura ſuſtinent validiſſima fundamenta, ut ſcilicet hypotheca ſuper uſufructu, non extinguatur morte debitoris uſufructuarii, qui dum viveret adquiſivit rei proprietatem, ſed in ejus hæredes & ſucceſſores actio hypothecaria tranſeat, donec debitum integrè perſolvatur.

Primò, quoniam etſi hypotheca impoſita ſu- 19
per uſufructu morte debitoris regulariter extinguatur, id tamen ex ea cauſa procedit, quia jus ipſius tunc finitur, & amplius emolumentis & fructibus rei non potitur, ſuper quibus hypotheca ſubſiſtebat, ut probant *l. lex vectigali ff. de pignor. l. ſicut 8. ff. quib. mod. pign. vel hypot. ſolv. §. finitur, inſtit. de uſufr.* & plurima alia jura *in cap. anteced.* allegata *ex n. 1. cum ſeqq.* Sed ſic eſt quod adquiſita proprietate, uſusfructuarius non amittit fructus & rei emolumenta per mortem ſuam, ſed tranſfert ad hæredes & ſucceſſores: Ergo ad eos debet ſimul tranſire hypotheca, ex cauſa ceſſante; nam ceſſante ratione legis, ceſſat ipſius diſpoſitio: *ex jurib. vulg.*

Secundò, quia licèt hypotheca ſuper jure em- 20
phyteutico à principio ſit contracta, ut tamdiu duret quamdiu vita, vel vitæ ſeu generationes comprehenſæ in emphyteuſi, ex *l. fin. Cod. de jur. emphyt.* juncta *d. l. lex vectigali, ff. de pignor.* tamen ſi hæ vitæ & generationes prorogentur, hypotheca pariter (licèt à principio limitata ad cer- 21
tas vitas) prorogatur & durat toto novæ prorogationis tempore; ſecùs tamen eſſet, ſi jam finito tempore & extincta emphyteuſi prorogatio fieret: ut abundè in his & ſimilibus terminis comprobavimus *in hoc Labyrinth. par. 2. cap. 27. ex n. 47. cum multis ſeqq.* Igitur idem aſſeverandum erit in noſtro caſu, ut facta prorogatione juris debitoris fructuarii per adquiſitionem proprietatis; quod de vitalitio fit perpetuum eadem hypotheca priùs impoſita, perpetua eſſe debeat, & non limitata ad vitam debitoris.

Tertiò, hæc pars manifeſtè comprobatur ex 22
ſingulari determinatione text. in *l. item quæritur, §. qui impleto, ff. locati*: ubi conductor pro certo tempore limitato, locatori res ſuas hypothecavit, ſi permanſit in rei conductione ultra tempus locationis, continuatur etiam & durat hypotheca præcedentis temporis, licèt ad tempus conductionis fuerit limitata & reſtricta: verba text. ſunt: *Qui impleto tempore conductionis remanſit in conductione, non ſolum reconduxiſſe videbitur, ſed etiam pignorum videtur durare obligatio, &c.* Ex quo textu inferunt Bart. & alii plurimi DD. quod ſi quis obtinuit à Rege offi- 23
cium ad vitam, & vita durante fuerit prorogatum, idem ſit officium, non novum & diverſum; & ideo hypotheca ſuper eo impoſita tempus limitatum prorogatur & continuatur pro tempore prorogato: per ea quæ latiſſimè congeſſimus *in hoc Labyrint. 2. par. cap. 27. ex nu. 61. cum multis ſeqq. & ex num. 47. & ſeqq.* quia prorogatio & extenſio fit cum omnibus ſuis qua- 24
litatibus, *l. ſed ſi manente ff. de precario, l. Labeo 2. in princ. ff. de arbitr.* Et augmentum de- 25
bet eſſe ejuſdem qualitatis cum ſuo principali, quia qualitates rei cenſentur repetitæ in augmento, *l. etiam, Cod. de jur. dot. l. 3. ff. eod. l. inter ſocerum, ff. de pact. dotal. l. ſi convenerit, §. ſi nuda ſi. de pignor. act. l. cum fundus, ff. de legat. 2.* & beneficium conceſſum principali trahitur ad augmentum. Duenas *regul. 73.* Fontan. *de pact. nuptial. l. 2. p. clauſ. 6. gloſ. 2. par. 7. n. 69.*

Igitur

Igitur cùm juri temporali hypothecato acceſſerit jus perpetuum, etiam hypotheca debet eſſe perpetua.

26 Quartò fulcitur hæc pars Affirmativa, quoniam uſusfructus formalis hypothecatus poſt adquiſitam proprietatem à debitore, ita in ipſo conſolidatur cum dominio & uſufructu cauſali, ut unum efficiatur corpus commixtum & cohærens: ad latè tradita poſt plures DD. *hac 4. par. c. 4. ex n. 54.* Sed ſic eſt quod quando jus variabile & temporale adhæret & adnectitur rei perpetuæ &

27 irrevocabili, pariter & ipſum efficitur perpetuum & irrevocabile, *l. in commodato*, §. *ſicut*, *ff. commodati*, *l. ſicut*, *Cod. de act. & oblig. l. aliud ff. de ſolut. l. vero procuratori*, §. *ſed ſi quis*, *eod. tit. l. 1.* §. *fin. ff. mandati*: *l. 1. Cod. eod.* & ad varia exempla hujus doctrinæ, videndi ſunt Mantica, *de contractib. l. 7. tit. 21. ex n. 15. cum ſeqq.* Florez de Mena *in addit. ad Gammam*, *deciſ. 8. col. 3. ad fin. fol. mihi 13.* Scaccia *de appellat. q. 19. remedio 1. concluſ. 6. n. 70. & quæſt. 17. limit. 47. membro 1. n. 35.* Garc. *de benefic. 6. par. c. 4. n. 31.* Tiraquel. *de retract. convent.* §. *1. gloſ. 7. ex n. 115.* ubi plura & bona jura allegat, Narbona in *l. 59. gloſ. 1. n. 16. tit. 4. l. 2. recopil.* Vivian. *de jur. patron. l. 10. cap. 1. n. 25. & ſeqq.* Surd. *conſ. 150. ex n. 71.* Rodriq. *de reditib. l. 1. quæſt. 19. à n. 9.* Conducunt quæ latè tradit Mierez *de majoratu*, *1. p. q. 33. ex n. 29. cum ſeqq.* Ergo licèt uſusfructus tempore hypothecæ contractæ, variabilis & temporalis fuerit, tamen poſtquam incorporatus fuit cum jure proprietatis perpetuo in perſona debitoris, perpetua debet eſſe hypotheca ſicut jus debitoris perpetuatur ad commoditatem rei noviter adquiſitæ.

28 Quintò, quia quidquid accedit pignori, vel accreſcit, pignoris & hypothecæ vinculo ſubjicitur, *l. ſi convenerit*, §. *ſi nuda proprietas*, *l. domo*, *ff. de pignorat. act. l. Paulus*, §. *domus*, *l. ſi fundus*, *in princ. l. fi. ff. de pignorib. l. ſi conſtante* 19. §. *idem licere*, *C. de donat. ante nupt. l. etiam*, *Cod. de jur. dot. l. inter. 26.* §. *cum inter. ff. de pact.* cum aliis quamplurimis per nos adductis *hac 4. par. cap. 2. ex n. 3. cum multis ſeqq.* Ex quibus manifeſtè probata videtur hæc pars Affirmativa, ut ſcilicet hypotheca ſuper uſufructu impoſita, ſi debitor poſtea rei proprietatem adquiſierit, non ſolum duret uſque ad mortem ipſius debitoris, ſed etiam poſt, & perpetuò uſque ad integram ſolutionem debiti.

29 Vides quàm ardua ſit & difficilis hæc quæſtio. Quid igitur in tanto conflictu & contrarietate reſolvendum erit? Arbitror primam partem Negativam, de qua ex *n. 1. & ſeqq.* uti veriorem, & juri ac rationi magis conſonam eſſe ſequendam, ut nempe hypotheca ſuper uſufructu impoſita, poſt adquiſitam à debitore proprietatem, ſub ſuis finibus contineatur & ſolùm duret durante

30 vita debitoris, & non ultra; quia talis hypotheca à principio limitatè concepta, ex voluntate & conſenſu utriuſque contrahentis, nullam per adquiſitionem proprietatis paſſa fuit mutationem, nec alterationem, ſed ſemper permanſit in ſuo ſtatu primordiali, quia conſolidatio uſusfructus in perſona debitoris, non tangit nec percutit jus creditoris, ſed ejus reſpectu ſemper remanet illæſum & præſervatum, ac ſi conſolidatio non contigiſſet, ut latiſſimè probavimus *cap. 4. anteced. ex num. 19. & ex n. 24. cum ſeqq. ad finem uſque cap.* & ſatis ei fuerit jus ſuum ſine detrimento & damno conſervare, nihilque ultra prætendere debet contra ſuam debitoriſque contrahentis intentionem, ſi novus ipſius debitoris conſenſus non acceſſerit: ex latè deductis *ſup. ex n. 3.* pro hac parte Negativa.

Nec obſtant argumenta pro affirmativa conſiderata ex *n. 10. ſupr.* quod dum durat jus debitoris in hypotheca, debet etiam iſta durare: quia 31 reſpondetur verum eſſe ſi à principio hypotheca non fuiſſet limitata ad certum tempus; quia non ſufficit quòd debitor habeat perpetuum dominium in ſuis rebus ſi ſe non obligavit ad totum, ſed ad partem, juxta *l. & quæ nondum*, *ff. de pignor. & l. ult. in fin. ff. de liber. legat. ut ſupr. n. 13. & 18.*

Non obſtant etiam ſecundum, & tertium, 32 de quibus ex *n. 20. uſque ad n. 26.* ubi agitur de prorogatione temporis in re anteà limitata, ut pro tempore prorogato continuetur hypotheca. Quoniam hæ doctrinæ & jura ibi allegata non poſſunt locum habere in uſufructu, qui ex ſua natura non tranſgreditur vitam fructuarii, ſed ejus morte extinguitur, ita ut ſi extendatur & prorogetur ad aliam vitam ſeu perſonam, novus & diverſus dicatur uſufructus, quia primus extinctus eſt, cùm ſit jus perſonale & perſonæ cohærens, *l. ſtipulatio iſta*, §. *ſi quis ita*, *ff. de verb. oblig.* Caldas *de renovat. emphyt. qu. 4. num. 15.* Bald. & Salycet. *in l. antiquitas*, *Cod. de uſufr.* Noguerol. *allegat. 21. n. 18.* Nos *in hoc Labyrint. par. 2. c. 17. n. 78.* Tum etiam quia noſter caſus non poteſt admittere prorogationem uſusfructus, ut idem uſusfructus ſit, quia per adquiſitionem proprietatis uſusfructus fuit conſolidatus & extinctus; & ſic non admittitur prorogatio de eo quod non eſt, ut latè diximus *in hoc Labyrin. par. 2. c. 2. ex n. 47. cum multis ſeqq.*

Nec obſtat quartum *ſup. ex n. 26.* de jure temporali adhærente juri perpetuo. Quia procedit quando utrumque vivit: ſed in noſtro caſu jus uſusfructus fuit extinctum per adquiſitionem proprietatis, & creditor hypothecarius conſervat ſuum jus in fructibus à debitore novo titulo domini percipiendis.

Nec denique obſtat ultimum de quo ex *n. 28.* ut quidquid accedit & accreſcit rei pignoratæ, accreſcat pignori; quod utique verum eſt; ſed in noſtro caſu nihil accreſcit fructibus à fructuario hypothecatis, quia eoſdem & eodem modo abſque aliquo augmento percipit, licèt meliori & efficaciori titulo, cujus beneficio potitur etiam creditor, non tamen ratione temporis cùm fuerit à principio limitatum per contrahentes, nec novus debitoris ſupervenerit conſenſus in prorogandа hypotheca, ex jam comprobatis hactenus.

---

## CAPUT VI.

Penſionarius per adquiſitionem tituli Beneficii Eccleſiaſtici penſione gravati an vi conſolidationis penſionem amittat in perpetuum.

Vel an iterum Beneficio à ſe dimiſſo, & alteri collato, poſſit in concurſu per novum poſſeſſorem peracto, pro eadem *penſione graduari.*

SUMMARIUM.

1 *Proponitur caſus ad intelligentiam quæſtionis.*

2 *Penſionarius dimittens beneficium, quod poſt penſionem impoſitam nactus fuerat, recuperat jus exigendæ penſionis à novo poſſeſſore, & num.* 3.

4 *Expenditur* lex, unus ex ſociis, §. fin. juncta leg. & Atilicinus, ſeq. ff. de ſervit. urban. prædior. *& uterque textus explicatur, num.* 52.

5 *Manente titulo beneficii apud penſionarium, interim penſio non extinguitur, ſed dormit: expenditur ad id textus in* l. ſi ager 23. ff. quib. mod. uſufr. amitt. *& explicatur, numer.* 53.

6 *Ex vi attractiva res redit ad ſuum priorem ſtatum.*

7 *Adducitur Rotæ Rom. deciſio* in una civitatis Plebis Penſionis, 15. Jun. 1616. coram Sacrato; *quæ declaratur.* infr. n. 24.

8 *Certius eſt per adquiſitionem legitimam beneficii factam à penſionario extingui penſionem ex vi conſolidationis.*

9 *Penſionarius aſſimilatur uſufructuario.*

10 *Sicuti per mortem fructuarii finitur uſusfructus, ita per mortem penſionarii penſio. & n.* 13.

11 *Sicut fructus percepti ab uſufructuario tranſeunt ad ejus hæredes, ita fructus penſionarii.*

12 *Quemadmodum uſusfructus tranſit in Monaſterium durante vita Monachi, ita & penſio.*

13 *Penſio non vacat, ſed extinguitur per mortem penſionarii, ſicut uſusfructus per mortem fructuarii.*

14 *Penſio dicitur à* Pendeo, *quia pendet à beneficio formaliter, ſicut uſusfructus à proprietate, de qua extrahitur.*

15 *De æquiparatione inter uſumfructum & penſionem, nemo ſanæ mentis dubitavit.*

16 *Materia penſionis eſt regulanda per leges & determinationes quæ loquuntur de uſufructu.*

17 *Penſio eſt ſervitus beneficio impoſita, & per extinctionem penſionis dicitur beneficium reſtitui ad ſuam priſtinam libertatem.*

18 *Uſusfructus eſt ſervitus penſionalis, unde ad ejus ſimilitudinem Penſio ſervitus beneficii rectè dici poteſt.*

19 *Uſusfructus finitur per adquiſitionem proprietatis perfectam illius rei in qua quis habebat uſumfructum, & n.* 23.

20 *Habens ſervitutem in re aliqua, ſi ejus proprietatem nanciſcatur, amittit ſervitutem.*

21 *Res ſua nemini ſervit.*

*Sicut uſusfructus extinguitur per adquiſitionem proprietatis, ita penſio per adquiſitionem tituli beneficii; quia actio & paſſio in eodem ſubjecto concurrere non poſſunt ſimul. ibid.*

22 *Debitor ſui ipſius nemo eſſe poteſt.*

23 *Quando collatio beneficii non fuit firmiter facta neque obtenta à penſionario, ceſſat extinctio.*

26 *In caſu præallegatæ deciſionis Rotali* ſup. n. 7. *potuit penſionarius dimittere poſſeſſionem Titulari ſpoliato.*

27 *Non poteſt extingui penſio per revocabilem beneficii adquiſitionem.*

28 *Pendente lite potuit penſionarius renunciare regreſſui.*

29 *Pendente lite potuit Titularis ſpoliatus effugere regreſſum, ſolvendo penſionario debitam penſionem.*

30 *Nullitas actus ipſo jure introducta in favorem alicujus nihil operatur niſi parte volente, & n.* 31.

32 *& 33. Dum titulus beneficii non eſt irrevocabiliter adquiſitus ei, qui ſuper eo habet penſionem, & per litis pendentiam, extinctio penſionis eſt in ſuſpenſo; ſecus lite finita.*

34 *Expenditur lex,* dominus uſufructuario 67. ff. de uſufruct. *& lex,* à liberto, ff. de bonis libertor.

35 *Quoties quis habet jus in re aliqua, per cujus adquiſitionem extinguitur tale jus, illud non amittit per adquiſitionem rei revocabilem.*

*Uſusfructuarius proprietatis emptor retinet uſumfructum, ſi fuerit retracta à conſanguineo proprietarii. ibid.*

36 *Non extinguitur jus quod adquirens habebat in re, ſi adquiſitio nulla fuerit & irrita.*

*Licèt penſio per contractum matrimonii extinguatur, non tamen quamdiu lis pendet ſuper ejus validitate. ibid.*

37 *Non vacat beneficium ipſo jure incompatibile cum alio per adoptionem ſecundi litigioſam.*

38 *Juſtè determinavit Rota* in d. deciſ. civitatis Plebis, *non amitti penſionem per ingreſſum penſionarii in beneficio, ſed tantùm ſuſpendi effectum extinctionis, dum lis ſuper tranſmiſſione pendet.*

39 *Quando beneficium penſione gravatum validè & perfectè fuit adquiſitum à penſionario, ſi poſtea ultro dimiſerit vel reſignaverit beneficium, novus titularis non tenebitur ad antiquam penſionem.*

40 *Actus legitimi retractari non poſſunt, licèt caſus evenerit à quo incipere non potuerunt.*

41 *Jus ſemel amiſſum non recuperatur, nec jus ſemel extinctum reviviſcere poteſt.*

42 *Expenduntur ſingulariter lex,* ſi quis ædes 19. ff. de ſervit. urb. præd. lex, ſi tibi 17. ff. quib. mod. uſusfr. amit. lex, Mævius, §. duobus, ff. de legat. 2. & n. 43.

44 *Per legitimam & irrevocabilem adeptionem tituli beneficii factam à penſionario, extinguitur penſio ipſo jure; & quamvis poſtea illud dimiſerit non poterit convenire cum novo poſſeſſore de continuanda penſione.*

45 *Pactum de continuanda penſione, nullum eſt de jure.*

46 *Reſurrectio penſionis ſemel extinctæ non pendet à ſola contrahentium voluntate, ſed ex voluntate Pontificis, & n.* 47.

48 *Penſionarius, cujus penſio fuit extincta per aſſecutionem tituli beneficii, ſi poſtea illud dimiſerit, non dicitur creditor, & in concurſu graduari non debet.*

49 *Quando penſionarius adquiſivit titulum beneficii revocabiliter tantum, poterit excipere & exigere penſionem à novo poſſeſſore, & in concurſu per eum formato debet graduari.*

50 *Explicatur lex,* dominus fructuario 67. ff. de uſufr.

51 *Reſpondetur Rotæ deciſioni in contrarium allegatæ.*

UT faciliùs percipiantur fundamenta utrique parti quæſtionis applicanda, clarè & brevites

breviter caſus præmittendus eſt. Franciſcus reſignavit ſuum beneficium in favorem Petri, ſub annua penſione ſuper ejuſdem fructibus impoſita, à reſignatario & ſucceſſoribus perſolvenda; ſuper qua reſignatione expeditæ fuerunt litteræ Apoſtolicæ. Reſignatarius poſt adeptam poſſeſſionem deceſſit, & Penſionarius iterum obtinuit idem beneficium vacans, cui legitimè facta fuit collatio, & in ejus poſſeſſione remanſit per aliquod tempus. Poſtmodum tandem voluntariè illud dimiſit, & alteri fuit noviter collatum: poſt quam collationem executioni mandatam Franciſcus penſionarius inſtabat prætendebatque exigere penſionem olim impoſitam & ſibi reſervatam ab hoc novo poſſeſſore: iſte ære alieno gravatus formavit judicium concurſus inter ſuos creditores, qui fortiter denegabant graduationem Franciſco pro penſione illa, contendentes fuiſſe extinctam eo ipſo quod adeptus fuit titulum & collationem beneficii. Ille è contrà non extinctam dicebat, ſed ſuſpenſum dumtaxat fuiſſe effectum ſuæ gratiæ durante tempore ſuæ poſſeſſionis, ac per dimiſſionem beneficii ſubſequutam ſublatum fuiſſe impedimentum, & reintegratum atque recuperatum jus exigendi ipſammet penſionem ſicut antea.

2 Quæſtio hæc ſubtilis eſt, & in utramque partem diſceptanda. Ac primò, pro parte Franciſci penſionarii plura urgent fundamenta, nam ſive penſio ſua extincta fuerit & conſolidata per collationem & adeptionem tituli beneficii & pro tempore quo illud poſſedit, ſive interim ſuſpenſum jus quod habebat ad penſionem, tamen eo ipſo quod dimiſit idem beneficium, recuperavit jus penſionis exigendæ & perſolven-
3 dæ à novo poſſeſſore: juxta textum famoſum in *l. dominus fructuario 67. ff. de uſufruct.* ibi: *Dominus fructuario prædium, quod ei per uſumfructum ſerviebat, legavit, idque prædium aliquandiu poſſeſſum legatarius reſtituere filio, qui cauſam inofficioſi teſtamenti rectè pertulerat, coactus eſt; manſiſſe uſusfructus jus integrum ex poſt facto apparuit.* Ecce textum expreſſum impedientem conſolidationem & extinctionem uſusfructus ſuper fundo quem fructuarius jure dominii habuit & poſſedit, ſed poſtea dimiſit & reſtituit: Ergo idem dicendum erit in penſionario, qui omnino uſufructuario aſſimilatur, & penſio uſufructui æquiparatur, eiſdemque regulis utrumque jus gubernatur, ut protinus latè probabimus.

Secundò, & pro eadem penſionarii parte
4 urget text. in ſui diſpoſitione mirabilis in *l. unus ex ſociis*, §. *fin.* juncta *l. & Atilicinus, ſeq. ff. de ſervit. ruſticor. præd.* in quo §. *fin.* ita quæritur: *ſi fons exaruerit, ex quo ductum aquæ habeo, iſque poſt ſtatutum tempus ad ſuas venas redierit, an aquæ ductus amiſſus erit quæritur?* & mox in *l. ſeq.* reſponſum fuit his verbis: *Et Atticilinus ait &c. Hi, qui ex fundo Sutriano aquam ducere ſoliti ſunt, adierunt me, propoſueruntque aquam, qua per aliquot annos uſi ſunt ex fonte, qui eſt in fundo Sutriano, ducere potuiſſet; quòd fons exaruiſſet: & poſtea ex eo fonte aquam fluere cœpiſſe; petieruntque à me, ut quod jus non negligentia aut culpa ſua amiſerant, ſed quia ducere non poterant, his reſtitueretur: quorum mihi poſtulatio cum non iniqua viſa ſit, ſuccurrendum his putavi: itaque quod jus habuerunt primùm, cùm ea aqua ad eos pervenire non potuit, id eis reſtitui placet.* Exornat hanc legem latè Caſtillo *de Tertiis*, *c. 19. ex n. 9. cum ſeqq.*

Igitur idem videtur dicendum in penſionario, 5
qui vel retinuit, vel reſtituendus eſt ad jus penſionis olim conſtitutæ: poſtquam dimiſit beneficium, & ab ejus poſſeſſione diſceſſit, propter quam impediebatur à jure illam interim ex fructibus exigere, ex eiſdem plenius ſatisfactus, idcirco jus penſionis non poteſt dici extinctum, ſed ſopitum & dormiens: cui accedit text. *in l. ſi ager. 23. ff. quib. mod. uſusfr. amittit.* his verbis: *Si ager cujus uſusfructus noſter ſit, flumine vel mari inundatus fuerit, amittitur uſusfructus cùm etiam ipſa proprietas eo caſu amittatur; ac ne piſcando quidem poterimus retinere uſumfructum: ſed quemadmodum ſi eodem impetu receſſerit aqua, quo venit, reſtituitur proprietas, ita, uſumfructum reſtituendum dicendum eſt.* Quapropter cùm penſionarius per acceſſum ad titulum & poſſeſſionem beneficii penſione gravati, amiſerit jus exigendi, per receſſum ab eo recuperare debet; quia omnis res per quaſcunque cauſas naſcitur, ita & per eaſdem diſſolvitur, juxta *juris regulam.*

Deinde, quoniam adquiſitio beneficii penſione 6
gravati fuit impedimentum ne penſionarius poſſet uti jure ſuo, cùm igitur per ſubſequentem dimiſſionem talis obex fuerit ſublatus, bene ſequitur ut jus ſuum recuperare poſſit ipſo jure, quia res redit ad ſuum primævum ſtatum ex vi attractiva, varias ad id & ſingulares admodum doctrinas huic quæſtioni applicabiles adduximus in *noſtris Commentariis de ſupplicat. ad Sanctiſſ. par. 2. cap. 12. ex n. 52. uſque ad n. 57.* incluſivè: igitur ſucceſſor beneficii non poteſt evitare exactionem penſionis olim conſtitutæ.

Et hanc partem, negantem extinctionem pen- 7
ſionis ob titulum & collationem ejuſdem beneficii penſione gravati obtentam à penſionario, ſi illud iterum dimiſit, tenere, & amplecti videtur Rota Romana *in una cauſa civitatis Plebis penſionis, 15. Junii, 1616. coram bon. mem. Cardin. Sacrato*; in qua cùm Fabius reſignaſſet ſuum beneficium in favorem M. ſub certa penſione ſibi reſervata, & facultate regreſſus ad beneficium caſu quo penſio ſibi annuatim non ſolveretur; contigit quod reſignatarius M. ceſſavit in ſolutione penſionis, Fabius reſignans ſuo uſus eſt jure & facultate regrediendi ad ſuum beneficium, & virtute ſuarum litterarum Apoſtolicarum obtinuit ſe immitti in illius poſſeſſionem actualem, Reſignatarius appellavit ab immiſſione; & commiſſa cauſa in *Rota*, Reſignans per concordiam dimiſit beneficium, & remiſit Reſignatario poſſeſſionem à ſe apprehenſam, qui illi per multum tempus ſolvit penſionem ut antea: mortuo demum Reſignatario, beneficium fuit alteri collatum, iſte denegavit penſionem, inſiſtens fuiſſe extinctam, eo ipſo quod regreſſus fuit ad illud beneficium, & poſſeſſionem virtute regreſſus fuiſſe apprehenſam aſſerens, & conſequenter extinctam fuiſſe penſionem ad inſtar fructuarii adquirentis proprietatem rei ſuper qua habebat uſumfructum; adeo ut ſemel extincta penſio ex juris diſpoſitione, per concordiam inter partes abſque nova gratia ſedis Apoſtolicæ non potuerit reviviſcere: Rota ſuperiùs allegata, nihilo minus determinavit contrarium, nempe per immiſſionem illam & poſſeſſionem ejuſdem beneficii apprehenſam à penſionario non fuiſſe extinctam penſionem, cùm iterum bene-

ficium

ficium ipſum dimiſerit: quam deciſionem addu-
cit & teſtatur Auguſt. Barboſ. *de univerſ. Eccleſ.*
*lib.3. cap. 11. n.74. 75. & 76.* de qua iterum latiùs
agendum erit inferiùs ex *n. 24. cum ſeqq.*

Cùm igitur per apprehenſionem poſſeſſionis
& tituli ad beneficium factam à penſionario, ſi
poſtea illud dimiſit, non extinguatur penſio,
juſtè poterit penſionarius exigere penſionem ſuam
à quolibet ejuſdem beneficii poſſeſſore & ſuc-
ceſſore, & pro ea graduari in concurſu ab ip-
ſo formato.

8 Quibus tamen minimè refragantibus contra-
riam ſententiam & opinionem (quod ſcilicet per
adquiſitionem legitimam, certam, perfectam,
& irrevocabilem factam à penſionario, ipſo ju-
re extinguatur penſio, quam ſuper eodem bene-
ficio habebat, ex vi conſolidationis) longè ve-
riorem & probabiliorem exiſtimo, quantumvis
poſt factam ſemel legitimam tituli beneficii ad-
quiſitionem, ipſum voluntariè dimittat, ita ut
contra novum poſſeſſorem, cui facta fuit bene-
ficii hujuſmodi dimiſſi collatio, jus aliquod præ-
tendere non poſſit ad exigendam penſionem olim
ſibi reſervatam, & poſtmodum ex ſuo facto &
voluntate extinctam, finitam, & conſolidatam;
ac per conſequens cùm non ſit creditor penſio-
nis, pro ea exigenda deneganda erit graduatio
in judicio concurſus per ultimum beneficii Ti-
tularem peracto.

9 Ad cujus reſolutionis evidentiam unum præ-
mittendum erit eſſentiale, ex quo facilè reſo-
lutio monſtratur: nam penſio Eccleſiaſtica aſſi-
milatur & æquiparatur uſufructui, per cujus
regulas, omnes fere difficultates in penſione
ortæ determinantur & reſolvuntur: plurimos ad
idem Doctores pluresque Rotæ Rom. deciſiones
adduximus in variis caſibus, videndis in *hoc La-
byrint. par. 1. cap. 43. ex nu. 4. & ex nu. 21. cum
multis ſeqq. & n. 43. per tot. cap.* quibus adduntur
Lotterius *de re benefic. l. 1. quæſt. 36. n. 9. & 10. &
n. 30.* per Rot. coram Duran. *deciſ.* 448. *n.* 17. &
obiter idem etiam dicit Auguſt. Barboſ. *in tract.
de penſionib. in proœm. n. 3. & in tract. de jur. Ec-*
10 *cleſ. l. 3. c. 11. n.42. & 43. & ex n. 75.* & conſtan-
ter variis in caſibus Gigas *de penſionib. qu.* 12.
*ex nu.* 1. ubi quod per mortem penſionarii extin-
guitur penſio, ſicut uſusfructus per mortem fru-
ctuarii, §. *finitur*, *Inſtit. de uſufruct. l. antiqui-
tas*, *Cod. de uſufr. & in quæſt.* 52. ubi quod ſi-
11 cut fructus percepti ab uſufructuario tranſeunt
in hæredem, idem in hæredibus penſionarii ex
æquiparatione: & in *q.* 57. *à princip.* ubi quem-
admodum uſusfructus tranſit in monaſterium, vi-
12 ta uſufructuarii monachi durante, ita & penſio,
ob utriuſque caſus ſimilitudinem & æquipara-
13 tionem. Idem Gigas *in quæſt.* 99. *ex n.* 8. & 9.
quod penſio non vacat, ſed finitur & extin-
guitur per mortem penſionarii, ſicut uſusfru-
ctus: & poſt ipſum Gigantem *quæſt.* 1. & *q.* 5.
& *ex §. finitur*, *Inſtit. de uſufr.* idem dicit Hie-
ron. Gonzal. *de Alternat. gloſ.* 5. §. 5. *n.* 37. Ite-
rum ipſe Gigas *in quæſt.* 49. *ex n.* 1. & *ſeqq.* fir-
mat, penſionarium & uſufructuarium æquipara-
ri: & in *cap.* 1. *ejuſd. tr. n.* 9. quod penſio dici-
tur à verbo, *Pendeo*, quia pendet à beneficio
formaliter ex quo detrahitur ſicut uſusfructus à
proprietate, ad quod jura & Doctores allegat:
& quod penſio nihil aliud ſit quàm certa portio
14 ex beneficio ſeparata, à quo extrahitur, ſicut
uſusfructus à proprietate, & inde dicatur pen-
ſio à *pendeo*, quia pendet à proprietate benefi-
cii: poſt Gigantem & Cardinal. firmat Vivianus
*de jure patron. l.* 13. *cap.* 9. *n.* 1. & 2. ſequitur Bar-
boſa *de jur. Eccleſ. l.* 3. *d. cap.* 11. *n.* 2. & 3. Rota
ut per Farinac. *in poſthum. tom.* 2. *deciſ.* 530. *n.* 2.
ubi per Cardinal. *in Clem.* 1. §. *eadem, n.* 4. *de ſuppl.
neglig. prælator.* Gigantem *de penſionib. qu.* 38. *n.* 2.
Mohedan. *deciſ.* 4. *n.* 7. *de locato*, & Rotam *deciſ.*
401. *n.* 4. *part.* 1. *diverſ.* tenet in optimo caſu, pen-
ſionem Eccleſiaſticam æquiparari uſufructui, & 15
in hac æquiparatione ac ſimilitudine nullus hac-
tenus ſanæ mentis dubitavit.

Quapropter materiam penſionis Eccleſiaſticæ 16
eſſe regulandam tam activè quàm paſſivè per
juris diſpoſitiones & regulas ac determinationes
loquentes de uſufructu, docuit Rota Rom. co-
ram Duran. *deciſ.* 448. *num.* 27. Hieronym. Ga-
briel. *conſ.* 191. *l.* 3. Lotter. *de re benef. l.* 1. *q.* 42.
*ex n.* 20. *cum plurib. ſeqq.* Nos *in hoc Labyrint. par.*
1. *c.* 43. *n.* 43. adde Auguſt. Barboſ. *de penſionib.
in proœm. num.* 3. & probant omnes cæteri DD.
& Rotæ deciſiones jam allegatæ, dum ſecun-
dùm hanc ſimilitudinem & æquiparationem va-
rios caſus & difficultates in materia penſionis
contingentes determinarunt per Regulas uſuſ-
fructus, juxta regul. leg. *non poſſunt omnes arti-
culi ſingulatim legibus aut ſenatus conſultis com-
prehendi, ſed cum in aliquo caſu ſententia eo-
rum manifeſta eſt, is qui juriſdictioni præeſt, ad
ſimilia producere, atque ita jus dicere debet*, 12.
*ff. de legib.*

Supponitur ſecundò, quod penſio quatenus eſt 17
onus impoſitum ſuper fructibus beneficii, prout
cuncti fatentur, dicitur ſervitus beneficii, ut
expreſsè aſſerit Rota in *deciſ.* 341. *n.* 18. inter
recollectas per Ludov. Poſthium *poſt tract. de ma-
nutent.* quia imponere penſionem beneficio, eſt
illi ſervitutem injungere, cùm ſit quædam ſer-
vitus penſio ipſa, ut affirmat Caccialup. *in tract.
de penſionib. quæſt.* 8. & Paul. de Roma *in eod. tract.
de penſion. in* 8. & *ult. quæſt. n.* 22. poſt quos &
alios idem tenet Gigas *de penſionib. quæſt.* 96. *n.* 1.
Rota *dec.* 327. *n.* 3. inter recollectas per Farinac.
*fol. mihi* 303. idem Farinac. *in poſthu. dec.* 119.
*num.* 2. *tom.* 2. poſt Caputaq. & Paul. Pariſium,
& per Gomezium, Caputaquenſis *in plurib. deci-
ſion.* idem firmat Gonzal. *de Alternat. gloſ.* 5. §.
5. *n.* 40. & è converſo per penſionis extinctionem
dicitur beneficium reſtitui ad priſtinam liberta-
tem, ut poſt plurimos DD. tradit Garc. *benefic.
par.* 1. *c.* 4. *n.* 143.

Cùm itaque in omnibus penſio æquiparetur 18
uſufructui, ex latè comprobatis, & uſusfru-
ctus ſit ſervitus perſonalis, *l.* 1. *ff. de ſervitut.*
ibi: *ſervitutes aut perſonarum ſunt, ut uſus, &
uſusfructus; aut rerum, ut ſervitute ruſticorum
prædiorum & urbanorum, & ideo uſusfructus
formalis non poteſt concurrere cum dominio ipſius
rei*: reddens rationem text. in *l. uti frui* 5. *ff. ſi
uſufr. petat.* ibi: nec enim poteſt ei ſuus fundus
ſervire: qui loquitur de ſervitute uſusfructus:
*l. cum filius* 78. §. *dominus, ff. de legat.* 2. ibi: *di-
verſum eſt in cæteris prædiorum ſervitutibus*: *l.
dominus uſufructuario prædium quod ei per ſervi-
tutem ſerviebat*, 64. *ff. de uſufr.* abundè Caſtillo
*de uſufructu, c.* 1. *n.* 4. & *c.* 11. *à princ.* ideo ad
ejus ſimilitudinem penſio ſervitus beneficii rectè
dici poteſt.

Quibus ita ſuppoſitis, facilè poteſt percipi 19
noſtræ principalis quæſtionis reſolutio: nam
quemadmodum jus uſusfructus amittitur, extin-
guitur, & finitur per adquiſitionem proprietatis
perfectæ

perfectæ factam ab uſufructuario, §. *finitur, verſ. item finitur uſusfructus ſi domino proprietatis ab uſufructuario cedatur (nam cedendo extraneo nihil agitur:) vel ex contrario, ſi uſusfructuarius proprietatem rei adquiſierit, quæ res conſolidatio appellatur: Inſtit. de uſufr. l. ſi fructuarius* 4. *ff. uſufructuar. quemadm. cau.* ibi: ſi fructuarius proprietatem aſſequutus fuerit, deſinet quidem uſusfructus ad eum pertinere propter confuſionem, &c. *l. omnes* 3. §. *ſed & ſi quis uſumfructum tibi legaverit, & ſub conditione, ſi liberos habueris, proprietatem, amiſſo uſufructu, (per conſolidationem, quia liberos habuiſti,* ut rectè Gloſſa ibi. declarat) *committitur quidem ſtipulatio, ſed exceptio locum habebit, ff. uſufructuar. quemadm. cau. l. ſi ſub conditione* 16. *l. ſi tibi fundum* 17. *ff. quib. mod. uſusfruct. amitt. l. is cujus in ſervo proprietas erat* 26. *& l. cum filius* 78. *dominus, ff. de legat.* 2. *l. ſi purè* 4. *ff. de uſufr. legat.*

20 Idem erit in ſervitute, nam habens ſervitutem in re, ſi ejus proprietatem adquirat, amittit ſervitutem, & per confuſionem & conſolidationem extinguitur, *l.* 1. *quemadmod. ſervit. amitt.* ibi: *ſervitutes prædiorum confunduntur, ſi idem utriuſque prædii dominus eſſe cœperit, & l. ſi partem* 19. *ff. eod. l. quidquid ff. commun. prædior. l. ſi quis ædes* 29. *ff. de ſervit. urb. præd. l. ſi*
21 *communi, ff. de ſervit. ruſt. l. legatarius* 38. §. *ſi legatum, ff. de legat.* 1. quia res ſua nemini ſervit, *l. ſi rem alienam,* 2. *ff. de pignor. act. l. in re communi, ff. de ſervit. urb. præd. l. uſufrui. ff. ſi uſusfruct. pet.* Surd. *de aliment.* 8. *privileg.* 49. *n.* 7. idem Surd. *dec.* 76. *n.* Scacc. *de commer.* §. 2. *gloſ.* 5. *n.* 89. *inſpect.* 1. Gratian. *diſcept. forenſ. tom.* 5. *cap.* 876. *n.* 10. Ovid. de Amicis, *de jur. emphyteu. qu.* 15. *n.* 3.

Ita pariter penſio ſuper aliquo beneficio impoſita, ſi penſionarius adquirit titulum & collationem ipſius, extinguitur & amittitur ipſo jure per conſolidationem, ob ſimilitudinem & æquiparationem uſuſfructui; quoniam actio & paſſio non poſſunt concurrere in eodem ſubjecto, ſeu eadem perſona ſimul, *l. prætor, ff. de tutorib. & curator. l. fin. ff. de offic. prætor. l. Uranius* 82. *ff. de fidejuſſor.* Jaſ. in *l. debitori, n.* 4. *c. de pact.* Pirrhus Maur. Aretin. *de fidejuſſ. ſect.* 8. *c.* 50. *n.* 1. *&* 2. *fol.* 495. Oſaſcus *dec.* 95. *à num.* 2. Scaccia *de*
22 *commerc.* §. 6. *gloſ.* 1. *n.* 24. Et quia debitor ſui ipſius nemo eſſe poteſt, *d. l. Uranius. l. frater à fratre* 28. *ff. de condict. indeb.* cum traditis per Cald. Pereiram, *de extinct. emphyteu. c.* 14. *n.* 33. Scacc. *de commerc.* §. 2. *g.* 5. *n.* 89. *inſpect.* 1. *&* §. 6. *gloſ.* 1. *n.* 12. Guttier. *de gab. q.* 45. *n.* 5.

23 Et per hæc fundamenta & ſimilitudinem penſionis cum uſufructu, in noſtris terminis hanc quæſtionem reſolvit primus omnium eleganter Gigas in *tr. de penſionib. q.* 49. *per tot.* affirmans, quod ſicut uſusfructus finitur & extinguitur per adquiſitam proprietatem rei ab illo qui in ea habet uſumfructum, ita penſio extinguitur per adquiſitionem tituli & collationem beneficii penſione gravati obtentam à penſionario: Gigantem referens idem dixit Vivianus *de jur. patron. l.* 13. *cap.* 9. *n.* 59. tenet etiam Petr. Andr. Gambar. *de Author. Legati de latere, l.* 6. *tit. de penſionib. ex n.* 480. *cum ſeqq.* plena manu declarat Ferentill. ad Buratt. *dec.* 528. *n.* 4. *&* 5. & expreſsè tenuiſſe Rotam, & latiſſimè diſputatum & deciſum articulum *in una dec. civitatis Plebis,* 15. *Jun.* 1616. *coram Card. Sacrato,* firmat Lotter. *de re benefic. l.* 3. *quæſt.* 26. *n.* 62. quem referens ſequitur etiam Auguſt. Barboſ. *de penſionib. par.* 1. *quæſt.* 9. *n.* 18. qui utique idem tenet & affirmat *de jur. Eccleſ. l.* 11. *n.* 75. ubi hunc caſum refert inter cæteros, per quos extinguitur penſio ob æquiparationem penſionis cum uſufructu.

Pro hac eadem reſolutione firmiter determi- 24
navit Rota *in d. dec. civitatis Plebis,* de qua teſtantur Ferentill. Lotter. & Barboſ. *locis proximè relatis,* quam licèt pro contraria parte adduxerimus ſuperiùs *n.* 7. *verſ. Et hanc partem negantem,* &c. ipſe tamen ſemper firmiter tenuit regulam, videlicet extingui penſionem per obtentionem beneficii penſione gravati à penſionario, ad inſtar uſufructuarii; quamvis negaverit intrare hanc regulam in illo caſu particulari de quo agebatur, in quo titulus & collatio bene- 25
ficii non fuit firmiter & cum effectu obtenta penſionario, quo caſu nihil mirum quod tunc ceſſet extinctio & conſolidatio penſionis ſicuti nec uſusfructus ex rationibus infrà adducendis & probandis.

Nam licèt penſionarius uſus fuit facultate re- 26
grediendi ad beneficium ſub penſione reſignatum, tamen judex nulliter & attentatè ſpoliavit reſignatarium poſſeſſorem, juſtè appellantem ab iniquo proceſſu, ex quo facilè reſultaret revocatio immiſſionis attentatæ, cum debuiſſet expectare ſententiam tranſactam in rem judicatam; ac ideo licitè potuiſſe penſionarium per concordatum dimittere beneficii poſſeſſionem titulari ſpoliato, & ab eo, & ſucceſſoribus exige- 27
re ſuam penſionem, quæ non potuit extingui per revocabilem illam & inefficacem beneficii adquiſitionem, & pendente lite potuiſſe penſio- 28
narium renuntiare regreſſui, prout latè hæc ſingula fundamenta comprobavit dicta *Rota* deciſio, & repetit Auguſt. Barboſa *de jure Eccleſ. l.* 3. *cap.* 11. *ex n.* 74. *cum ſeqq.* idem probat Caſanate *in conſ.* 10. *ſub n.* 149. *verſ. ita penſionarius:* dicens quod ſi penſionarius aſſequutus eſt beneficium, ſuper quo penſio ſibi debebatur, & illud poſtea dimittit ex cauſa non voluntaria, ſed neceſſaria præexiſtenti, poteſt ſicut antea penſionem retinere, ex Gigante *de penſionib. d. q.* 49. 29
*n.* 7. Et quia pariter ipſe Titularis ſpoliatus poterat lite pendente effugere regreſſum ſolvendo penſionario penſiones debitas, ut benè probat dicta deciſio, & Barboſa *ibid. n.* 77.

Et quod penſionarius poteſt renuntiare re- 30
greſſui, patet; quoniam fuit in bulla appoſitus in favorem penſionarii, probat latè Gonzal. *in regul.* 8. *de Alternativ. gloſ.* 56. *n.* 53. *&* 54. quia quando nullitas actus etiam ipſo jure per legem vel contractum eſt appoſita & introducta in favorem alicujus, nihil operatur, niſi parte vo- 31
lente; de quo jura & innumerabiles pene doctrinas in variis materiis congeſſit accuratè Gonzal. *loc. cit. ex n.* 48. *uſque ad n.* 107. & inferiùs ergo dum titulus beneficii non eſt efficaciter & irrevocabiliter quæſitus penſionario, penſio non extinguitur.

Ergo etiam ſequitur quod dum titulus bene- 32
ficii penſione gravati non eſt efficaciter & irrevocabiliter adquiſitus penſionario, ſed per litis pendentiam ſuſpenſa extinctio, nullo modo conſolidatur nec extinguitur penſio per adquiſitio- 33
nem revocabilem atque aliter reſolubilem; ſecùs lite jam finita. Utrumque poſt alios probat ſignanter Lotter. *de re benef. lib.* 3. *q.* 17. *ex n.* 60. *& n.* 62. ita ait: Utcunque verò contingat, reſignantem regredi ad beneficium reſignatum ſive

per

per actionem in ſpolio motam, ſi per canonizationem regreſſus ſibi reſervati in caſu non ſolutæ, vel in dubium revocatæ penſionis, conſtat penſionem ipſam extingui, in tantùm ut ſi ex nova concordia beneficium iterum cedat reſignatario, ea non convaleſcat ſine novo Papæ decreto, modò ſcilicet circa regreſſum nullæ remanſerint reliquiæ litis, ex quibus iſte effectus videatur ſuſpenſus, ut latiſſimè fuit deciſum *in una civitatis Plebis* 15. *Jun.* 1616. *coram Cardin. Sacrato*, & plena manu declarat D. Ferentill. ad Burat. *deciſ.* 528. *n.* 4. & 5. hoc idem tranſcribens, ſequutus fuit Aug. Barboſ. *in tract. de penſ. par.* 1. *q.* 6. *n.* 18.

34 Et quod quando penſionarius adquirit idem beneficium ſua penſione gravatum revocabiliter, non extinguatur penſio, ſed duret, evicto, ablato, ſeu dimiſſo beneficio, ita ut ab eo poſſeſſore, cui fuit collatum, poſſit exigere penſionem annuatim ſicut antea, in terminis probavit Gigas, (cujus nullus meminit) *de penſionib. quæſt.* 49. *ex num.* 5. *uſque ad fin.* per ſimilitudinem & æquiparationem uſusfructus cum penſione; juxta text. in *l. dominus uſufructuario* 67. *ff. de uſufr.* quem pro contraria parte adduximus *ſupr. n.* 2. *verſ. Quæſtio ſubtilis eſt &c.* in quo ideo per aditionem hæreditatis uſufructuarius non amiſit uſumfructum, quia hæreditatem à principio adquiſivit revocabiliter, quam poſtea abſtulit filius agens de inofficioſo contra teſtamentum: conſonat text. *in l. ſi maritus Cod. de inoff. teſtam.* textus etiam ſimilis & mirabilis in *l. à liberto ff. de bon. libertor.* ubi uſufructuarius proprietate adquiſita ex teſtamento, quod per contra tabulas poſtea fuit reſciſſum, non amittit uſumfructum licet virtute teſtamenti jam dominus factus fuerit proprietatis rei, ſuper qua uſumfructum habebat, *l. propter veneni*, §. *neptis*, *ff. ad Silaniam. l. hæredem ff. de his quib. ut indign. l. eum qui*: §. *fin. ff. de inoff. teſtam. l. cum bonis*, §. 1. *ff. de adquir. hæred.*

35 Quæ doctrina univerſaliter vera eſt in cunctis caſibus, in quibus quis habet jus aliquod in re aliena, per cujus adquiſitionem jus extinguitur ut extincto non habeat locum quando res ipſa adquiſita fuit revocabiliter, vel nulliter, ita ut ab eo aliquo modo vel jure evinci poſſit: & ſignanter de uſufructuario proprietatis emptore, ut penes eum remaneat uſusfructus, proprietate à conſanguineo retracta, communem firmat Tiraquell. *de retract. l.* 1. §. 1. *gloſ.* 7. *n.* 65. & Ant. Gomez, *ad leg.* 70. *Tauri*, *n.* 34. communem etiam dicit Surd. *dec.* 51. *n.* 24. Carpam. *ad ſtatut. Mediol.* 417. *n.* 461. & *ſtatu.* 434. *n.* 113. & 114. *t.* 1. Caſtill. *de uſufr. c.* 74. *n.* 23. Cancer. *l.* 3. *reſol. tit.* 3. *de priv. n.* 309. Caſanat. *conſ.* 10. *n.* 171. Cavalcan. *de uſufr. n.* 173. Covar. *l.* 3. *variar. reſol. c.* 11. *n.* 7. Cremenſ. *ſingula.* 58. latiſſimè Matienzo *ad leg.* 7. *tit.* 11. *gloſ.* 1. *ex n.* 35. *uſque ad n.* 47. *l.* 5. *recopil.* Ovid. de Amic. *de jur. emphyt. quæſt.* 15. *ex n.* 3. & ſignanter *n.* 9. idem in nullitate adquiſitionis ut non ex-
36 tinguatur jus quod ea habebat in re adquirens; vel etiam per ſecundum contractum nullum non inducatur novatio prioris validi: & de variis exemplis & doctrinis ſimilibus videndus Giurba *deciſ.* 63. *ex n.* 1. *uſque ad* 6. & omnino Matienzo *in loc. mox cit.* qui in variis caſibus & materiis plurima jura & Doctores cumulavit: Nos *in noſtris Commentar. de ſupplicat. ad Sanctiſſ.*

Quibus etiam convenit quod licet penſio per contractum matrimonii extinguatur, adhuc tamen dum lis pendet ſuper validitate matrimonii, non extinguitur; etſi penſionarius inſiſtet pro ejus validitate, ut per *Marcheſan. & Rota deciſ.* tenet Oliver. Beltramin. *in adnotat. ad Alexand. Ludoviſ. deciſ.* 18. *n.* 9.

Quod idem videmus in duobus beneficiis in- 37
compatibilibus ab uno obtentis, ut vacet primum ipſo jure per impetrationem ſecundi, ad *cap. de nulla, de præbend.* cum *aliis vulg.* attamen hoc non procedit, nec vacat primum, quando ſecundum non fuit perfectè quæſitum, ſed litigioſum, & ſuper eo lis pendet, qua pendente, primum incompatibile non vacat, cùm ſecundi collatio & poſſeſſio non ſit pacifica, ſed controverſa; ut latiſſimè plura referens jura & Doctores, tradit Garc. *de benefic. tom.* 2. *par.* 11. *c.* 5. §. 1. *per tot.* quapropter juſtè determinavit Rot. *in d. deciſ. civitatis Plebis*, *coram Sacrato*, non extingui penſionem, quando penſionarius obtinuit 38
idem beneficium penſione gravatum; ſed ſuſpendi effectum extinctionis, dum lis ſuper ingreſſu & immiſſione pendet: ita ut ſi dimittat, vel renuntiet illud beneficium, poſſit abſque aliquo impedimento penſionem ſuam, quæ hoc caſu remanſit illæſa, exigere à quolibet poſſeſſore, cui beneficium fuit poſtea collatum.

Quanquam ſecùs erit quando beneficium pen- 39
ſione gravatum validè & perfectè fuit collatum & adquiſitum à penſionario habente ſuper ejuſdem fructibus penſionem: nam iſte ſi voluntariè & nullo jure cogente dimiſerit idem beneficium, vel renuntiaverit in favorem alterius, novus Titularis nullo modo tenebitur ad ſolutionem penſionis, quam antea penſionarius habebat ſuper ipſo, quoniam cum per legitimam obtentionem tituli beneficii ejuſdem, penſio fuerit extincta, ad latiſſimè comprobata *ſupr. ex n.* 8. *cum multis*, *ſeqq. verſ. Quibus tamen minimè refragantibus* &c. etiam poſt factam voluntariam dimiſſionem durat extincta, nec per talem di-
miſſionem recuperare poteſt; Tum quia actus 40
legitimi retractari non poſſunt; licèt caſus evenerit à quo non poſſint incohari; ex *leg. actus, de regul. jur.* Tum quia jus ſemel amiſſum non 41
recuperatur; nec jus ſemel extinctum reviviſcere poteſt, *l. qui res*, §. *aream. ff. de ſolut. l. ſcimus* 27. §. *ſed ſi ſtipulatus*, *ff. de pact. l. electio*, cum *ibi* notatis, *ff. de noxalib. action. l. inter ſtipulantem*, §. *ſacram. verſ. nec revocari, ff. de verb. oblig. l. Mævius*, §. *duorum*, *ff. de legat.* 2. *l. hæredib.* ubi Gloſ. 1. *ff. ad Trebel.*

Et pro hac propoſitione, adeſt ſingularis text. 42
in *l. ſi quis ædes* 29. *ff. de ſervit. urb. præd.* ubi qui vicini ædes emit ſuis ſervientes, extincta fuit ſervitus per confuſionem: ſed cum poſtea alienaſſet ædes emptas antea ſervientes; quærit Conſultus an per dimiſſionem & alienationem ædium recuperabit ſervitutem quam ante emptionem habebat? Reſpondet, liberas ædes tranſire in ſecundum emptorem, niſi inter eos pactum ſit ut ſervitus renovetur: verba textus ſunt; *Si quis ædes, quæ ſuis ædibus ſerviebant, cum emiſſet, traditas ſibi accepit, confuſa ſublataque ſervitus eſt, & ſi rurſus vendere velit, nominatim imponenda ſervitus eſt, alioquin liberæ veneunt*: textus etiam expreſſus in *l. Mævius*, §. *duobus*, ibi, *nec poſtea parte alienata revocare actionem ſemel extinctam ff. de legat.* 2. Conſonat text. optimus in *l. ſi tibi* 17. *ff. quib. mod. uſufr. amitt.* ubi legatus mihi fuit purè uſusfructus alicujus rei, & proprietas legata fuit Titio

ſub

ſub conditione: ego dum percipiebam uſumfructum, emi ab hærede, pendente conditione, proprietatem ejuſdem rei: extinctuſque fuit per conſolidationem meus uſusfructus: poſtea purificata conditione, rem dimiſi legatario cui ſub illa conditione relicta fuit: dixit Conſultus quod non poſſum retinere uſumfructum ſemel legitimè conſolidatum cum proprietate quam dimitto & reſtituo legatario, verba textus ſunt: *Si tibi fundi uſusfructus purè, proprietas autem ſub conditione Titio legata ſit, & pendente conditione dominium proprietatis adquiſieris, deinde conditio extiterit: pleno jure fundum Titius habebit nec intereſt quod detracto uſufructu proprietas legata ſit; ut enim dum proprietatem adquiſieris, jus omne legati uſusfructus amiſiſti.* Ex quibus juribus apertè conſtat, quod ſemel per conſolidationem uſusfructus cum proprietate ob legitimam & perfectam concurrentiam in eadem perſona amiſſus & extinctus non reviviſcit, nec recuperatur propter dimiſſam poſtea proprietatem, quando ex facto proprio & voluntate ſua per adquiſitionem proprietatis volui amittere uſumfructum;
43 quæ jura cum loquantur in extinctione uſusfructus legitimè facta, rectè conveniunt extinctioni penſionis, cujus dubia deciduntur & determinantur per regulas uſusfructus, cui aſſimilatur & adæquatur, ex abundè comprobatis *ſup. ex n. 9. cum multis ſeqq. verſ. Ad cujus reſolutionis evidentiam &c.*

44 Et quod per adquiſitionem tituli beneficii legitimè obtentam, & irrevocabiliter ſemel quæſitam per penſionarium, extinguatur ipſo jure penſio ſuper eo impoſita; ita ut ſi poſtmodum ipſummet beneficium voluntariè dimittat, vel in favorem alterius renuntiet, nullo modo reviviſcat penſio ſemel extincta, nec poſſit eam exigere à novo Titulari & poſſeſſore ejuſdem beneficii, quantumvis conveniat cum novo poſſeſſore de continuatione penſionis: expreſsè tenuerunt Gigas *de penſionib. quæſt. 49. ex n. 5.* & probarunt abundè per Rotæ deciſiones Ferentill. Lotter. & Barboſ. *in locis ſupr. citat. ex num. 32. cum ſeqq. verſ. Ergo etiam ſequitur quod dum titulus beneficii, &c.*

45 Ad quod obiter adnotandum eſt, quod quando legitimè fuit titulus beneficii à penſionario adquiſitus, & per conſequens extincta penſio per confuſionem, ſi poſtea idemmet beneficium dimiſerit in favorem alterius cum pacto de continuanda & ſuſcitanda penſione ſic extincta, tale pactum Titularem ſucceſſorem non adſtringit, nec de jure valet, quoniam penſionis ſemel legi-
46 timè extinctæ reſurrectio non pendet à ſola contrahentium voluntate, ſed à voluntate & gratia Pontificis, cum nova ſit penſio quæ prætenditur & ideo nova eget gratia Apoſtolica: in quo conveniunt dictæ *Rotæ* deciſiones, Ferentill. Lotter. & Barboſ. *proximè citati*: idem Barboſ. *de jur. Eccleſ. lib. 3. quæſt. 11. num. 79. ad fin.* ex Gambar. *de offic. & poteſt. Legati de latere, lib. 6. n. 483. cum ſeqq.*

47 Quæ doctrina univerſaliter veriſſima eſt, quod quando penſio à Papa conceſſa fuit, ſi ex aliquo defectu ſit nulliter conſtituta, vel ex poſt facto nulla reddatur & reſolvatur ex defectu conditionis appoſitæ, ſub qua ipſa gratia fuit expedita, ita ut conſolidetur cum titulo beneficii, & legitimè extincta ſit, quamvis inter penſionarium & Titularem fiat concordatum de ſolvenda & exigenda penſione, & contineant, perſeverent & conſentiant in executione concordati inter ipſos initi, nullo modo revalidatur penſio ſemel extincta ex defectu novæ gratiæ, quæ ad id præciſè requiritur authoritate Apoſtolica; cum renovatio & convalidatio hæc non pendeat à ſola voluntate & conſenſu partium, ſed ſimul & principaliter à Papa; ut poſt plurimos Doctores firmavimus *in hoc Labyr. 2. p. c. 10. nu. 63.* & conducunt ſimiles doctrinæ *ib. ex num. 58. cum ſeqq.*

Igitur ex ſupra dictis, duæ ad noſtrum propoſitum deducuntur concluſiones. Prima ſit, 48
quod quando penſionarius per aſſecutionem beneficii, ſuper quo habet penſionem reſervatam, extinguitur penſio, quia legitimè & irrevocabiliter de titulo ipſius beneficii fuit proviſus, & quamvis poſtmodùm illud voluntariè dimittat ſeu renontiet, nullo modo reviviſcit penſio ſemel legitimè extincta; & per conſequens non poteſt dici creditor pro ea, nec comparens in concurſu peracto per poſſeſſorem beneficii poteſt graduari: juxta latè comprobata *ex num. 39. & ſeq. verſ. Quanquam ſecus erit &c.*

Secunda ſit concluſio, quando penſionarius 49
adquiſivit beneficium ſua penſione gravatum, non perfectè, ſed revocabiliter, & quod aliquo modo poteſt evinci, & ab eo avelli, nunquam conſideratur extinctio penſionis, ſed ſemper durat & perſeverat, & poteſt juſtè eam exigere à novo poſſeſſore ejuſdem beneficii, & in hujus concurſus judicio tanquam verè creditor pro eadem graduari in eo loco & gradu, quem penſionariis aſſignavimus *in hoc Labyrinth. par. 1. c. ...*

Quibus feliciter abſolutis, nihil obſtant ar- 50
gumenta in contrarium conſiderata *à princip. hujus cap.* Non primum petitum ex *l. dominus fructuario, 67. ff. de uſufr.* Nam loquitur in terminis ſecundæ concluſionis, quia in caſu illius textus uſufructuarius adquiſivit proprietatem revocabiliter, & ob id ab eo fuit fundus ablatus, retento uſufructu tanquam non extincto nec finito, quem text. ita declaravimus per multa, *ſupr. ex num. 34. cum ſeqq. verſ. Et quod quando penſionarius &c.* & paulò ſuperiùs *ex n. 24. verſ. pro eadem reſolutione*, &c.

Eodem etiam modo reſpondetur Rotæ deci- 51
ſioni, de qua *ex n. 7.* pro contraria parte ponderata, cùm procedat in caſu ſpeciali, in quo penſionarius minùs perfectè & revocabiliter fuit immiſſus in poſſeſſionem beneficii ob regreſſum; fatetur tamen dicta deciſio, regulam generalem, nempe extingui penſionem quando penſionarius adeptus eſt collationem beneficii penſione gravati, perfectè & irrevocabiliter ad inſtar uſufructuarii conſequentis proprietatem rei ſuper qua habebat uſumfructum, prout latiùs declaravimus *d. Rot. deciſ. ſupr. ex n. 24. cum multis ſeqq. verſ. pro hac eadem reſolutione*, &c.

Minùs obſtat text. *in l. unus ex ſociis*, §. *fin.* 52
cum *leg. ſeq. ff. de ſervit. urban. præd.* de quibus *n. 4. ſupr.* Quia in caſu illorum jurium jus ſervitutis nunquam fuit extinctum nec amiſſum, ſed ſuſpenſum pro tempore quo fons exaruit, quia non ſua culpa aut negligentia uſus aquæ ſuſpenſus fuit, ſed quia caruit occaſione & facultate utendi ſua ſervitute, & ideo poſtquam aqua ad ſuas venas redire cœpit, jus ſuum continuavit ut antea: vide Caſtill. *de Tertiis, c. 19. ex n. 8. cum ſequentibus* ubi latè de materia illius text.

53 Nec denique obſtat text. *in d. l. ſi ager. 23. ff. quib. mod. uſuſf. amit.* de quo *ſupra n. 5.* Quoniam in eo textu, fundus totus inundatus fuit fluminis vel maris impetu, ex quo proprietas unà cum uſufructu amiſſa videbatur, poſtmodùm verò eodem impetu receſſit aqua, & ſic reſtituta fuit proprietas ſimul cum uſufructu, & uterque tam proprietarius quàm uſufructuarius conſequutus fuit jus ſuum, quia neuter fecit actum aliquem voluntarium, ex quo uſusfructus conſolidari potuiſſet, ſed quodam impedimento externo & violento flumen impedimentum appoſuit utrique, & poſtea ſuſtulit, ut ambo ad ſua jura redirent; ut probat etiam clarè text. in *l. adeo §. aliud ſane eſt, ſi cujus ager totus inundatus fuerit, namque inundatio ſpeciem fundi non mutat, & ob id cùm receſſerit aqua, palam eſt ejuſdem eſſe, cujus & fuerat, ff. de adquir. rer. dom.* ex quo ſola poſſeſſio interim fundi ablata fuit, *l. 1. ff. de fluminib. §. ſi foſſa*: & text. in *l. ergo, §. alluvio, ff. de adquir. rer. dom.* text. optimus in *l. 3. §. Labeo, ff. de adquir. poſſeſſ.*

---

## CAPUT VII.

### Hypotheca ſuper penſione Eccleſiaſtica an extinguatur, adquiſito per penſionarium debitorem titulo beneficii.

### Et an Hypotheca ſuper penſione nulliter impoſita ex conſenſu non habentis jus ad beneficium, convaleſcat poſtea adquiſito per illum legitimo titulo ejuſdem beneficii.

SUMMARIUM.

1 *Solutio primæ partis quæſtionis deducitur ex reſolutis ſuprà*, hac par. 4. c. 4. per tot.

2 *Conſolidatio uſusfructus cum proprietate nihil officit juri creditoris habentis hypothecam ſuper jure conſolidato.*

3 *Commoditas uſusfructus ſuper qua cadit hypotheca, non admittit mutationem ex ſubſtantia, aut forma aut qualitate, ex vi conſolidationis.*

4 *Ea quæ dicta ſunt de uſufructu hypothecato conſolidato, procedunt in penſione hypothecæ ſubjecta, adquiſito titulo beneficii per penſionarium.*

5 *Dubia circa penſiones Eccleſiaſticas debent determinari & decidi per regulas uſusfructus.*

6 *Irrevocabiliter adquiſito per penſionarium titulo beneficii penſione gravati, extinguitur penſio.*

7 *Hypotheca conſtituta ſuper penſione, durat adhuc adquiſito titulo beneficii à penſionario.*

*Aliud eſt conſolidari uſumfructum, & penſionem, in perſona alterius, qui non ſit debitor illius: aliud verò conſolidari in perſona debitoris, quia tunc manet hypotheca. ibid.*

8 *Proponitur ſecunda quæſtio agitanda.*

9 *Hypotheca conſtituta à non domino rei, ſuper qua conſtituitur, eſt invalida.*

10 *Hypotheca à principio nulla; revalidatur ſi debitor nanciſcatur dominium rei, quo ante carebat.*

*Conceſſio facta alicujus rei à non domino, convaleſcit ſi contingat concedentem poſtea dominum fieri. ibid.*

11 *Certior opinio eſt, hypothecam impoſitam ſuper penſione ab initio invalida, non revalidari per adquiſitionem tituli beneficii à penſionario factam.*

12 *Explicantur termini quæſtionis ut vitetur confuſio.*

13 *Penſio ab initio nulla vel poſtea reſoluta, non convalidatur ex ſolo conſenſu habentis titulum beneficii.*

14 *Penſio conſtituta ſuper beneficio, ad quod poſſeſſor conſentiens penſioni nullum jus habebat, eſt nulla, ita ut verus Titularis opponere poſſit de invaliditate ad liberandum ſuum beneficium.*

15 *Si penſioni conſentiens non habebat jus legitimum in beneficio, tempore quo præſtitit conſenſum penſioni, nihil proficit titulus ſuperveniens ad revalidandam penſionem.*

16 *Conſtitutio penſionis abſque gratia Pontificis, eſt nulla & ſimoniaca.*

17 *Penſio nulla, vel jam extincta, non revalidatur ex ſolo conſenſu partium.*

*Hypotheca conſtituta ſuper penſione nulla, vel extincta, non reviviſcit, ſi conſtituens adquirat titulum beneficii penſione gravati, quia nec ipſa penſio convaleſcit: quod latè firmatur, ibid.*

PRimam partem hujus quæſtionis exaratam reperies ſuperiùs in *hac 4. par. cap. 4. per tot.* ubi poſt exactam diſputationem reſolvimus, hypothecam ſuper commoditate uſusfructus perſeverare & durare, quantumvis uſufructuarius debitor adquiſierit rei proprietatem, non obſtante conſolidatione à jure inducta in tali caſu, cùm nihil operetur in præjudicium & detrimentum creditoris habentis hypothecam ſuper jure conſolidato; etenim conſolidatio non egreditur perſonam debitoris adquirentis proprietatem rei: & quia commoditas uſusfructus, quæ ſola cecidit in hypothecam, nullam recipit mutationem nec in ejus forma, nec in ſubſtantia, nec in qualitate; ſed eandem in percipiendis fructibus obligatis retinet debitor, prout ante adquiſitionem proprietatis: quod ſufficit ut creditoris hypotheca perſiſtat, & contra eundem debitorem continuetur: quam quæſtionem & reſolutionem validiſſimis & impenetrabilibus juris fundamentis, contrariis deſtructis, roboratam & exornatam reperies in *d. cap. 4. per totum.* 1 2 3

Quo legitimo fundamento poſito, facilè evinces noſtræ quæſtionis difficultatem. An hypotheca ſuper emolumentis penſionis (nam ſuper jure ipſo penſionis penes penſionarium debitorem exiſtente, ejuſque perſonæ cohærente imponi non poteſt; ad latè comprobata *in hoc Labyrinth. par. 1. cap. 43. num. 8. & num. 36. & ex num. 25. cum multis ſeqq.*) extinguatur eo ipſo quod penſionarius debitor adquiſivit collationem & titulum ejuſdem beneficii ſuper quo habebat penſionem; eamque hypotheca gravatam, ſi ad memoriam revoces, quod penſio Eccleſiaſtica æquiparatur & adæquatur uſuifructui, adeo ut per regulas de uſufructu loquentes 4 5

decidi

decidi ac determinari debeant omnia dubia contingentia ſuper penſione; prout ad longum per varias Rotæ Rom. deciſiones, nec non innumerabiles penè Doctores firmavimus *ſupra*, *hac 4. par. cap. 6. ex num. 8. cum ſequentibus & uſque ad fin.*

6 Et quamvis in *eodem cap.* 6. reſolvimus, quod penſionario adquirente validè & irrevocabiliter titulum beneficii, extinguatur penſio, eo modo quo extinguitur uſusfructus adquiſita proprietate rei per uſufructuarium, adhuc tamen hypotheca ſuper penſione extingui non debet, cùm ipſemet debitor ſit qui potitur fructibus

7 hypothecatis, nec illos attingat conſolidatio, quæ nihil operatur in damnum Tertii creditoris, qui hypothecam habebat etiam in eo jure, quod alioquin per adquiſitionem proprietatis ſolet conſolidari, ſicut latiſſimè in uſufructu hypothecato non extingui hypothecam, adquiſita proprietate per fructuarium, validè fundavimus in *d. c.* 4. *per tot. in hac* 4. *par.* Ad cujus ſimilitudinem idem erit reſolvendum in hac prima parte noſtræ quæſtionis, ad quam trahenda ſunt omnia fundamenta utriuſque partis ibidem feliciter conſiderata, foret enim admodum faſtidioſum repetere & tranſcribere omnia in omnibus: ea igitur per te videbis *loco citato*; quia aliud eſt extingui & conſolidari uſumfructum & penſionem in perſona alterius qui non eſt debitor, nec hypothecavit, ad quem uſusfructus, & penſio conſolidata tranſit libera, & jus ad fructus & commoditatem amiſit debitor, quo reſoluto, reſolvitur hypotheca: aliud verò eſt conſolidari uſumfructum & penſionem in perſona debitoris remanentis in eadem fructuum commoditate, illos percipiendo efficaciore titulo, quia tunc durat ipſamet res hypothecata, ex quo durare debet hypotheca in eiſdem recipientibus novam proprietatis adquiſitionem firmiorem & validiorem ſtatum & exiſtentiam.

8 Accedamus ad ſecundam partem noſtri cap. An hypotheca ſuper penſione Eccleſiaſtica nulliter ab initio impoſita, eo quod qui in eam conſenſit, carebat jure ad beneficium ſuper quo imponi penſionem conſenſit, an jus hypothecæ convaleſcat eo ipſo quod conſentiens adquiſivit poſtea legitimum titulum ejuſdem beneficii.

9 Cujus quæſtionis difficultas videtur evicta ex notiſſimo illo juris principio, quod licèt hypotheca rei alienæ, & conſtituta à debitore qui in ea nullum jus habebat, ſit à principio nulla & invalida; *l. ſi probaveris, Cod. ſi aliena res pignor. dat. ſit, l. 4. qui prædium, C. eod. l. 1. §. 1. ff. quæ res pign. obli. poſſ. l. 1. §. 1. l. quæ nondum. §. 1. & §. quod dicitur, ff. de pignor. l. rem alienam. & l. 41. ff. de pignor. act. l. ante omnia, ff. de probat. leg. 13. tit. 13. partit. 5. l. 18. eod. & partita.*

10 Adhuc tamen per adquiſitionem poſtea dominii convalidatur & confirmatur hypotheca præcedens, quantumvis invalida ab initio, *l. 1. ff. de pignor. l. rem alienam* 41. *ff. de pignor. act.* de quorum jurium intelligentia & declaratione exactè poſt plurimos DD. agit Merlin. *de pignor. lib.* 1. *quæſt.* 2. *per tot.* ſicuti alia quævis conceſſio, quæ ſi fuerit facta ab eo, qui rei dominus non erat, convaleſcit, ſi contingat, concedentem ex poſt facto dominum fieri. Cald. Pereira *de poteſt. eligen. c.* 10. *num.* 23. ubi *num. ſeqq.* declarat: Auguſt. Barboſ. *in collect. ad l.* venditrici, per text. *ibid. num.* 4. *Cod. de rebus alien. non alien. tom.* 2. *fol.* 259. Igitur licèt ab initio hypotheca ſuper penſione fuiſſet nulliter conſtituta ex defectu conſenſus veri Titularis, tamen poſtquam conſentiens penſioni adquiſivit legitimum titulum ejuſdem beneficii, penſio & hypotheca ſuper ea convaleſcere & confirmari debent.

His tamen minimè refragantibus contraria opinio verior & certior eſt, ut hoc caſu hypotheca impoſita ſuper penſione ab initio invalida ob conſenſum ejus nulliter præſtitum qui non habebat jus ad beneficium, nullo modo convaleſcat per novam tituli ad ipſummet beneficium adquiſitionem manifeſtè probabimus. 11

Supponendo imprimis, ne termini confundantur, quod ad noſtrum caſum applicari non debent doctrinæ & jura, de quibus *ſupr. n.* 10. quia in hoc noſtro caſu non agitur de debitore hypothecæ ſubjiciente rem alienam, quam poſtmodum adquiſivit; nam Titularis qui poſtea beneficium adquiſivit in proprietate ac legitimo titulo, nec eſt debitor, nec impoſuit hypothecam, ſed alius Tertius, cui fuit inutiliter conſtituta penſio ſuper beneficio, quod poſtea non adquiſivit: & ideo aliunde quærenda erit difficultatis reſolutio, an ſcilicet penſio nulliter ſic impoſita ex conſenſu non habentis tunc jus ad beneficium, revalidetur per legitimum titulum ſupervenientem conſentienti, ut inde per conſequentiam inferatur ad hypothecæ ſubſiſtentiam & convalidationem, quia jus hypothecæ derivatur ab exiſtentia rei hypothecatæ. 12

In quo firmiter aſſeverandum erit, quod nec penſio ab initio nulla, etiamſi novus acceſſerit conſenſus legitimi Titularis, non poteſt convalidari, quando penſio ſive ab initio nulliter conſtituta; ſive poſtmodùm ex alicujus conditionis in ejus conſtitutione & creatione appoſitæ defectu reſolvatur & extinguatur, per ſolum conſenſum partium renovari & reviviſcere non poteſt, non accedente nova Sedis Apoſtolicæ gratia, cùm hoc non pendeat à ſola voluntate partium, ſed ſimul & præcipuè à gratia & voluntate Papæ; ex mox allegandis & latiùs comprobandis. 13

Conſtans eſt enim propoſitio, quod penſio conſtituta ſuper beneficio ad quod conſentiens poſſeſſor nullum jus habet, nulla eſt, & nullius momenti, ita ut verus Titularis opponere de ejus invaliditate & nullitate liberè poſſit, ad effectum ſe ſuumque beneficium liberandi à tali onere, Achill. de Graſſ. *deciſ.* 9. *de penſionibus ſeu* 421. Guidobon. *deciſ.* 137. idem de Graſſ. *dec.* 6. *de penſion. & dec.* 1. *ſeu dec.* 413. & 418. Cæſar. de Graſſ. *dec.* 103. *n.* 9. Garc. *de benef. par.* 1. *c.* 5. *n.* 512. *cum ſeqq. t.* 1. Verall. *dec.* 300. *par.* 2. Farinac. *dec.* 437. *fol.* 400. & *t.* 2. *dec.* 559. *n.* 2. *in poſthum.* & iterum *t.* 1. *dec.* 337. *n.* 1. *poſthum.* Lotter. obiter *de re benefic. l.* 1. *quæſt.* 38. *n.* 130. Nos etiam *in hoc Labyr.* 2. *par. cap.* 9. *num.* 72. *verſ. Fulcitur hoc fundamentum.* 14

In tantum quod ſi conſentiens penſioni, non habebat jus legitimum & validum in beneficio, tempore quo præſtitit conſenſum penſioni, prout clarè firmant Doctores jam allegati, & deciſiones proximè citatæ *num.* 14. nihil proficit titulus ſuperveniens poſt ſuum conſenſum ad revalidationem penſionis, Rota ut per Farinac. *in poſthum. tom.* 1. *deciſ.* 356. *n.* 1. ibi: *Domini perſeverarunt in deciſis in hac cauſa ſub die* 14. *Martii* proximi, 15

*proximi; quod ſcilicet penſio fuerit nulla, niſi probetur jus Julii qui conſenſit reſervationi penſionis* &c. & eodem *nu. in fin.* ibi, *Tertiò quod potuit ſuperveniſſe jus Julio poſt præſtitum conſenſum, quod non ſuffragaretur ad revalidandam penſionem, ſi ab initio fuit nulla, ut infra dicetur &c.* & n. 2. ibi: *ſecundò fuit dictum, quod ad effectum validitatis penſionis requiritur jus de tempore conſenſus præſtiti; aliàs ſi penſio ab initio fuit nulla, non potuit per Julium in præjudicium ſucceſſoris convalidari: Caſſiador. deciſ. 4. n. 5. de penſion. iſtud autem jus Julii de tempore conſenſus non probatur, per poſſeſſionem triennalem, quia potuit ſuperveniſſe novus titulus poſt præſtitum conſenſum*; hactenus de ſingulari ad noſtram materiam deciſione.

16 Et ratio fundamentalis illa erit; quia ſicut penſio à principio reſervari non poteſt ex ſolo conſenſu contrahentium, cum principaliter pendeat ex voluntate & gratia Pontificis, ſine qua penſionis conſtitutio eſt nulla & ſimoniaca, ut ad longum per Garciam *de benefic. par. 1. cap. 5. §. 2. ex n. 273. cum multis ſeq.* & Doctores omnes ſtatim citandos.

17 Ita pariter penſio, vel à principio nulliter conſtituta ſeu reſervata, vel ex poſt facto ſemel extincta, vel annullata ob defectum conditionis ſub decreto irritanti & annullativo poſitæ in eadem gratia reſervationis, ex ſola partium conventione, vel per alium actum inducentem tacitum vel expreſſum conſenſum partium revalidari non poteſt, niſi denuò accedat ſimul nova gratia Sedis Apoſtolicæ, cùm nova penſio ſit, ex quo prima fuit vel nulla, vel extincta, quæ non reviviſcit ex ſola partium voluntate & conſenſu, à quo non pendet, ſed principaliter à voluntate & gratia Papæ, ita probat Rota in *una Valent. deciſ.* adducta per Garc. *d. cap. 5. §. 4. n. 514.* ibi: *reſolutum fuit, quod ſi penſiones de quibus agitur, ſunt nullæ, poſſunt ipſi Canonici dicere de nullitate penſionis, quia cùm iſta materia non pendeat à voluntate & conſenſu partium (ut eſt regulariter in prophanis) ſed ab authoritate Pontificis, ſolùm quærendum eſt, an verè penſio ſit, vel nè, valida* &c. & inferiùs, *cùm ut dicitur, totum hoc principaliter pendeat ab authoritate Pontificis, & non partium* &c. Sarner. *in compend. ſignat. num. 87.* & alii quos refert & ſequitur Flamin. Pariſ. *de reſign. benefic. l. 6. quæſt. 2. n. 8.* optimè Mohedan. *deciſ. 12. de renunciat.* Gambar. *de offic. & pot. Legat. de lat. lib. 6. num. 483. cum ſeqq.* Auguſt. Barboſ. *in voto 5. ex num. 22. & in tract. de jur. Eccleſ. l. 3. cap. 11. nu. 75. in fin. & num. 76. & in tract. de penſionib. quæſt. 9. num. 18.* Nos *in hoc Labyr. 2. par. c. 10. num. 63. & ex n. 58.* Gigas *de penſionib. quæſt. 49. n. 5. & ſeqq.* Lotter. *de re benef. l. 3. quæſt. 11. ex num. 60. & ſeqq.* ubi allegat bonam *Rotæ* deciſionem, Ferentillus optimè ad Burratt. *deciſ. 528. n. 4. & 5.* Joan. Ant. Bellon. ex aliis in *conſ. 27. nu. 7. 8. & 9. & nu. 40.* qui omnes aſſeverant, quod penſio nulliter impoſita, vel ex poſt facto nulla reddita & extincta, non poteſt ex ſolo facto partium & conſenſu tacito vel expreſſo, aut concordia, revalidari, & ſuſcitari, quia validare penſionem invalidam, vel extinctam, non pendet ex facto partium, ſed à poteſtate & gratia Papæ. Quod ulteriùs comprobatur ex *Rotæ* deciſ. adducta per Barboſ. *de jur. Eccleſ. d. cap. 11. num. 31.* quâ fuit dictum, poſt contractum à penſionario matrimonium per verba de præſenti, non valere novam concordiam inter Titularem & ipſum penſionarium ſuper penſionis ſolutione abſque Sedis Apoſtolicæ beneplacito & authoritate.

Ea moventur omnes ratione; quia ratificatio actus nullius, eſt novum actum celebrare, Bart. *in l. ab emptione, ff. de pact.* Aretin. *conſ. 128. col. 2. verſ. ſecunda ſpecie*, Menoch. *conſ. 88. num. 66.* Petr. Surd. *deciſ. 70. n. 14.* Giurb. *deciſ. 55. ex num. 16.* Nos plurima, & plurimos ad id conduximus in *hoc Labyr. 2. par. cap. 10. ex num. 58. cum multis ſeqq.* ubi quod cenſus impoſitio ſuper bonis majoratus nulliter facta non poteſt validari ex conſenſu tacito vel expreſſo contrahentium, niſi nova & valida ſuperveniat facultas Regia, quia in actu ratificationis hujuſmodi debent concurrere omnes ſolemnitates & formæ requiſitæ ad ipſum actum: atque ideo quemadmodum à principio non potuit conſtitui penſio ex ſola partium voluntate abſque authoritate Papæ, ut *ſupra n. 16.* ita, ſi ſit nulla vel extincta, reviviſcere non poteſt ex ſolo facto partium, non accedente voluntate & nova gratia Sedis Apoſtolicæ: vide Barboſam *d. vot. 5. ex n. 24.*

Ex quo provenit, quod ſuper penſione nulliter reſervata à principio non potuit conſtitui hypotheca; ut poſt innumerabiles penè Doctores probavimus *in d. cap. 10. num. 64.* quia non entis nullæ ſunt qualitates, nec qualitas poteſt eſſe ſine ſubjecto, & ideo cùm per adquiſitionem proprietatis beneficii ſubſequutam ab eo poſſeſſore qui conſenſerat penſioni tempore quo carebat jure ad illud beneficium; non revalidetur nec reviviſcat penſio præcedens nulliter conſtituta, ex comprobatis *ſupr. ex n. 11. cum ſeqq.* ſequitur quod hypotheca minùs potuit convaleſcere, nec revalidari ſeu reviviſcere.

Imò potiùs quando in hac penſione concurrerent conſenſus penſionarii & Titularis cum authoritate & nova gratia Pontificis; adhuc non potuiſſet convaleſcere, nec reviviſcere hypotheca ſuper ea nulliter impoſita, quia hæc eſt nova penſio, diverſa à priori, ſuper qua fuerat hypotheca per penſionarium impoſita, quæ nullo modo poteſt extendi & trahi ad hanc novam penſionem; ad lariſſimè tradita in *hoc Labyr. 2. par. 27. ex n. 36. cum multis ſeqq.* ubi de hypotheca ſuper officio vitalitio extincto, quæ non reviviſcit ſi iterum idem officium ei à Rege concedatur; ad quod plures alias doctrinas adduximus.

Firmandum erit igitur in noſtro dubio præſenti, hypothecam ſuper penſione Eccleſiaſtica impoſita, quæ à principio nulliter reſervata fuit ex defectu juris, quo carebat eo tempore conſentiens reſervationi, ſicut non revalidatur penſio, adquiſito poſtmodum legitimo titulo ad beneficium per conſentientem, minimè poſſe convalidari, ac propterea creditorem non poſſe in concurſu peracto per debitorem penſionarium gradum accipere ſuper penſione, nec ſuper ea moleſtare Titularem, qui ad illam non tenetur, ſicuti nec etiam ipſe penſionarius in concurſu peracto per Titularem poterit graduari pro penſione, quæ nulla fuit, nec unquam revalidata; quia neuter fuit creditor ad prædictam penſionem.

CAPUT

## CAPUT VIII.

### Hypotheca ſuper penſione Eccleſiaſtica impoſita per debitorem habentem facultatem Apoſtolicam illam transferendi, an ſimul tranſeat in tranſlatarium.

#### SUMMARIUM.

1 *Pars negativa proponitur.*
2 *Hypotheca ſuper penſione tantum durat, quantum ipſa penſio.*
*Jus quodlibet regulariter extinguitur reſoluta re ſui natura reſolubili ſuper qua conſtitutum eſt.* ibid. *& n.9.*
3 *Per tranſlationem penſionis, virtute Indulti, prima penſio extinguitur, & nova creatur quæ adquiritur tranſlatario.*
4 *Penſio regulatur per regulas & naturam uſusfructus.*
5 *Quando duobus ſucceſſivè uni poſt alterum relinquitur uſusfructus, non idem uſusfructus tranſit in ſecundam perſonam, ſed alius novus. Declaratur* infr. n. 55.
6 *Hypotheca ſuper penſione extinguitur, extincta penſione, ſicut extinguitur extincto uſufructu. Limitatur, n. 56.*
7 *Hypotheca ſuper officio temporali, feudo, vel emphyteuſi, non durat, illis extinctis, etiamſi jus illud extinctum alii cedatur, & n.54.*
8 *Prorogatio rei hypothecatæ non durat poſt jus prius extinctum.*
10 *Hypotheca impoſita ſuper juribus regalibus extinguitur per venditionem eorum, quia creantur alia nova jura in favorem emptoris: vide* infr. n. 54.
11 *Quando quis contrahit cum ceſſione juris luendi à Regia Curia ex pacto ſpeciali inter emptorem & venditorem, omnes hypothecæ intermediæ contractæ reſolvuntur in præjudicium creditorum.*
12 *Penſionarius ſi eodem tempore reſervatæ penſionis obtinuit facultatem transferendi; creditor qui accepit eam in hypothecam, debet acquieſcere ſuæ hypothecæ reſolutioni, facta tranſlatione.*
13 *Hypotheca non tranſit cum jure perſonali ſimpliciter ceſſo.*
14 *Penſio tranſlata in veritate & re ipſa, non eſt diſtincta à prima, ſed eadem, quemadmodum pluries decidit Rota.*
15 *Penſio tranſlata dicitur diverſa ab antiqua, reſpectu juris transferentis, ne ulterius penſionem exigat, non autem reſpectu ſubſtantiæ ipſius penſionis, quæ eſt eadem cum antiqua cum omnibus qualitatibus ſuis.*
16 *Adducitur in confirmationem deciſio Rotæ* in una Carpen. penſionis, 29. Maii, 1602. coram Lancelloto: *cujus verba referuntur, & n.17.18. & 19.*
20 *Adducitur alia deciſio* in una Papien. penſionis 11. Decembr. 1606. *& numer. 21. & 22.*
23 *Alia*, in una Terul. penſionis, 15. Decemb. 1610.
24 *Alia*, in una Feron. penſionis 14. Januar. 1613. *& n.25.*
26 *Frequenter tenuit Rota, penſionem tranſlatam eſſe eandem cum antiqua, & referuntur etiam aliqui Doctores idem probantes.*
27 *Tranſlatio penſionis de una perſona in aliam; non eſt novum gravamen, ſed quædam delegatio ſolutionis alteri faciendæ.*
28 *Quantum ad jus, & actionem, quam transferens habebat ad exigendam penſionem, fit extinctio poſt factam tranſlationem.*
29 *Ipſa penſio tranſlata, prout eſt ſubjectum & materia, in qua jus exigendi exercetur, eſt eadem cum prima, quia in effectu non extinguitur.*
30 *Penſio tranſlata, eſt eadem numero, & non alia à priore diverſa.*
31 *Penſionis tranſlatio non inducit mutationem in ſubſtantia, ſed in perſona tantum.*
32 *Si penſio tranſlata, eſſet nova & diverſa à priore, non tenerentur fidejuſſores ejuſdem.*
33 *Hypotheca ſuſtinetur, ſi res hypothecata non mutetur in ſubſtantia, licet mutetur in qualitate.*
34 *Hypotheca durat, ſi jus temporale ſuper quo conſtituta eſt, ita prorogetur & perſeveret in ſubſtantia, ut non dicatur jus novum & diverſum.*
35 *Penſionis tranſlatio non inducit novationem; & ideo remanent obligationes acceſſoriæ fidejuſſorum, & hypothecarum, & num. 36. & 37.*
38 *Argumentum de re ad perſonam, & è contra, valet.*
39 *Penſionis tranſlatæ identitas verificatur ex ipſo actu transferendi, ratione juris, quod transfertur, cùm tranſlatio non inducat novum actum.*
40 *Penſio tranſlata tranſit in eum ad quem transfertur cum ſua qualitate, onere, hypotheca, & cauſa.*
41 *In qualibet juris tranſlatione, idem jus, & non aliud diverſum tranſit in tranſlatarium.*
42 *Mutatio perſonæ non inducit mutationem in re.*
43 *Hypotheca ſuper penſione impoſita ſuſtinetur adverſus eum ad quem penſio transfertur ex voluntate transferentis.*
*Secùs ſi ex neceſſitate præcedente & inhærente. n. 44.*
45 *Penſio hypothecata cedi vel remitti non poteſt in præjudicium creditoris.*
46 *Tranſlatio penſionis eſt actus merè voluntarius penſionarii.*
47 *Penſionarius habens facultatem transferendi penſionem, poteſt ea uti, vel non uti, pro ſuo arbitrio.*
48 *Facultas alienandi bona majoratus à Rege obtenta, remittitur arbitrio & voluntati impetrantis.*
49 *Hypotheca non extinguitur per alienationem voluntariam rei obligatæ.*
50 *Facultas transferendi penſionem, non cogit penſionarium ad transferendum.*
51 *Explicatur text.* in cap. 1. §. rurſus ſi fidelis: quib. mod. feud. amitt. in uſib. feud.
52 *Reſoluto jure feudi, reſolvitur hypotheca ſuper eo impoſita.*
53 *Hypotheca perit ſi pereat res hypothecata in ſua ſubſtantia.*
55 *An ſicut uſufructu duobus ſucceſſivè relicto; novus dicitur uſusfructus in ſecundo fructuario;*

*rio, ita etiam penſio translata, dicatur nova penſio in perſona translatarii, & n. 56. & 57.*

58 *Per translationem penſionis virtute facultatis & gratiæ Apoſtolicæ penſionario conceſſæ, non dicitur creari nova penſio, ſed eadem tranſire de una in aliam perſonam.*

*Nec ideo extinguitur hypotheca ſuper tali penſione impoſita, n. 59. & 60.*

1 Arduam fecit hanc quæſtionem varietas Rotæ Rom. in ea decidenda, quam propterea ad accuratam revocamus diſputationem. Et pro parte quidem negativa, ut ſcilicet hypotheca ſuper penſione impoſita à debitore penſionario habente facultatem à Sede Apoſtolica eandem penſionem transferendi in quem voluerit, qui ſua facultate uſus eam penſionem in alium tranſtulit poſtea, extinguatur per translationem, & penſio tranſeat libera, non verò gravata priori hypotheca, in alium penſionarium, probari videtur manifeſtè.

2 Primò, nam hypotheca ſuper penſione tantum durat quantum ipſa penſio, & ad ſimilitudinem uſusfructus, ſuper quo impoſita hypotheca extinguitur extincto uſufructu; ſicuti etiam diſſolvitur, reſoluta re qualibet ſui naturâ reſolubili, ut ſervus, equus, nomen debitoris, & ſimilia juxta *l. ſicut 8. ff. quib. mod. pign. vel hypot. ſolv.* ibi: *ſicuti re corporali extincta, ita uſufructu extincto, pignus & hypotheca perit*: idem deciditur in *l. ſervum. 27. ff. de pignor.* abundè Nos in *hoc Labyr. 2. par. cap. 27. ex n. 47. cum multis ſeqq.*

3 Sed ſic eſt quod per translationem penſionis virtute indulti & facultatis Apoſtolicæ, prima penſio extinguitur, & nova creatur, ita ut in translatarium non transferatur illamet penſio, quæ fuit ab initio reſervata transferenti, quam & poſſidebat & hypothecavit ſuo creditori, ſed alia nova & diverſa in translatarium transferatur, prima prorſus extincta, juxta facultatis clauſulam ita dictantem, ut prima penſio extinguatur: probant Gigas *de penſionib. quæſt. 74. n. 1. & quæſt. 88. n. 8.* Mandoſ. *in prax. in princ.* Puteus *deciſ. 524. n. 3. l. 2.* Flamin. Pariſ. *de reſignat. l. 6. quæſt. 4. n. 7.* Tiber. Saluſt. *in prax. Audit. Cameræ, l. 3. c. 6.* & ejus Addit. Veſtrius *l. 3. c. ult. n. 2.* Azor. *inſtit. moral. 2. par. l. 8. c. 10. quæſt. 5. & c. 11. quæſt. 1.* Gratian. *diſcep. for. c. 113. n. 77.* & cum Ferreto idem tenet Joan. Ant. Bellon. *in conſ. 27. n. 12.* & pluries ita determinavit Rota, ut *in una Brixien. penſionis 23. Maii*, 1594. *coram Mellino*, adducta ad litteram per Garc. *de benef. par. 1. c. 5. n. 470.* & in *alia Placen. penſionis, 27. Jun.* 1602. *coram Cordubas* adducta per eund. Garc. *loc. cit. n. 55.* eadem Rota apud Alex. Ludoviſ. *dec. 18. n. 7.* ergo impoſſibile eſt, ut hypotheca ſuper penſione extincta & reſoluta poſſit ſubſiſtere & tranſire in translatarium, novam & diverſam penſionem adquirentem.

4 Secundò, quia hæc opinio validiſſimo fundamento roboratur, nam ut ſæpè diximus *hac 4. par. cap. 6. ex num. 9. cum multis ſeqq.* penſio regulatur in cunctis caſuum determinationibus, per determinationes & regulas uſusfructus: ſed ſic eſt, quod quando duobus ſucceſſivè, uni poſt alterum, relinquitur uſusfructus non idem
5 uſusfructus tranſit in ſecundam perſonam, ſed alius novus & diverſus à primo, quia primus uſusfructus per mortem fructuarii primi, aut temporis limitationem extinguitur: text. in *l. ſtipulatio iſta, §. ſi quis iſta, ff. de verb. oblig.* Bald. & Salycet. in *l. antiquitas, Cod. de uſufr.* Noguerol. *alleg. 21. n. 18.* Cald. Pereira *de renovat. emphyt. quæſt. 4. n. 15.* Nos in *hoc Labyr. 2. par. c. 17. n. 78.* & hanc etiam conſiderationem feciſſe in his noſtris terminis Rotam teſtatur Farinac. in *una Carpentoratenſi penſionis, 29. Maii 1602.* quæ eſt *deciſ. 327. n. 3.* apud eund. Farinac. his verbis: *Item afferebatur ſimile de uſufructu translato & duobus relicto, qui eſt diverſus, ex authoritatibus allegatis cùm pluries dixerit Rota in deciſionib. allegatis, uſumfructum & penſiones eiſdem regulis regulandas, &c.*

Sed ſic eſt, quod hypotheca ſuper penſione 6
extinguitur extincta penſione in perſona debitoris, ſicut extinguitur extincto uſufructu, ut ad longum probavimus per plurima jura & fundamenta, *hac 4. par. cap. 6. ex n. 8. cum multis ſeqq. & per tot. c.* Igitur cùm in noſtro caſu penſio fuerit extincta & finita in penſionario debitore, eo ipſo quod uſus fuit ſua facultate transferendi, ut dictum eſt ex *n. 3.* ergo hypotheca ſuper prima penſione impoſſibile eſt quod poſſit durare contra translatarium, in quem non fuit translata penſio ipſa hypothecata, ſed alia diverſa & nova, noviterque creata.

Tertiò, quoniam hypotheca ſuper officio 7
temporali ſemel extincto, vel ſuper feudo, & emphyteuſi, ſi ſemel extincta fuerint, & ulteriùs vel eiſdem debitoribus vel aliis poſtea conferantur; non durat hypotheca ſemel extincta, quia non durat prima officii, aut feudi conceſſio, ſed per novam conceſſionem novum inducitur feudum, novum officium, primo extincto, ut latiſſimè probavimus per multa juris fundamenta & Doctores in *hoc Labyr. 2. par. cap. 27. ex num. 47. cum multis ſeqq.* ubi etiam 8
quod prorogatio rei hypothecatæ poſt jus priùs extinctum, non durat nec continuatur hypotheca, ſed extinguitur extincto primo jure hypothecato: ex quo loco plurima deduces fundamenta valde conducibilia huic difficultati. Et 9
quod hypotheca ſuper re, aut jure debitoris, ſui natura & juris diſpoſitione reſolubili, variabili, temporali, & extinguibili, extinguatur & reſolvatur extincto eo jure, & re hypothecata perempta, multa jura & Doctores videbis per Acoſtam *de privileg. credit. in præfat. ad regul. 1. ex n. 1. cum multis ſeqq.* Ergo hypotheca ſuper penſione cùm per translationem extinguatur, præciſè extingui debet, & non debet tranſire cum penſione translata, quia alia eſt, nova, ac diverſa.

Quartò hæc pars negativa probatur à ſimili ju- 10
rium Regalium, ſuper quibus poſſeſſor impoſuit hypothecam ad favorem creditoris ſui, qui poſtea vendidit ea jura regalia alteri Tertio, qui ſupponit pretium tradi fiſco ad redimendum ipſa jura, & illa extinguere, ut noviter creentur alia jura in favorem emptoris, quod vulgò dicitur *Entrada por ſalida*: tunc hypotheca interim & hoc medio tempore impoſita per primum poſſeſſorem reſolvitur, & in ſecundum emptorem jura tranſeunt libera ab hypotheca, cùm translatio fiat cum extinctione priorum jurium regalium, & alia nova creentur in favorem novi emptoris, ut in expreſſo tenent Joan. Garc. *in opuſc. de hypotheca poſt contract. num. 21. & 22.* ubi dicit quod attenta conſuetudine ſic contrahendi in nova emptione horum jurium regalium, extinguuntur hypothecæ &

& onera in Regiis juribus per poſſeſſorem impoſita: ſequitur Caſanate *conſ.* 10. *numer.* 193. *verſ. quibus ſimile eſt*: & in Regalibus juribus Neapol. quæ vulgò *Fiſcalia* dicuntur, idem tradit Ponte, *deciſ.* 28. *num.* 8. in hæc verba: Et quotidie videmus hunc ſolitum morem contrahendi, non ſolum in officiis, ſed & in omnibus aliis introitibus Regiæ Curiæ, quod unuſquiſque ad ſuam cautelam, & ne remaneat obligatus oneribus venditoris, contrahit cum ceſſione
11 juris luendi à Regia Curia ex pacto ſpeciali inito inter emptorem & venditorem, ex qua conventione & tractatu omnes hypothecæ intermediæ contractæ reſolvuntur in præjudicium creditorum, quia fit reſolutio ex neceſſitate, mediante ceſſione juris luendi &c. ſequitur Molfeſ. *ad conſuetud. Neapol. tom.* 2. *par.* 4. *quæſt.* 6. *num.* 7. & utrumque referens ſequitur Gaitus *de credito, cap.* 4. *quæſito* 12. *n.* 2181. Annell. Amatus *conſ.* 10. *per tot.* Horatius Montan. *in tract. de Regal. lib. offic. n.* 62. *ad fin. verſ. nec ſimile allat. col.* 1. *fol. mihi* 233. ſequitur Noguerol. *alleg.* 14. *ex n.* 94. *cum ſeqq.*

12 Quintò ulterius probatur; nam penſionarius eodem tempore reſervatæ penſionis, & in eiſdem litteris reſervationis ſimul obtinuit & habuit facultatem eam transferendi, & ideo creditor qui accepit eandem penſionem in hypothecam, cum eadem qualitate reſolubili inhærente, debuit prævidere translationem, & ea facta, debet quoque acquieſcere ſuæ hypothecæ reſolutioni, juxta text. *in c.* 1. §. *rurſus ſi fidelis: quib. mod. feud. amitt. in uſib. feud.* cujus verba ſunt: *Rurſus ſi fidelis minus mediante libellario nomine feudum dederit, & ſine hærede deceſſerit, & feudum ad dominum redierit, vel poſtquam ad libellum dederit, vel pignori obligaverit, domino refutaverit, tunc ille, qui ab eo acceperit, nullo jure adverſus dominum ſe tueri poterit*: ubi ex renuntiatione & refutatione feudi ſpontanea & voluntaria vaſſalli debitoris, præjudicatur creditori, & reſolvitur hypotheca ſuper feudo impoſita, quod liberum tranſit ad dominum: exornant hunc textum Iſernia *in cap.* 1. *n.* 5. *de alienat. feudi paterni.* Bald. *in d.* §. *rurſus, n.* 2. Præpoſit. *n.* 1. Alvarot. *nu.* 2. Martin. Laudenſ. *n.* 5. *in fin.* Petr. de Raven. *in eod.* §. *rurſus, in princ.* Capyc. *in inveſtitur. feud. in verſ. feudum dans*: *col.* 28. *verſ. Tertiò limita, in fin. pag.* 257. Ponte *dec.* 18. *n.* 4. *& de poteſt. proreg. tit. de diverſ. proviſionib.* §. 1. *n.* 17. *& ſeqq. & conſ.* 147. *n.* 2. *& ſeqq. & conſ.* 152. *n.* 26. *vol.* 2. Anell. Amat. *conſ.* 10. *n.* 5. *&* 6. *& conſ.* 49. *n.* 9. Georgius *in repet. feud. c.* 54. *n.* 83. *&* 84. Tiraquel. *de retract. lineag.* §. 1. *gloſ.* 14. *n.* 110. *&* 112. *& de retract. convent.* §. 3. *gloſ.* 1. *& unica, n.* 13. Igitur ſibi debet imputare creditor, qui ſibi aliter non præcaverit, & acceperit hypothecam in penſione translationi obnoxia: prout expreſsè dicunt præcitati Doctores.

13 Sextò pro hac parte facit, quia etſi attendamus diſtinctionem Lotterii *de re benefic. l.* 1. *quæſt.* 36. *ex n.* 47. *cum ſeqq.* ut penſio translata dicatur extincta dumtaxat quoad actionem, cùm mutetur de una perſona in aliam; ita ut primus per hanc ceſſionem & translationem iterum non poſſit agere, obſtante ſibi ſui juris & actionis extinctione, adhuc tamen creditor in ipſa penſione amplius non poteſt prætendere hypothecam, quia hypotheca non tranſit cum jure perſonali ſimpliciter ceſſo, ſi credimus Antonio Fabro, Camillo Medic. Joanni Bapt. Toro: Arr. de Meſſa, & aliis citatis ab Olea *in ſuo erudito tr. de ceſſ. jur. & act. tit.* 6. *q.* 6. *nu.* 5. quæ omnia ac ſingula fundamenta fortiter evincunt, ne hypotheca ſuper penſione impoſita ab eo qui facultatem habet illam transferendi tranſeat contra translatarium, ſed potius per ipſam translationem reſolvatur & extinguatur.

Quibus tamen & aliis minimè refragantibus, 14
contrarium verius eſſe de jure exiſtimaverim, quoniam ea omnia fundamenta hactenus à principio adducta & conſiderata, unica ſolutione diſſolvuntur & annihilantur, ſi obſerves quod licèt Rota in aliquibus deciſionibus, quas retulimus *ſupr. num.* 3. dixerit, penſionem translatam, eſſe novam & aliam diverſam ab ea quam habebat transferens, nihilo minus in pluribus aliis deciſionibus contrarium aſſeveravit, ut ſcilicet in ſubſtantia & rei veritate eadem ſit, & non alia ſeu diverſa penſio; quæ deciſiones omnes reſpondent ad illam difficultatem præci- 15
puam deſumptam ex ipſa gratia translationis, qua dici ſolet ut prima penſio extinguatur, ut procedat reſpectu juris transferentis, ne ulteriùs penſionem exigere valeat, & ut ſciatur, ex cujus perſona extinguenda ſit penſio, non autem ad alium finem, ita dixit Rota *in una Carpen. penſionis* 29. *Maii* 1602. *coram Lancell.* quod ad effectum ut ſit habenda ratio penſionum, penſio translata non poteſt haberi pro nova: quamvis enim in translatione procedatur per viam caſſationis antiquæ, & novæ reſervationis, tamen hoc procedit ad certos effectus ſcilicet mutationis perſonæ, ut unus ſolus poſſit exigere, & ut ſciatur per cujus obitum debeat extingui, item quoad viam executivam & quaſi poſſeſſionem, non autem reſpectu ſubſtantiæ ipſius penſionis, quæ in ſubſtantia eſt eadem cum antiqua cum omnibus ſuis qualitatibus, & ideo quamvis reſpectu caſſationis antiquæ videatur nova, tamen cùm ipſa caſſatio ſit correſpectiva ad reſervationem novæ, ſolùm ſit mutatio perſonæ, & ſubrogatio unius in locum alterius: quam deciſionem adducit Nic. Garc. *de benefic. par.* 1. *cap.* 1. 5. *n.* 256. & aliam Segobien. ad litteram refert *ibidem, n.* 257. & præfatam deciſ. Carpen. quæ eſt *deciſ.* 327. *inter recollectas* per Farinac. *fol.* 303. ubi ex *n.* 1. adducit argumenta, ut penſio translata dicenda ſit nova penſio: ſed ex *n.* 4. contrarium firmat, & ſatisfacit difficultatibus, his verbis.

*Et primò: quia ad effectum ut ſit habenda ratio penſionum impoſitarum poſt primam reſervationem, & facultatem transferendi, penſio translata non poteſt haberi pro nova; cum in ſubſtantia & revera ſit eadem; quamvis enim in translatione procedatur per viam caſſationis antiquæ, & novæ reſervationis; tamen hoc procedit ad certos effectus, reſpectu ſcilicet mutationis perſonæ, ut unus ſolus poſſit exigere, & ut ſciatur per cujus obitum debeat extingui. Item quoad viam executivam,* (proſequitur eadem deciſio num. 5.) *& quaſi poſſeſſionem, & alia hujuſmodi; non autem reſpectu ſubſtantiæ ipſius penſionis, quæ in ſubſtantia eſt eadem cum antiqua cum omnibus ſuis qualitatibus: & ideò quamvis reſpectu caſſationis antiquæ, dicatur nova, tamen cùm iſta caſſatio ſit correſpectiva ad reſervationem novæ, per iſtam novam reſervationem non augetur aliquod onus Eccleſiæ, ita ut poſſit dici novæ penſionis impoſitio, ſed ſit ſolùm mutatio perſo-* 16 17

*næ, & quædam ſubrogatio unius in locum alterius: & ſic quoad effectum de quo agitur, penſio tranſlata non poteſt dici nova; & hoc placuit Dominis: & deciſio Creſcentii 1. de reb. Eccleſ. non alienat. & aliæ deciſiones in cauſa Sogobien. penſionis 20. Maii 1598. coram D. meo de Corduba, Bononien. tranſlationis 20. Junii 1601. coram D. meo Mellino, & alia Terulen. penſionis 15. Decembr. 1600. coram D. meo Sacrato, & conſ. Pa-*
18 *riſii 5. num. 86. lib. 4.* &c. Et num. 7. in hæc: *Hoc quoque ſuadent verba ipſa facultatis transferendi, in qua conceditur facultas penſiones prius reſervatas transferendi, quaſi de una in aliam perſonam, quod tamen fit per viam extinctionis, quia oportet extinguere jus in transferente, ut illud*
19 *idem in alium tranſeat* &c. Et in fine, ibi: *& ſic quoad ſubſtantiam & effectum penſio eſt eadem.* Et inferiùs num. 14. ibi: *Sed in hoc caſu quoad ſubſtantiam penſionis nunquam fuit extincta, cum in ipſo actu caſſationis antiquæ, fuerit proceſſum per viam ſubrogationis ad illam, ut ſupra dictum eſt* &c.

20 Eadem Rota in *una Papien. penſionis 11. Decem.* 1606. adducta per Farinac. quæ eſt *deciſ. 122. fol.* 101. eleganter reſolvit, dum per modum diſputationis, à principio agit, An penſio tranſlata ſit nova? Et num. 9. & 10. ita ait: *Non obſtat quod tranſlatio ſit per modum extinctionis: quia iſta extinctio eſt momentanea, & non fit ad finem amittendæ penſionis, ſed adquirendæ alteri: & ideo non eſt in conſideratione, ſed ipſa tranſlatio & creatio, propter quam principaliter fit extinctio, & ſecundum eam regulari debet prout nota-*
21 *biliter conſuluit Socinus conſ. 53. num. 27. l. 4. Puteus deciſ. 519. nu. 3. par. 2. Contraria autem locum haberent, ſi Eccleſia ſemel à penſione & gravamine eſſet liberata, quia tunc ſi altera ſimilis iterum alteri aſſignaretur, eſſet novum gravamen, & requirerentur omnia quæ in prima reſervatione requiruntur: Creſcent. deciſ. 1. de reb. Eccleſ. non alien. quem ſequitur Anton. Auguſtin. in repertor. tit. de tranſlat. penſion. in tranſlatione autem non eſt nova penſio in ſubſtantia, nec dicitur novum gravamen beneficii, vel perſonæ habentis ſolvere, ſed potiùs mutatio perſonæ & delegatio ſolutionis faciendæ alteri.* Pariſ. *conſ. 5. n. 86. lib.* 4. &c. ubi recenſentur aliæ quatuor deciſiones id ipſum reſolventes. Et in *num.* 10. ita
22 proſequitur mirabiliter: *Accedit quod tranſlatio intelligitur facta cum ſuis qualitatibus, l. tranſlatio 6. l. legatum 24. ff. de adimend. legat. ideo tranſlatarius debet uti eodem jure & privilegio, nec in plus gravari quàm eſſet gravatus transferens, cùm ille ſuccedat in jus alterius, & ſit omnium rerum ſui prædeceſſoris ignarus: juxta regul. qui in alterius, de reg. jur. in 6. Simoneta deciſ. 85. fuit dictum in Bononien. 17. Maii 1593. coram illuſtr. Card. Mellino, & d. Neritonen. coram D. meo Litta.* &c.

23 Iterum ipſa Rota in una *Terulen. penſionis 15. Decem.* 1610. inter recoll. per Farinac. *in poſthum. t. 1. dec. 307. num. 1.* ibi. *Fuit tantum in cauſa Lucana penſionis. 17. Februar. 1592. coram bon. mem. Orano, & facit deciſio Creſcentii 1. de reb. Eccleſ. non alien. ubi dicitur quod in tranſlatione penſionis non eſt neceſſaria expreſſio nec derogatio, quæ in prima; quia penſio tranſlata non dicitur nova penſio: ſequitur Auguſtin. in repertor. tit. de tranſlat. penſ.* &c.

24 Ulteriùs idem firmavit Rota in *una Feronen. penſionis 14. Januar.* 1613. quæ apud Farinac. *in poſthu. 2. tom. eſt dec. 119.* ubi num. 2. ſic ait: *Non obſtat, gratiam tranſlationis fuiſſe ſubreptitiam, non expreſſo quod ſuper eadem parochiali adeſſet alia penſio, &c. quia reſpondetur, in hujuſmodi facultate transferendi non eſſe faciendam mentionem de alia penſione qua beneficium eſt gravatum, Anton. Auguſtin. in epitom. tit. de tranſlat. penſ. num. 1. Pariſ. de reſign. benefic. l. 6. quæſt. 3. num. 43. Caſſador. deciſ. 1. num. 2. & 3. de reb. Eccleſ. non alien. nam penſio tranſlata non dicitur nova penſio, nec novum onus, licet obligationis mutatio fiat de perſona in perſonam: ſed in effectu & ſubſtantia eſt eadem cum antiqua, Pariſ. conſ. 5. num. 86. l. 4. Vitalin. in Clemen. 1. §. eadem, numer. 3. de ſupplen. neglig. prælat. Paris. de reſign. l. 6. quæſt. 4. n. 4. & 6. & fuit deciſum in cauſa Carpentor. penſionis 29. Maii 1602. coram illuſtriſſ. Lancellotto, & in una Terulen. penſion. 15. Decemb. 1600. coram R. D. meo Damaſceno. Unde* 25
*quamvis per tranſlationem prorogetur beneficii ſervitus conſiſtens in onere penſionis, Sarner. in reg. de infirmis, qu. 16. Capucaqu. dec. 305. n. 10. par. 2. Pariſ. de reſignat. ubi ſupr. n. 6. non tamen gravatur novo onere beneficium; ſicut quando nova in eo penſio conſtituitur, &c. & ſic in caſu noſtro tantummodo ſervitus antiqua de perſona Leandri ſenioris, in perſonam junioris fuit prorogata:* hactenus de deciſione.

Vides igitur quàm frequenter Rota in tantis 26
deciſionibus tenuerit penſionem translatam, non eſſe novam & diverſam; ſed eandem in ſubſtantia cum antiqua, quia ſolum antiqua mutatur ratione perſonæ, ſive transfertur de una in aliam perſonam cum omnibus ſuis oneribus & qualitatibus. Eandem opinionem magis frequenter & certiùs tenuerunt quamplurimi Doctores, Vitalin. *in Clement. 1. §. eadem, nu. 3. de ſuppl. neglig. prælat.* Creſcent. *dec. 1. de reb. Eccleſ. non alien.* Anton. Auguſtin. *in repertor. tit. de translat. penſ.* Pariſ. *conſ. 5. num. 86. lib. 4.* idem Pariſ. *de reſignat. benef. l. 6. quæſt. 4. num. 4. & 6.* Suarez *de Religione, tract. 3. l. 4. c. 35. num.* 6. qui ait, penſionem non 27
extingui per translationem, & penſionem tranſlatam non eſſe aliam, ſed eandem numero: tenet etiam Garc. *de benefic. part. 1. c. 4. ex numer. 255. & 256. juncto num. 63. ad fin.* Gratian. *diſcept. for. tom. 1. cap. 113. num. 77. cum ſeqq.* citatus pro contraria parte *ſupr. num. 3.* qui dum *dict. num. 77.* dicit, penſionem translatam, eſſe novam, loquitur limitatè quoad certos effectus, ſcilicet viæ executivæ, & quaſi poſſeſſionem non continuandam; at *n. 78.* dicit; *quoad ſubſtantiam & rei veritatem penſio translata, non dicitur nova, quamvis transferatur, ſed antiqua*: ad quod allegat Rotæ deciſionem; & iterum ipſe Gratian. *diſcept. 454. ex numer. 14. t. 3.* ait, quod translatio penſionis de una perſona in aliam, non eſt novum gravamen, ſed eſt quædam delegatio ſolutionis alteri faciendæ.

Idem tenet Lotter. *de re benefic. lib. 1. quæſt. 36.* 28
*ex num. 57. cum multis ſeqq.* cujus diſtinctio in hac controverſia mihi applaudit, quod quantum ad jus & actionem quam transferens habebat ad exigendam penſionem, fit extinctio, poſtquam facta fuit translatio, & ex ipſo facto tranſferendi; quia neceſſe fuit ad effectum transferendi jus in alium, ut iſte poſſet uti actione, ad exigendam penſionem translatam, quod prioris penſionarii actio extincta ſit, nec remaneat penes transferentem, ne duæ perſonæ eandem penſionem exigant.

29 At verò, inquit ipſe Lotter. *loc. cit. ex n.* 66. *& ſeqq.* ipſa penſio tranſlata, prout eſt ſubjectum & materia ipſa, in qua jus exigendi exercetur, eadem eſt cum prima, quia in effectu nec extinguitur, nec alteratur, ſed transfertur, & inſinuatur tantùm his, cui deinceps ſolvenda ſit penſio eadem, jure quodam delegationis, ubi multa cumulat in comprobationem. Et *nu.* 76. concludit, eandem eſſe penſionem tranſlatam numero, & non aliam novam, aut diverſam;
30 & quod nullam patiatur mutationem ſaltem in ſubſtantia, ſed de perſona in perſonam duntaxat, eadem in ſubſtantia & in effectu ac rei veritate permanente, in nullo alio colligi poteſt identitas hæc meliùs quàm in Rotæ determinatione, quâ fidejuſſores dati in favorem primi penſionarii transferentis, pro ſecuritate ſolvendæ penſionis continuantur & obligati remanent in favorem tranſlatarii, juxta deciſionem quam ad literam refert Nicol. Garc. *de benefic. par.* 1. *d. cap.* 5. *num.* 257. qui aliàs in comprobationem adducit: latè etiam probat ex *Rotæ* deciſionibus Gratian. *diſcept.* 113. *ex num.* 77. *uſque ad n.* 82. *tom.* 1. & iterum in *c.* 454. *ex numer.* 14. *cum ſeqq. tom.* 3. per Doctores & Rotæ deciſiones, Oliver. Beltram. *in adnotat. ad Alex. Ludoviſ. deciſ.* 18. *num.* 9. ubi allegat duas Rotæ de-
31 ciſiones ad idem; & meliùs *in adnotat. ad eand. deciſ. num.* 12. ibi: *nihilo minus revera & in ſubſtantia penſio tranſlata, non eſt nova penſio, ſed antiqua*, Rot. *deciſ.* 333. *num.* 1. *part.* 2. *in recent. & deciſ.* 327. *num.* 4. *par.* 1. *recentior.* ubi fuit dictum, quod *quamvis in tranſlatione penſionis procedatur per viam ceſſationis antiquæ; tamen hoc procedit ſolùm ad certos effectus, ſcilicet reſpectu mutationis perſonæ, ut ſciatur quis poſſit exigere, & ut ſciatur per cujus obitum penſio extinguatur*, &c.

32 Ex quo unum invincibiliter infertur ad identitatem penſionis, nam ſi fuiſſet alia nova & diverſa, non tenerentur fidejuſſores, juxta text. expreſſum in *L. item quæritur*, §. *qui impleto*, *ff. locati*: *L. ſi cum Hermes*, *Cod. eod.*

33 Secundò infertur, quòd cùm res hypothecata eadem ſit tranſlata, & nihil mutetur in ſubſtantia, hoc ſufficit ut duret hypotheca, nam rei mutatione in forma aut qualitate non obſtante, ſuſtinetur hypotheca, ſi ejuſdem rei ſubſtantia remaneat; ad latiſſimè per Nos comprobata poſt plura jura & Doctores *in hac* 4. *par. c.* 4. *ex n.* 31. *cum multis ſeqq. & ex n.* 4. *cum ſeqq.*

34 Et quando jus temporale hypothecatum ita extenditur & prorogatur, ut ipſummet jus non extinguatur, ſed duret & perſeveret in ſubſtantia, neque efficiatur jus novum, ſed antiquum duntaxat ulteriùs protendatur, certum eſt durare & continuari hypothecam, ut luculenter probavimus *in hoc Labyr. par.* 2. *c.* 27. *ex nu.* 47. *cum multis ſeqq.* ergo hypotheca ſuper penſione legitimè conſtituta per penſionarium debitorem ante tranſlationem, eâ factâ, debet tranſire contra tranſlatarium, cùm in eum tranſeat illamet penſio numero, & legitimo tempore hypothecæ ſubjecta à penſionario debitore, quod onus recipere tenetur tranſlatarius.

Ex his & aliis quamplurimis deciſionibus manifeſtè colligitur, ut his noſtris temporibus nulla remaneat jam dubitatio, quominus penſio tranſlata eadem ſit & dicatur prima, non alia nova, ut teſtatur Rota *in una Mantuana penſion. anni* 1626. quæ ex recollectis per Merlin. eſt *deciſ.* 243. *tom.* 1. *ex n.* 11. *cum ſeqq.* ubi ſic ait: *Tum quia quidquid antiquitus ſenſerit Rota, an facultas transferendi penſionem dicatur nova gratia, & novum contineat gravamen, prorogando ſervitutem beneficii, ut in Eugubina penſion.* 11. *Dec.* 1561. *coram Rubeo, & in aliis: certè hodie eſt conſtans & receptiſſima ſententia in hoc ſacro Tribunali, quod hujuſmodi tranſlatio, licèt facta in articulo mortis, cùm & priùs quandocunque fieri potuerit, non ſit novum gravamen, nec nova dicatur penſio, ſed ſolùm quædam mutatio perſonæ, & vitæ transferentis, in perſonam & vitam tranſlatarii, & delegatio ſolutionis alteri faciendæ, nec inde reſultare præjudicium conſiderabile, ſed eventuale duntaxat, cùm aliquando contingat, tranſlatarios, etiam juniores, præmori ipſis transferentibus: ita Rota apud Creſcent. dec.* 1. *num.* 1. *de reb. Eccleſ. non alien. & in Veronen. penſ.* 14. *Januar.* 1613. *coram R. P. D. meo Veroſpio, & in Mediol. penſ.* 17. *Jun.* 1613. *coram R. D. meo Patriarcha Pamphilio, quæ eſt dec.* 505. *n.* 4. *par.* 1. *recentior. & in Romana penſ.* 17. *Jun.* 1622. *coram R. P. D. meo Buratto, & in Regien. penſion.* 6. *Februar. &* 17. *Junii* 1624. *coram R. P. D. meo Pirovano, & nuper in Firmana penſ.* 26. *Februar.* 1625. *coram bon. mem. Remboldo, verſ. & licèt tranſlatio &c.* quæ deciſio iterum ex *num.* 22. *cum ſeqq.* ita proſequitur: *Nec obſtat quod non ſolum reſervatio in cujus favorem appoſitum fuit decretum, quod penſio illi accreſceret, præjudicium videatur inferri Eccleſiæ, hoc enim modo diutiùs prægravabitur onere ſolvendi penſionem, nec libertatem aſſequetur, niſi defunctis duabus perſonis, penſionario ſcilicet & reſervatario. Quoniam hoc incommodum quod & penſionarii & reſervatarii mors ſit expectanda pro libertate beneficii, ipſi reſervationi adſcribendum eſt, & idem erat anteaquam penſio transferretur, hocque ſolum effecit tranſlatio, quod loco obitus D. Stellæ ſenioris, expectandus ſit obitus D. Stellæ junioris, quia ut dictum eſt, tranſlatio ſolùm operatur mutationem perſonæ, cui penſio ſit ſolvenda; & propter incertum eventum, non eſt hujuſmodi præjudicium conſiderabile, licèt tranſlatio fiat in juniorem, ut in dictis deciſionibus fuit reſolutum.* Hactenus verba ſingularis deciſionis mox citatæ.

Probatur inſuper hæc identitas penſionis, & 35
per conſequens perſeverantia hypothecæ, nam quemadmodum tranſlato cenſu de una re hypothecata ad aliam durant fidejuſſores & cæteræ hypothecæ, nec non tranſlata penſione de uno beneficio ad alterum durant principales obligationes & fidejuſſores, ut antea tenentur, quia prior obligatio in nihilo mutatur nec innovatur, ſed eadem durat. Eodem modo penſio ex facultate Papæ tranſlata de una perſona in aliam, fidejuſſiones & cautiones durant, quia nihil in ſubſtantia mutatur, novatur, nec alteratur: à hanc ſimilitudinem & comparationem multi Doctores probant, Merlin. *de pignorib. l.* 2. *quæſt.* 51. *ex num.* 6. *cum ſeqq.* & poſt plurimas Rotæ deciſiones Gratian. *diſcept. forenſ. c.* 454. *nu.* 14. 15. *&* 16. *t.* 3. *& tom.* 1. *c.* 113. *num.* 80. 81. & 82. Nicol. Garc. *de benef.* 1. *cap.* 5. *numer.* 257. ubi ad literam adducit expreſſam Rotæ deciſionem, Oliver. Beltramin. *in adnotat. ad Ludoviſ. deciſ.* 445. *n.* 9.

Si enim ſuſtinetur in tranſlatione penſionis 36
fidejuſſio præcedens, multo magis hypotheca: jura ſunt expreſſa in *L. cum quæritur*, §. *qui impleto ff. locati, l. ſi Hermes, Cod. eod.* quæ exornavi- 37
mus

mus in *hoc Labyrin.par.2.c.27. ex n.61. cum ſeqq.*
38 quia valet argumentum de re ad perſonam, & è contra de perſona ad rem, Cantiuncula *in Topic. legal. in 25. ſpecial.* Surd. *conſ. 262. numer. 38. conſ. 460. num. 36.* Otero. *in repetit.c. gratum, de offic. Deleg. n. 68.* Tuſch. *lit.A.concluſ.502.n.4.*

39 Amplius hæc identitas penſionis verificatur ex ipſo actu transferendi, quoniam translatio juris, vel cenſus conſtituti facta de una perſona in aliam, non inducit novum actum, nec novam juris aut cenſus creationem, ſed illud ipſum jus antiquum transfertur, ita ut ſi debitæ ſolemnitates ab initio intervenerunt, ſi poſtea de una ad aliam perſonam fiat translatio, non requiritur nova ſolemnitas, ea ſolida ratione, quod translatio non inducit novum actum, nec novum contractum, nec aliquam novationem prioris, nec quid diverſum transfertur, ſed illudmet jus prout antea exiſtebat in transferente: jura ſunt expreſſa in *l. pater filium, in princ. ff. de legat.*3.ibi, *prædia alienare ſeu pignori ponere prohibuerat* &c. & ibi: *filius prædia quæ pater obligata reliquerat, dimiſſo hæreditario creditore, nummis novi creditoris à priori in ſequentem creditorem pignoris, hypothecævè tranſtulit; quæſitum eſt, an pignus rectè contractum eſſet? reſpondi ſecundum ea quæ proponerentur rectè contractum*, & etiam in *l. ſi pupillarum, §. fin. ff. de reb. cor.* ibi: *item videndum eſt, ſi eandem ſortem acceperit, nec gravioribus uſuris obligationem valere, ut jus prioris creditoris etiam ad ſequentem tranſeat.* Exornant hæc jura, Ludovic. Molina, Peregrin. Marinus Frecia, Gaſpar. Rodriquez, Avendan. Vincent. Fuſar. Mierez, & plurimi alii quos adduximus in *hoc eod. Labyr. 2. par. c.17. ex num.35. cum ſeqq.* profitentes quod ex juris translatione de una perſona in aliam, non inducatur novus nec diverſus actus, ſed prior maneat poſt translationem qualis erat antea, quia idem jus eſt quod transfertur, non immutatum.

Juvat etiam illud ſimile quamvis admodum controverſum, cùm in ſecundum creditorem offerentem primo, tranſeat gradus & hypotheca primi, ex juris authoritate & poteſtate, an hypotheca translata, ſit eadem numero quæ erat apud creditorem priorem? quidam putarunt eſſe novam & diverſam, ſed Bartolus & alii plures rectiùs & veriùs dixerunt eſſe hypothecam eandem, & non diverſam; prout latiùs videre eſt apud Merlin. *de pignorib. lib.4. quæſt.54. per tot.*

40 Igitur ſi eadem penſio voluntariè transferatur in aliam perſonam, præcisè, debet tranſire cum ſua qualitate, onere, hypotheca, & cauſa, cum quibus reſidebat dum eſſet in poteſtate transferentis, etenim translatio fit cum ſuo onere, qualitate, & cauſa, *l. legatum ſub conditione*, 24. *l. translatio, ff. de adim. legat. & ibid.* Bartol. & idem Bartol. *in l. ſi adimendo, ff. eod.* Paul. Caſtrenſ. *conſ.326.n.2. vol.1.* Natta *conſ. 476.n.15.* Hieron. Gabriel. *conſ.110. n.4.* Mantic. *de conject. ultim. vol.l.12.tit.3.n.3.* Nos in *d.c.17.n.52.53. & 54.* prout etiam in his terminis conſideravit in translatione penſionis Rota *in deciſ. Papien. ſuperiùs adducta ex n.20.*

41 Quod generaliter verum eſt in qualibet juris translatione & ceſſione, ut in translatarium & ceſſionarium tranſeat illudmet jus, non aliud diverſum, cum omnibus ſuis qualitatibus, & cauſa, diximus *d.cap.17. nu.52.* & tranſit cum hypotheca & fidejuſſoribus, etiamſi in ceſſione &
42 translatione expreſsè id dictum non ſit, quia per hanc translationem de una perſona ad aliam in nihilo immutatur nec alteratur jus translatum, ut per plurimos DD. ampliſſimè & rectè probat Olea *in tract. de ceſſ. jur. & act. tit.6. quæſt. 6. per tot. & numer. 5.* refert Anton. Fabrum, & alios contrarium ſectantes, contra Communem & veram reſolutionem; & quem pro quinto argumento contrariæ partis adduximus *ſupr. numer.* 13. cui per hanc veriorem reſolutionem ſit ſatis.

His igitur ſuppoſitis, quod penſio translata & 43
hypothecata per debitorem transferentem ante translationem, ſit eadem in ſubſtantia, non alia diverſa poſt translationem, ſequitur per neceſſariam conſequentiam, tranſire hypothecam in translatarium ad favorem creditoribus ſuper penſione impoſitam; certi enim juris eſt debitorem poſſe quidem rem hypothecatam alienare voluntariè, ſed tranſire hypothecatam cum ipſa re quam ſequitur ut jus reale ad quemcunque vadat, ex *jurib. vulgarib.* quando, ut dixi, res
hypothecata alienatur ex voluntate & libero conſenſu debitoris, ſecùs ſi alienet ex aliqua neceſſitate præcedente & inhærente à principio tempore adquiſitionis, prout ad longum probat ex variis juribus & communi DD. ſententia, Acoſta *de privileg. cred. in præfat. ad reg. 1. per tot.* & Nos in his terminis, ut penſio hypothe- 44
cata à penſionario nequeat cedi, remitti, nec renuntiari in præjudicium creditorum, ad longum probavimus *in iſto Labyr. par. 1. c.43. per tot.* 45
& quod translatio penſionis ſit actus merè voluntarius debitoris penſionarii, nullo jure aut neceſſitate præambula cogente, ſed ſit poſita à principio facultatis obtentæ ad transferendum, in mera & libera voluntate & poteſtate penſionarii, patet manifeſtè: quia in conceſſione gratiæ ſibi ſolum datur facultas transferendi, qua poteſt uti, 46
vel non uti, in totum vel pro parte, ad libitum 47
ſuæ voluntatis, ut probant Gigas *de penſion. quæſt. 86. ante n.1.* Flamin. Pariſ. *de reſignat. benefic. l.6. quæſt.4. num.16.* Azor. *inſtit. moral.2.par.l.8.cap. 11. quæſt. 5.* Soarez *de legib. tract. 3. l.4. c.26. num. 9.* Nic. Garc. *de benefic. par. 1. cap. 5. nu. 55.* ex vulgata juris regula, quod quidquid facultati & poteſtati alicujus relinquitur, non ſubjicitur juris neceſſitati, *regul. non quidquid, de reg. jur. in 6.* prout in terminis facultatis à Re- 48
ge obtentæ ad alienandum bona majoratus, quod ſit merè facultativa & poſita in voluntate impetrantis, ut ea poſſit uti, vel non uti, pro parte vel in totum pro ſuo arbitrio, ad longum probavimus *in hoc Labyr. par. 2. c.10. ex n.88. cum multis ſeqq.* & de alienatione à de- 49
bitore facta ex cauſa voluntaria, quod non extinguat hypothecam, probatur ex *l. bovem, §. ſi pignus, ff. de ædilit. edict. & l. debitor, ff. quib. mod. pign. vel hypoth. ſolv.* Sed aliud ſit quando ex cauſa præciſa & neceſſaria antecedente hypothecam, jus debitoris reſolvitur, vide latè per Acoſtam *de privileg. credit. ad regul. 1. ex nu. 1. & per tot.*

Ex quibus ſatisfit quinto argumento ſuperiùs 50
in contrarium deducto *numer. 12.* quo dicitur, facultatem transferendi ineſſe penſioni ab initio, & ſic in præjudicium creditoris hypothecarii validè poſſe debitorem transferre eandem in alium liberam ab hypotheca. Reſpondetur enim quod facultas transferendi penſionem nihil adſtringit, ſed relinquit translationem in mera facultate

tate & libertate debitoris penſionarii.

51 Nec obſtat text. *in c. §. rurſus ſi fidelis, quib. mod. feud. amitt. in uſib. feud.* qui revera ex diametro repugnat ſupra dictæ juridicæ & veræ concluſioni, dum probat, quod ſi debitor feudatarius imponat hypothecam ſuper feudo, & deinde refutet feudum ac voluntariè renuntiet in favorem domini, talis hypotheca antea impoſita reſolvitur. Nam huic textui reſpondent omnes citati Doctores *in d.* argumento, *num.* 12. ut procedat ex particulari & ſpeciali natura

52 feudorum ab initio eis inhærente, ut feudum reſolvatur & redeat liberum per refutationem feudatarii; ac proinde reſolvatur hypotheca ſuper ipſo impoſita, eo modo quo aliter reſolvi ſolet ex ſua natura *l. lex vectigali, ff. de pignor.* & quod ſibi debet creditor imputare ſi non perſpexerit naturam talis hypothecæ dum eam contraxit: verba plurimorum Doctorum in *d. numer.* 12. allegatorum ad literam ad hoc refert Noguerol. *allegat.* 14. *numer.* 107. & vide omnino Tiraquell. *in locis per nos relatis d. n.* 12. *ſuprà*: quæ ſpecialitas & natura rei feudalis non poteſt trahi in conſequentiam, quia foret ſubvertere totam juriſprudentiam aliàs conſtantem & veram.

53 Ex quibus omnino remanet ſatisfactum cunctis fundamentis in contrarium conſideratis ex *num.* 1. *ad nu.* 9. incluſivè, ut procedant quando res hypothecata periit in ſua forma & ſubſtantia, ſed penſio tranſlata nullam mutationem in ſe recipit, ut latè probatum reliquimus ſuprà ex *n.* 14. *cum ſeqq.*

54 Non obſtat quartum argumentum: quia licèt ſupponat jura regalia extingui, & nova creari per ſecundum emptorem, & ſic ſub reſponſione cæterorum præcedentium comprehendatur, quod in tranſlatione penſionis nulla fiat mutatio antiquæ hypothecatæ; adhuc tamen opinio Doctorum in argumento relatorum, nunquam fuit admiſſa in praxi, ſed ſemper in hoc Conſilio Regii patrimonii aſſiduè fuit contempta & reprobata: & hoc verius & ſecurius eſt, ut latiſſimè diſſerit, & contra eam validè reſolvit Acoſta *de privileg. credit. in præfat. ad reg.* 1. *ex n.* 18. *cum multis ſeqq.* ubi refert plures Doctores.

55 Reſtat reſpondere ſecundo fundamento in contrarium propoſito, *num.* 4. 5. *&* 6. de ſimilitudine penſionis ad uſumfructum, quæ veriſſima eſt, & innegabilis: & ideo quando relinquitur uſusfructus duobus ſucceſſivè uni poſt alium, in perſona ſecundi legatarii uſusfructus novus eſt, & non idem numero qui conceſſus & legatus eſt priori fructuario. Fatemur propoſitionem, ſed loquitur quando uni poſt alium ſucceſſivè legatur uſusfructus, cùm per mortem primi fructuarii extinguatur uſusfructus, præciſè ex voluntate teſtatoris alius novus creari & formari debet: in quo nulla datur uſusfructus tranſlatio, ſed poſt extinctionem prioris uſusfructus, novum alium conſtitui neceſſe eſt in ſecundo legatario ſubſtituto.

56 At verò in tranſlatione penſionis diverſum eſt; nam ipſamet numero ceditur & transfertur in tranſlatarium antequam extinguatur in transferente, & in effectu, ita reſpondit Rota penes Farinac. *dec.* 327. in contrarium adducta *ſupr. num.* 5. quæ in *n.* 14. ita ait: *Non obſtat ſimile de uſufructu, qui ſi ſit relictus hæredi, & conſtet teſtatorem de ſecundo etiam hærede ſenſiſſe, non eundem, ſed diverſum uſumfructum habebit ſecundus hæres: nam termini ſunt diverſi; in illis* 57 *enim caſibus ab initio uſusfructus debebatur duabus perſonis & per mortem extinguitur in perſona unius; ſed in hoc caſu quoad ſubſtantiam penſionis nunquam fuit extincta, cum in ipſo actu caſſationis antiquæ fuerit proceſſum per viam ſubrogationis ad illam, ut ſuprà dictum eſt, &c.* quare in uſufructu ſucceſſivè relicto duobus, per mortem primi fructuarii nihil remanſit quod poſſit transferri, quia de non ente ad ens non poteſt fieri tranſitus *l.* 2. *de uſufr. l. Seiæ, ff. de tutor. & curat. l. ejus, ff. ſi cert. pet. l. ſi Mævia, ff. de hæred. inſtit. l. ſed etſi manente ff. de precar.*

Ex quibus omnibus manifeſtè apparet, per 58 tranſlationem penſionis virtute facultatis & gratiæ Apoſtolicæ conceſſæ penſionario, non extingui primam penſionem tranſlatam, nec in tranſlatarium tranſire aliam novam & diverſam, ſed eandem numero cum prima, nihil alterato nec mutato, ſed eandem eſſe in ſubſtan. quia diverſitas ex diametro repugnaret actui ipſi tranſla- 59 tionis celebrato contra intentionem agentium & contrahentium: atque ideo cùm eadem ſit penſio ſuper qua penſionarius antea habebat impoſitam hypothecam ad favorem ſui creditoris, huic per ſupervenientem tranſlationem & renuntiationem in alium merè voluntariam & facultativam non potuit præjudicare, ſed penſio tranſire debet in tranſlatarium cum onere hypothecæ, qua erat gravata ex facto præcedente transferentis.

Quare creditor poterit liberè comparere in 60 judicio & concurſu creditorum formato per tranſlatarium, & legitimè petere gradum ſuper ipſa penſione tranſlata, cùm hypotheca ejus non fuerit per tranſlationem extincta, ex hactenus latiſſimè comprobatis.

---

## CAPUT IX.

### In mercibus prohibitis quæ per contrabannum, vel aliter incidunt in Commiſſum, an creditores quilibet delinquentis præferantur Fiſco.

#### SUMMARIUM.

1 *Quæſtio proponitur ad partes diſputanda, & Fiſcum creditoribus delinquentis præferri ratione Commiſſi, pars prior tuetur.*

2 *Mercium, quæ in Commiſſum cadunt, dominium ipſo jure amittit delinquens, & in fiſcum tranſit.*

3 *Commiſſum præſcribitur contra Fiſcum per quinquennium.*

4 *Dominus rei in concurſum deductæ præfertur cæteris creditoribus anterioribus & privilegiatis.*

5 *Bona quæ incidunt in Commiſſum ob culpam & pœnam, tranſeunt libera ab omni onere in dominum directum.*

6 *Mercium prohibitarum confiſcatio eſt ſpecialis; nec afficit reliquum delinquentis patrimonium.*

7 *Confiſcatio ex cauſa Commiſſi, fit ob delictum admiſſum, & ad publicam vindictam.*

8 *In atrocioribus delictis domus delinquentis deſtrui*

*deſtrui poteſt ob publicam vindictam, etiam in damnum creditorum hypothecariorum ipſius.*

9 *Prohibito certarum rerum commercio, etiam ipſa fabrica cenſetur prohibita ex legibus Regni.*

*Contrarium verius videtur, & probatur* n. 35. & 43. cum aliis ſeqq. ad n. 58.

10 *Lex prohibitiva adquiſitionis, impedit translationem dominii in adquirentem.*

11 *Ex actu nullo dominium non adquiritur.*

12 *Creditores delinquentis ex cauſa Commiſſi non poſſunt prætendere hypothecam in mercibus confiſcatis ob defectum dominii in debitore.*

13 *Dominium mercium confiſcatarum amittit delinquens ipſo jure, & adquiritur fiſco, & n. 14.*

15 *Pœna privationis ipſo jure inducit reſolutionem & extinctionem juris quæſiti.*

16 *Reſoluto & extincto jure debitoris, ex diſpoſitione legis, in mercibus confiſcatis, reſolvuntur hypothecæ creditorum.*

17 *Pactum contrahentium operatur privationem & extinctionem juris ipſorum.*

18 *Quod poteſt fieri per pactum, longè efficacius fit per legem.*

19 *Merces quæ incidunt in commiſſum non tranſeunt in fiſcum ex conventione contractuali, ſed ex diſpoſitione legis.*

20 *Fiſcus ſuccedit in bonis confiſcatis ex vindicta publica, non per repræſentationem & tranſmiſſionem, ſed per privationem & annihilationem perſonæ delinquentis.*

21 *Succedens in locum alterius per privationem illius, non tenetur ſatisfacere creditoribus anteceſſoris privati.*

22 *Pars poſterior quæſtionis in favorem creditorum habentium hypothecam in mercibus confiſcatis defenditur.*

23 *Dominus rei in concurſu creditorum ipſis præfertur, quando dominium proceſſit hypothecam.*

24 *Debitor non poteſt conſtituere hypothecam in re aliena.*

25 *Res ſemel legitimè à vero domino hypothecata, quovis modo poſtea alienetur, tranſit in adquirentem cum ſuo onere.*

26 *Bona emphyteutica cadentia in commiſſum redeunt ad dominum libera ex mutata rei & conditione contractus, & n. 27.*

28 *Res hypothecata ſi alienetur ex cauſa neceſſaria præcedente reſolvuntur hypothecæ ſuper ea impoſitæ.*

*Etiamſi talis neceſſitas procedat facto voluntario debitoris, n. 29.*

30 *Actus voluntarius habetur pro neceſſario, ſi habuerit originem à cauſa neceſſaria præcedente.*

31 *Creditores poſſunt impedire demolitionem domus debitoris ob enorme delictum ipſius, ex communiori DD. ſententia.*

*Limitatur* num. 32. & 33. *ſed vide* infr. numer. 89.

34 *Dominium mercium prohibitarum non adquiritur fiſco ex cauſa Commiſſi, niſi à die delicti perpetrati, &* n. 36. cum aliis ſeqq.

37 *Delinquens ante delictum admiſſum erat dominus, & privatur ſuo dominio tantùm ex quo delictum conſummavit, n. 42.*

38 *Diſpoſitio quantumvis generalis reſtringitur per adjunctum illi inhærens.*

39 *Qualitas nominis determinans verbum, limitat diſpoſitionem juxta qualitatem & tempus verbi.*

40 *Diſpoſitio univerſalis juncta alicui adjectivo, vel participio, reſtringitur ad ſignificationem illius.*

41 *Dictio,* ſtatim, *eſt ſignificativa temporis quo diſpoſitio incipit operari.*

44 *Pragmaticæ Regni imponentes pœnam confiſcationis mercium prohibitarum referuntur & declarantur, &* n. 45. cum ſeqq. uſque ad num. 58.

49 *Quando lex prohibet aliquid ſub certa qualitate, & modo, ultra qualitatem vel modum non extenditur: & n. 50.*

51 *Pragmatica prohibens commercium certarum rerum ſub pœna, non dicitur prohibere abſolutè, neque annullat contractum, ſed tantum pœnam repoſcit ab inobedientibus: & n. 52. & 53.*

54 *Prohibitio alienationis à teſtatore facta non impedit translationem dominii, ſi pœna fuerit impoſita alienanti.*

55 *Pœna Commiſſi ſolùm incurritur propter introductionem mercium prohibitarum, non verò propter negotiationem & commercium, & n. 56. & 57.*

58 *Quodlibet Commiſſum ſeu contrabannum, eſt crimen: & criminaliter judicari ac puniri poteſt, & n. 59.*

60 *Creditores delinquentis etiam chirographarii præferuntur fiſco exigenti pœnam delicti: & num. 62.*

*Quæ concluſio magnopere controvertitur, & referuntur variæ ſuper ea Doctorum ſententiæ, & diſtinctiones, à n. 61.* cum multis ſeqq.

*Prima diſtinctio in hac materia fit inter creditores perſonales, & hypothecarios, n. 63. & 64.*

64 *Confiſcatio æquiparatur alienationi. Altera diſtinctio, ut pro rebus quæ cadunt in Commiſſum fiſcus præferatur creditoribus, ſecùs in aliis pœnis, n. 65.*

*Tertia diſtinctio ut ſi debitor delinquens alia bona habeat, fiſcus præferatur in mercibus confiſcatis, aliàs non, n. 66.*

*Quarta diſtinctio, ſi emens merces prohibitas habuerit animum illas introducendi, & revera introduxerit, ut tunc præferatur fiſcus; ſecus ſi non probetur ille animus, n. 67.*

*Quinta diſtinctio inter Commiſſum propter contrabannum, vel ob non factam profeſſionem ſeu manifeſtationem mercium non prohibitarum: à n. 68. uſque ad 71.*

*Authoris ſententia circa hanc diſtinctionem, n. 72. & 73.*

72 *Fiſcum ſemper præferri creditoribus, in mercibus quæ in commiſſum inciderunt quoquo modo, reſolvit Author ex pluribus fundamentis.*

75 *Commiſſi pœna inducit reſolutionem juris delinquentis in mercibus, & adquiſitionem earundem fiſco.*

76 *Dominium rei hypothecatæ tranſit in Tertium cum ſuo onere.*

77 *Reſoluto jure dantis, reſolvitur jus accipientis; & reſoluto jure debitoris in mercibus quæ inciderunt in Commiſſum, reſolvuntur hypothecæ creditorum: & n. 94. 97. & 102.*

78 *Delinquens in atrocioribus privatur ipſo jure dominio & adminiſtratione rerum ſuarum, à tempore delicti.*

79 *De-*

79 *Delictum licèt importet pœnam amiſſionis bonorum ipſo jure, non tamen extinguit hypothecam anteriorem, nec jura creditorum.*

80 *Diſtinguendum eſt inter confiſcationem univerſalem bonorum, & ſpecialem mercium ex cauſa Commiſſi.*

81 *Fiſcus occupans omnia delinquentis tanquam hæres, vel ſucceſſor univerſalis, tenetur ſatisfacere omnibus creditoribus delinquentis ex bonis confiſcatis, in ſolidum.*

82 *Confiſcatio partis quotitativæ bonorum delinquentis non obligat Fiſcum erga creditores ipſius delinquentis in ſolidum, ſed tantùm pro rata rerum portione confiſcata.*

83 *Confiſcatio rei particularis, ſeu mercium ex cauſa Commiſſi non obligat Fiſcum erga creditores delinquentis, &* n. 88.

84 *Bona non dicuntur niſi deducto ære alieno: & ideo bonis omnibus confiſcatis, vel etiam parte quotitativa, obligatur fiſcus creditoribus delinquentis, ſecus in confiſcatione ſpeciali ex cauſa Commiſſi, &* n. 88.

85 *Si inter hæredem ſcriptum, & legitimum, dividatur hæreditas ex titulo tranſactionis, per Quotas, uterque convenitur à creditoribus hæreditariis, ſecus ſi dimiſſis quibuſdam rebus ſpecialibus uni, relinquatur hæreditas alteri, tunc enim ſolus ſucceſſor univerſalis conveniendus eſt, &* n. 86.

87 *Fiſcus tanquam hæres vel ſucceſſor univerſalis delinquentis, tenetur ſtare locationi, ſicut tenebatur delinquens.*

89 L. quinque legibus 3. ff. de bonis damnat. *adducitur & exornatur remiſſivè.*

90 *In confiſcatione mercium ex cauſa Commiſſi, non attenditur diſtinctio de alienatione voluntaria, vel neceſſaria, pro conſervanda creditorum hypotheca.*

91 *Caſus Commiſſi, non eſt alienatio, ſed privatio & amiſſio rerum à lege inducta, non attenta voluntate debitoris delinquentis, &* n. 92.

93 *Non valet argumentum à voluntaria alienatione rei hypothecatæ ad caſum Commiſſi.*

95 *Paria ſunt actum fieri ex neceſſitate proveniente ab origine, vel ex diſpoſitione & coactione legis.*

96 *Hypotheca ſuper fructibus beneficii impoſita perit, ſi debitor privetur beneficio.*

97 *Hypotheca ſuper uſufructu bonorum adventitiorum filii ſpectante ad patrem extinguitur, ſi pater ob dilapidationem privetur jure ſuo.*

*Hypotheca creditorum donatarii perit, ſi ob ejus ingratitudinem revocetur donatio.* ibid.

98 *Hypotheca extinguitur, ſi domus, vel navis, ſuper qua fuit impoſita, perierit, licet ex eiſdem tignis reficiatur.*

99 *Variis modis poteſt contingere amiſſio rei hypothecatæ, & hypothecæ.*

100 *Servus hypothecatus delinquens poteſt damnari ad mortem, non attento jure domini, nec creditorum, &* n. 101.

103 *Fiſcus efficitur dominus pleno jure, & ſine onere mercium confiſcatarum ex cauſa Commiſſi.*

104 *Ubi concurrit neceſſitas & rigor legis, non attenditur Tertii præjudicium, veluti in mercibus, vel mobilibus quæ ob metum peſtis comburuntur.*

105 *Princeps poteſt auferre agrum, vel domum vaſſallo invito ad publicam utilitatem, data compenſatione.*

106 *Ob publicorum ædificiorum conſtructionem privata dirui poſſunt.*

107 *Magiſtratus pro decore civitatis poteſt domum privati deſtrui jubere.*

*Idem pro ædificanda, vel extendenda Eccleſia.* n. 108.

109 *In prædictis, & ſimilibus caſibus, extincto & reſoluto dominio debitoris, hypothecæ creditorum amittuntur.*

110 *Si bona majoratus vel fideicommiſſi alienentur in caſibus permiſſis, juris authoritate interveniente, non attenditur jus ſucceſſorum.*

111 *In alienationibus quæ fiunt ex vi coactiva legis, non attenditur voluntas domini, &* n. 112.

113 *Quando lex, vel ſtatutum diſponit ſuper actu ſibi licito, non attenditur præjudicium quod in conſequentiam accidere poteſt.*

114 *Alienatione prohibita, intelligitur ea quæ fit ab homine ſine neceſſitate, non quæ à lege inducitur.*

*Idem de obligatione prohibita deciditur.* n. 115.

116 *Alienatio quæ à lege inducitur non requirit ſolemnitates juris, quæ aliàs adhibendæ ſunt tam reſpectu minorum quàm mulierum, &* n. 117. *&* 120.

118 *Donatio inducta à lege non requirit acceptationem donatarii.*

119 *Alienatio ex cauſa neceſſaria à lege inducta; non continetur ſub prohibitione alienationis.*

121 *Actus factus ex juris neceſſitate & compulſione, non comprehenditur ſub lege prohibente actum fieri.*

122 *Maximè ſi talis juris compulſio proveniat ex delicto, vel quaſi.*

QUæſtio hæc plurimis doctiſſimis Viris meritò viſa fuit difficilis, aliis aliter atque aliter ſentientibus: eandem nos ad partes diſceptabimus: & pro Fiſco, ut in concurſu creditorum Fiſcus omnibus quibuslibet quantumvis anterioribus & privilegiatis præferatur in mercibus prohibitis introduci in hæc Regna Hiſpaniæ, quæ per contrabannum, vel etiam quæ ob defectum profeſſionis cadunt in commiſſum, variis mediis probatur. 1

Primò, quia omnium mercium prohibitarum, 2
quæ in commiſſum incidunt, dominium ſtatim & ipſo jure amittit delinquens, & in Fiſcum transfertur: jura ſunt expreſſa in *l. Commiſſa vectigalium nomine etiam ad hæredem tranſmittuntur: nam quod commiſſum eſt, ſtatim deſinit eſſe ejus qui crimen commiſit, dominiumque rei vectigalis acquiritur: ea propter commiſſ. perſequutio, ſicut adverſus quemlibet poſſeſſorem ſic & adverſus hæredem competit, ff. de public. vectig. & commiſſ.* l. cotem ferro, §. dominus, ibi, *Dominus navis, ſi illicitè aliquid in navem vel ipſe, vel vectores, vel conductores impoſuerint, navis quoque fiſco vendicatur*, & in verſ. fin. ibi, *illicitarum mercium perſecutio hæredem quoque afficit.* & in §. *Eandem rem, quæ commiſſo vendicanda eſt, dominus emere non prohibetur, vel per ſe, vel per alios quibus mandaverit:* ſed vindicatio rei, non niſi domino datur, *L. 1. §. fin. & tot. tit. ff. & Cod. de rei vind. l. in rem actio ff. eod.* & quod ipſo jure per commiſſum amittatur dominium probant, *lex 1. C. de vectig. & commiſſ. lex 5. tit. 7. p. 5. lex 26. & 27. tit. 18. l. 6. recopil.* Curia Philippica *l. 3. tit. de commercio naval. cap. 10.* Penna *de Commiſſo, n. 16.* & ex Gregor. Lopez *in l. 4. tit. 2. part. 7. verb. el ſeñorio*, ex Gerardo, *ſingulari*

853. probat Bobadill. *in politica, tom.* 2. *l.* 4. *c.* 5. *ſub n.* 30. Cyriac. *controverſ. tom.* 2. *c.* 370. *ex n.* 60. *cum ſeqq. & n.* 65. *uſque ad fin.* ubi latiſſimè poſt
3 plurimos DD. per quinquennium præſcribi Commiſſum, etiam fiſco ignorante, & licèt commiſſum fuerit occultum, quod latè proſequitur uſque ad *num.* 74. ſed an hoc ultimum verum ſit, altiùs ſuo loco examinabimus *infrà*, Farinac. *in practic. crimin. tit. de furt. quæſt.* 172. *n.* 2. Roſental. *de feud. cap.* 5. *concluſ.* 36. Sixtin. *de Regalib. l.* 1. *c.* 6. *num.* 97. Barboſ. *in d. l.* 1. *Cod. de vectigal. n.* 7.

4 Sed dominus rei in concurſum deductæ tanquam creditor dominii præfertur omnibus & quibuslibet creditoribus, quantumvis anterioribus & privilegiatis, prout per plura jura & Doctores diximus *in part.* 1. *cap.* 8. *à n.* 38. *cum ſeqq. & c.* 11. *ex n.* 106. & innumerabiles penè Doctores congeſſimus *par.* 2. *cap.* 24. *ex n.* 13.

Ergo fiſcus in quem dominium mercium, quæ in commiſſum ceciderunt, fuit ſtatim & ipſo jure translatum, debet cunctis aliis delinquentis creditoribus anteferri, quia res ſuas in ſpecie vendicat; & ei tradendæ ſunt.

5 Secundò pro hac parte fortiter urget quod bona quæ incidunt in commiſſum ob culpam & pœnam, in tantum libera tranſeunt in dominum, ut hypothecæ antea ſuper eis impoſitæ diſſolvantur & extinguantur ſtatim ipſo jure, ita ut creditores hypothecarii nullum jus habere poſſint contra eum in quem prædicta bona per Commiſſum fuerunt translata: text. eſt expreſſus in *l. lex vectigali* 31. *ff. de pignoribus*, text. *in capit.* 1. *§. rurſus, titul. quibus mod. feud. amitt.* & probant quamplures Doctores adducti à Tiraquell. *de retract. convent.* §. 3. *gloſ.* 1. *num.* 13. Mantic. *de contractib. l.* 11. *titul.* 31. *num.* 71. *&* 72. Corbul. *de jure emphyt. titul. de cauſ. privat. ob canon. non ſolut. ampliat.* 34. Oſaſc. *deciſion.* 136. *num.* 9. Seraphin. *deciſion.* 798. *num.* 2. 3. *&* 4. *& deciſion.* 1290. *num.* 13. & ex aliis Merlin. *de pignoribus, l.* 5. *quæſt.* 14. *ex num.* 8. *cum ſeqq. & à num.* 1. Cyriac. *controv.* 55. *num.* 37. *tom.* 1. & præter hos Doctores, alios quamplurimos congeſſimus *in hoc Labyr.* 3. *part. cap.* 3. *ex n.* 17. *cum ſeqq.* qui loquuntur in bonis emphyteuticariis & feudalibus incidentibus in commiſſum ob culpam poſſeſſoris, & ad dominum revertuntur, extinctis hypothecis antea ſuper eiſdem impoſitis per poſſeſſorem, ita ut libera in dominum tranſeant & devolvantur: ergo eodem modo extingui debent hypothecæ ſuper bonis antea per dominum impoſitæ, poſtquam per Commiſſum, jus & dominium amiſit, & in fiſcum fuit ipſo jure liberum translatum & devolutum; & per conſequens creditores hypothecarii anteriores adverſus fiſcum nullum jus in ipſis mercibus prohibitis, commiſſis, prætendere debent, quia quod in illis habebant, fuit per commiſſum debitoris principalis extinctum ac reſolutum, à quo jus creditorum derivatur & dependet.

6 Tertiò comprobatur, quoniam hæc mercium prohibitarum confiſcatio non eſt univerſalis omnium bonorum, nec quotæ eorum, putà tertiæ, vel dimidiæ partis univerſi patrimonii delinquentis, ſed duntaxat certæ rei, vel rerum ſpecialium quæ fiſco prorſus applicandæ ſunt, abſque contradictione creditorum delinquentis, quorum credita ex eis bonis deducenda non ſunt, ſed ex aliis penes debitorem ſuum remanentibus: text. eſt in *l. ſi marito* 32. *ff. ſolut. matrimon.* cujus verba ſunt: *ſi marito publico judicio damnato, pars aliqua bonorum ejus publicetur, fiſcus creditoribus ejus ſatisfacere neceſſe habet, inter quos uxor quoque erit*: ubi Gloſſa celebris, *verb. aliqua, exponit de tertia parte, vel* de aliqua quota univerſali, ſecùs de re particulari, ex *l.* 2. *Cod. ad leg. Jul. de vi publ.* ibi, *Tutoris tui lege Julia de vi privata damnati, ſi tertia pars fiſco vindicata eſt; tutelæ actionem pro ea portione adverſus fiſcum dirige, ſi nullo modo præſcriptio locum habeat, nam ſucceſſio pro oneribus portionis ſuæ reſpondet*; ubi Gloſſa *verb. tertia pars*: & de hac diſtinctione eſt text. in *l. ſi debitor, Cod. de ſentent. paſſ.* ibi: *ſi debitor pœnam ſententiæ paſſus eſt, quam bonorum ademptio ſequuta eſt, quamvis poſtea Civitati Romanæ reſtitutus, non totam ſubſtantiam, ſed aliquid ex indulgentia Principis ut haberet impetravit, æris tamen alieni ex præcedente tempore pœna liberatus eſt*: *ſi verò partem bonorum accepit, pro rata portione ejus tenetur*: ubi bona Gloſſa videnda, *verb. aliquid*, explicat, *ſingulare, ut prædium*: & in gloſſ. *verb. partem*, exponit, *id eſt, quotam*: ſic ergo refert, quotam partem, vel ſingularem rem habeat, ut *hic*, *ff. ad Trebell. ſi legatus*, §. *multum, & Inſtitut. de fideicom. hæred.* §. *ſi quis una* &c. igitur creditores ad merces in commiſſum incidentes, & ad fiſci dominium applicatas, cùm ſint res ſpeciales & ſingulares, creditores debitoris condemnati nullum poſſunt habere jus.

Quartò invincibiliter probatum videtur fiſci jus in prælatione bonorum quæ in commiſſum incidunt; nam hæc confiſcatio fit ob delictum admiſſum, & ad publicam vindictam, & in Reipublicæ favorem, ne ex commercio & introductione mercium è Regnis & provinciis inimicis Coronæ, extrahantur pecuniæ, ex quibus vires creſcunt inimicorum in detrimentum & deſtructionem Coronæ: ut benè & accuratè ponderat noviſſimè Salcedo *in opuſculo de Contrabanno, cap.* 3. *& cap.* 4. *per tot.* & ideo pro pœna tanti delicti, mercis introductæ dominium fiſco applicatur: quo caſu creditores ad eam jus habere non poſſunt, nec impediendi confiſcationem; prout in ſimili videmus in domo, vel fundo delinquentis, quæ propter ejus enorme delictum debent deſtrui & devaſtari, eamque deſtructionem & devaſtationem non poſſunt impedire creditores hypothecarii, ſed eis invitis & non ſatisfactis, vindicta publica exequitur ſententiam in præjudicium omnium creditorum quantumvis privilegiatorum, ut uxoris, & ſimilium; prout in praxi obſervari teſtatur Jul. Clarus *in praxi crimin. quæſt.* 82. *n.* 4. cujus praxis rationem reddit Farinac. *in prax. crim. tit. de crimin. læſ. majeſt. quæſt.* 116. *num.* 36. *&* 37. quæ doctrina probabilior redditur ex traditis inferiùs, *num.* 89. Igitur ex identitate rationis idem dicendum erit in mercibus ob vindictam publicam incidentibus in commiſſum & fiſco applicatis, ut prorſus creditores anteriores excludantur, & fiſci jus attendatur & prævaleat. 7 8

Quintò hæc pars manifeſtè probatur, nam per leges patrias loquentes de contrabanno, 9
com-

commercium rerum omnium, fructuum, & mercium, quæ ex provinciis extraneis inimicis huic Coronæ extrahuntur, ita prohibitum eſt, ut etiam in ipſa origine & fabrica facta in prædictis locis inimicis, prohibitio operetur: ex qua prohibitione inevitabiliter infertur, quod creditores introducentis has merces prohibitas in hæc regna jus in illis habere non poſſunt, quia introducens debitor nullum ab origine dominium adquiſivit in eiſdem, eo quod lex pro-
10 hibitiva reſiſtat initio adquiſitionis & impediat translationem dominii in debitorem contravenientem legi, etſi actum ipſum & contractum ſpecificè non annullet, *l. non dubium*, ibi, *licèt Legiſlator fieri prohibuerit tantum, nec ſpecialiter dixerit, inutile eſſe debere quod factum eſt*, &c. *Cod. de legib.* ut ex Alex. Trentacinquio, Farinac. D. Joan. Vela, Caſtillo & aliis diximus *in hoc Labyrinth. part. 1. cap. fin. nu. 79.* plures alios noviſſimè in his terminis allegat Salced. *de contraban. cap. 29. num. 10. & ſequentibus.*

11 Nam ex actu nullo & prohibito non adquiritur dominium, ad quod plurimos DD. adducit Giurba *dec. 24. n. 6. & 7. per l. filius, §. divi, ff. de legat. 1. l. peto, §. fratre. l. cum pater, §. libertis, ff. de legat. 2. l. lex quæ tutores, Cod. de adminiſtr. tutor. l. 1. §. ſi vir uxori, ff. de adquir. poſſeſſ.*

12 Ergo creditores delinquentis nullam hypothecam adquiſierunt, nec habere poſſunt in his mercibus ſic prohibitis, quia nunquam fuerunt in dominio debitoris, quod præciſè requiritur ut hypotheca ſubſiſtere poſſit: innumerabilia jura & Doctores congeſſimus *in hoc Labyrint. 2. part. cap. 9. ex num. 73. cum ſeq.* quem locum & alios Doctores adduxit Salcedo, *d. cap. 29. ex num. 17. cum ſeqq.* ubi hoc fundamentum in favorem fiſci contra creditores debitoris introducentis merces, & alia id genus prohibita & contrabannum, ſatis extollit & exornat.

Nam cùm dominium mercium non fuerit quæſitum debitori, in eas non cadit hypotheca, quia requiritur dominii translatio in debitorem ad effectum ut hypotheca ſubintrare poſſit & locum habere, *l. 1. ff. de pignoribus*, Celſus Hugo *conſil. 22. n. 30.* Pancirol. *conſil. 118. n. 17.* Menoch. *conſ. 361. n. 41.* Oddus *conſil. 100. n. 45.* Gratus *conſil. 40. n. 32. l. 2.* Vincent. de Franch. *deciſ. 506.* Marta *voto 43.* Cyriac. *lib. 2. controverſ. 425. n. 65.* Merlin. *de pignoribus l. 4. quæſt. 41. n. 69. & l. 1. titul. 3. quæſt. 13. num. 1. & 4.* Sextum & perpulchrum fundamentum in favorem fiſci, & excluſionem creditorum deducitur ex nova ponderatione legum tam juris communis, quàm Regni, in quibus duæ diſpoſitiones reperiuntur in materia Commiſſi. Prima
13 eſt, extinctio juris delinquentis quo privatur ipſo jure; ſecunda applicatio & adjudicatio dominii fiſco ex legis diſpoſitione, *d. l. commiſſa 8. ff. de public. & vectig.* ibi: *nam quod commiſſum eſt, ſtatim deſinit ejus eſſe, qui crimen commiſit, dominiumque rei vectigalis acquiritur*, ſcilicet fiſco: text. *in cap. cum ſecundum leges civiles*, ibi: *aut etiam illicitas ſpecies tranſvehens, aut rerum vectarum profeſſionem omittens, earumdem ſpecierum & rerum proprietate, hoc ipſo, privetur; & fiſco rerum & ſpecierum dictarum proprietas acquiratur: de hæreticis lib. 6. leg.* 1. tit. 18. *de las coſas prohibitas ſacar del reyno, y meter en el* &c. lib. 6. recopil. ibi, *que aya perdido, y pierda* &c. & l. 26. ibi, *que pierdan todos ſus bienes*: & inferiùs, *que por el miſmo hecho ajan perdido y pierdan todos ſus bienes, y que ſean confiſcados y applicados para la nueſtra Camara y fiſco*: & ex legibus de contrabanno, quas accuratè cumulavit Salced. *in tract. de contrabanno*, & ex *ſchedula 25. Junii an. 1635.* quam ad litteram adducit *fol. 17.* ibi *loqual declaro deſde luego por perdido, y mando que ſu valor* &c.

Quæ omnia & ſingula verba, ac dictiones, 14
quibus utuntur præfata jura, inducunt privationem & extinctionem juris ipſo facto & ipſo jure, quia ſtatim operantur eo quod ſint latæ ſententiæ: ut de verbo, *amittit*, copioſè Tiraq. per plura jura, *in l. ſi unquam, verb. revertatur, ex num. 151.* & de verbo, *perdat*, quod ejuſdem eſt omnino ſignificationis, maximè ſi verba illa jungantur cum dictionibus, *ſtatim*, *mox*, *ipſo facto*, vel *ipſo jure*, *ex num. 155.* & de verbo, *privatus*, vel *privetur*, idem probat copioſè ipſe Tiraquell. ubi proximè, *ex num. 176. cum ſeqq.*

Et pœna privationis ipſo jure, inducit reſo- 15
lutionem tituli, & extinctionem juris adquiſiti, ex doctrina Baldi *in l. 2. addit. q. 3.* per text. ibi, *Cod. de jur. emphyt.* & ibi Salycet. *col. 3. verſ. & hic clarius*: quos & alios allegat Felin. *in cap. Rodulphus, de reſcript.* maximè quando pœna privationis ipſo jure provenit à juris diſpoſitione, quia tunc efficaciter operatur tituli reſolutionem & juris: ut dicunt præfati Doctores, Jaſon in *d. l. 2. & l. final. col. 32.* ubi Salycet. *col. penult. verſ. non obſtat*, Panormitan. *in cap. ſi diligenti, col. 7. verſ. in gloſ. verbo, perdant. de for. compet.* Cardinal. Alexand. *in §. callidis, col. 2. ad fin. tit. de prohib. feud. alien. per Federic.* Ludov. Bologn. & alii apud Tiraquel. *in d. l. ſi unquam, verb. revertatur, n. 56. & 57.*

Si enim delinquens privatur ſuo jure in re- 16
bus quæ incidunt in commiſſum per contrabannum, vel alio modo, atque ita jus debitoris & titulus adquiſitionis reſolvitur & extinguitur ipſo jure & facto ex diſpoſitione legis, eodem modo debet reſolvi jus hypothecæ in illis mercibus conſtitutæ; quia reſoluto jure dantis, reſolvitur jus accipientis ſive creditoris hypothecarii, juxta text. *in d. l. lex vectigali lege, ff. de pignorib. & in cap. 1. §. rurſus, quib. mod. feud. amitt.* & communis DD. ſuperiùs adducta *n. 5.* & pro hac conſideratione videndi ſunt quamplurimi Doctores in iſtis terminis loquentes *infrà, n. 87. cum ſeqq.*

Nec obſtat quod in illis juribus privationem & 17
extinctionem juris operatur pactum contrahentium ſic determinans, quod hic deficit. Hoc quidem verum eſt: ſed longè fortiùs operatur juris diſpoſitio inductiva privationis & extinctionis juris ipſo facto: quia quod poteſt fieri 18
per pactum, poteſt & longè efficaciùs per legem: *L. 1. ſi §. conveniat, ff. depoſiti: l. fin. Cod. de reb. alien. non alienand. l. contractus, ff. de regul. jur. cap. contractus, eod. tit. in 6. l. impoſſibile, ff. de pact. l. fin.* ubi Bartol. & Bald. *Cod. de fidejuſſor.* Gloſ. *in c. 2. verb. Officiali, in fin. de conſuetud. lib. 6.* Tuſch. *lit. A. concluſ. 510. n. 18.* quapropter per præambulam juris privationem & extinctionem, res tranſit libera abſque nexu hypothecæ in dominium fiſci.

19 Roboratur diſcurſus iſte, quoniam merces quæ ceciderunt in commiſſum, non tranſeunt in fiſcum per ceſſionem, venditionem, donationem, vel per alium contractum initum inter dominum mercium, & fiſcum; ſed in fiſcum tranſeunt ex juris diſpoſitione abſque conſenſu & voluntate debitoris, ideirco qui ſuccedit non per tranſmiſſionem, ſed per privationem præambulam, ad nullum factum debitoris privati tenetur; quia ſuccedit ex proprio jure non ex jure privati jam extincto: *l. Gallus* 29. *§. & quid ſi tantum ff. de liber. & poſthum. l.* 2. cum ſimilib. *ff. de liber. præter.* latè Robles *de repræſentat. lib.* 2. *cap.* 16. *n.* 106. *&* 107. *& ex n.* 98. *& n.* 100.

20 Et in terminis, quod fiſcus ſuccedat in bonis delinquentis confiſcatis ex vindicta publica, non per repræſentationem & tranſmiſſionem, ſed per privationem & annihilationem perſonæ, probat *l. ſi conſtante*, §. *fin.* ubi Bald. & alii, *ff. ſolut. matrim.* & notabiliter Platea in *l.* 1. *poſt princip. Cod. de bonis vacantib.* & ex aliis Fontanel. *de pact. nuptial. clauſ.* 5. *glo.* 4. *ex n.* 63. *cum ſeqq. tom.* 2. Acoſta *de privileg. credit. regula* 2. *ampliat.* 7. *num.* 200.

21 Adſtruitur hoc fundamentum ex abundè deductis *in hoc Labyrin.* 2. *par. cap.* 25. *ex n.* 9. *& ſeqq. & ex num.* 29. ubi probatur quod ſuccedens in locum alterius per privationem illius, non tenetur ſatisfacere creditoribus anteceſſoris privati, quia venit alio jure ex propria perſona & legis diſpoſitione. Hanc rationem, quæ prorſus evincit totam difficultatem hujus quæſtionis, adduxerunt, & etiam in his terminis conſiderarunt ad hanc extinctionem hypothecæ multi Doctores antiqui, & moderni, cumulati inferiùs *num.* 87. & hoc quintum fundamentum exactiſſimè illuſtratur infra, ex *num.* 75. *cum multis ſequentib. uſque ad fin. hujus capitis.* Ergo nec fiſcus ſuccedens debitori in mercibus per commiſſum ſibi quæſitis & applicatis, tenebitur creditoribus delinquentis.

22 His tamen fundamentis (quæ urgentiſſima ſunt) non obſtantibus, alia plura pro parte creditorum habentium hypothecam in mercibus incidentibus in commiſſum, ſive per contrabannum, ſive quovis alio modo, ut fiſco præferri debeant, fortiſſima urgent per omnimodam contrapoſitionem.

23 Primum erit, quod licèt veriſſimum ſit, quod dominus rei, ſit primus creditor, & pro ea conſequenda, & extrahenda à concurſu, omnibus quibuſcumque præferatur, ſicuti per jura & Doctores firmavimus *in primo fundamento contrariæ partis*, *ex n.* 2. Id tamen intelligi debet quando dominium præceſſit hypothecam, quam
24 non potuit debitor conſtituere in re aliena, ex juribus & Doctoribus in *hoc Labyrintho* cumulatis *par.* 2. *c.* 9. *num.* 73. *cum multis ſeqq.* At ve-
25 rò quando debitor dominus rei verus res ſuas hypothecæ ſubjecit, quantumcumque res ipſas alienaverit, earumque dominium poſtea in alium Tertium transferit, ſemper res illæ tranſeunt in novum dominium cum ſua cauſa & onere hypothecæ antea impoſitæ; quia hypotheca non impedit alienationem nec dominii tranſlationem, *l. ſi debitor rem tibi jure pignoris obligatam, te non conſentiente diſtraxit, dominium, cum ſua cauſa tranſtulit ad emptorem.* 12. *Cod. de diſtract. pign. l. ſi convenerit* 18. *§. ſi fundus pignoratus venierit, manere cauſam pignoris conſtituit, quia cum ſua cauſa fundus tranſiit, ff. de pign. act. traditio, ff. de adquir. rer. dom. l. res pignori, hypothecavè jure creditoribus obnoxias citra conſenſum eorum, debitores alienantes præcedentem non diſſolvunt obligationem, Cod. de remiſſ. pignor.* cum pluribus aliis: Sed in noſtro caſu agimus de fiſco, cui per Commiſſum & contrabannum fuit adquiſitum mercium dominium poſt contractam in eis hypothecam, à debitore vero domino: Ergo creditores fiſco præferendi ſunt. Ex quo ſatisfit primo argumento, de quo *ſupra. n.* 2. *& ſeqq.*

Secundò comprobatur, quia bona emphyteu- 26
tica quando cadunt in commiſſum, licet hypothecæ impoſitæ ſuper illis per emphyteutam reſolvantur & bona ad dominum devolvantur libera, & abſque nexu oneris & hypothecæ; ut probatur in ſecundo argumento, *ſupra num.* 5.
Id procedit ex natura rei, & ex conditione con- 27
tractus appoſita tempore quo debitor eandem rem & bona in feudum vel emphyteuſim recepit à domino; & ideo alienatio & devolutio poſtea contingens, fit ex cauſa neceſſaria præambula, obligationem & hypothecam præcedente, quapropter operatur extinctionem illius hypothecæ interim impoſitæ: textus eſt expreſſus in *d. l. lex vectigali* 31. *ff. de pignorib.* & omnes DD. *in eo-*
*dem* 2. *argumento* relati: nam quando res hypo- 28
thecata alienatur ex cauſa neceſſaria & præambula, reſolvuntur hypothecæ ſuper ea impoſitæ: ad quod plura jura & innumerabiles penè Doctores congeſſimus in 2. *part. cap.* 13. *ex num.* 11. *cum ſeqq.* Ergo cùm alienatio & extinctio dominii debitoris in illis mercibus, non procedat
ex cauſa antecedente jus hypothecæ, quantum- 29
cunque involuntaria: ut optimè poſt plures conſiderat Petrus Surd. *in deciſ.* 286. *ex num.* 10. *cum ſequentibus*, loquens in feudatario & emphyteuta privatis ob culpam & delictum feloniæ, vel ob non ſolutum canonem, ut hypothecæ extinguantur, dicens quod licet non ſolvere penſionem habeatur pro facto voluntario; illud tamen non eſt directè ordinatum ad alienandum, ideoque etſi pendeat à voluntate debitoris, habetur pro neceſſario neceſſitate antecedenti, & ſi reſolvitur omne pignus: plures allegat videndus omnino ex *d. num.* 10. *uſque ad num.* 14. & poſt Surd. & Anton. Fabrum, idem tenet Fontanel. *de pact. dotal. tom.* 2. *clauſ.* 7. *gloſ.* 2. *ex n.* 69. *& ſeqq. par.* 9. quia ſufficit quod actus
voluntarius habeat originem à cauſa neceſſaria 30
præcedente hypothecam, ut judicetur neceſſarius ad extinctionem hypothecæ interim contractæ, quia ab initio inerat in contractu acquiſitionis debitoris: ut optimè Amat. *conſ.* 10. *per tot.* Guid. Pap. *deciſ.* 575. Jacob. *de feud. verb. qui quidem inveſtit. n.* 62. *verſ. ad argumentum*: Bertrand. *conſ.* 3. *n.* 28. *vol.* 3. Fabius de Anna *conſ.* 81. *lib.* 1. Hodierna ad Surd. *deciſ.* 160. *n.* 4. At verò ſi alienatio & amiſſio dominii ſubſequatur ex cauſa nova contingente poſt hypothecam contractam, ob introductionem mercium prohibitarum in hoc regno, debet durare hypotheca creditorum præcedens, ipſique præferendi ſunt virtute ejuſdem hypothecæ fiſco, in mercibus in commiſſum incidentibus.

Tertiò hæc pars pro creditoribus fulcitur ex contrapoſitione illius ſimilis, de quo pro contraria opinione, *ſupr. n.* 7. & 8. ut creditores poſſint 31
impedire demolitionem domus debitoris ob deli-

ctum

ctum enorme ipſius; prout ex communiori &
magis rationabili Doctorum opinione reſolvunt
Gandinus *in tit. de bonis maleficor. n. 3.* Alberic.
*de ſtatutis, par. 3. quæſt. 7.* Auguſtin. ad Angel. *in
tract. de malefic. in verb. ejus bona, n. 10.* Decian. *in
tract. crimin. lib. 7. cap. 40. n. 36. verſ. uxor tamen*:
ubi ſcribit in caſu læſæ majeſtatis: Farinac. *in prax.
crimin. quæſt. 116. n. 35. 36. & 37.* Gratian. *diſcept.
forenſ. 216. num. 35. 36. cum ſeqq. & n. 73.* Mer-
lin. *de pignor. lib. 2. cap. 75. per tot.* ubi ex *n. 3.*
32 poſt Farinac. & Gratian. limitat, niſi alia adſint
bona debitoris delinquentis, ex quibus poſſit ſa-
tisfieri creditoribus; vel niſi fiſcus vellet ſatiſ-
facere ipſis creditoribus pro juſta domus diruen-
33 dæ æſtimatione: ex quibus reſpondetur quarto
argumento, de quo *ſuprà d. n. 7. & 8.* vide ta-
men *infr. n. 89.*
34 Quartò, quia jus & dominium acquiſitum fiſ-
co in mercibus quoquo modo incidentibus in
commiſſum, etiam per contrabannum, nullo mo-
do fiſco defertur niſi à tempore delicti & introdu-
ctionis mercium prohibitarum in portus horum
regnorum, & ab eo tempore operatur & non
antea; ideo poteſt comprehendere hypothecas
antecedentes, ut firmavimus ex *n. 23. ſupr.* quia
privatio & extinctio juris debitoris non provenit
ex cauſa antecedente, ſed ex nova & ſubſequen-
te, proveniente ex Commiſſo. Nec eſt verum
quod ex Salcedo dictum eſt, in quinto funda-
mento contrariæ partis ex *n. 9. cum ſeqq.* pro-
hibitionem mercium ex noſtris legibus loquenti-
35 bus de Contrabanno, comprehendere originem
& fabricam mercium & fructuum, dum adhuc exi-
ſtunt in regnis & provinciis inimicis, & ideo per
prohibitionem hujuſmodi nullum dominium ea-
rum mercium fuiſſe translatum in debitorem; quo
deficiente hypotheca creditorum non potuit im-
primi in eiſdem, nec eas efficere: quæ propoſitio
prorſus improbabilis eſt, & nullo juris tam civi-
lis, quàm Regni, colore veſtiri poteſt.
36 Singulas igitur hujus fundamenti particulas ac-
curatè & invincibiliter probavimus: de jure enim
communi res eſt clara, ut dominium fiſci non ad-
quiratur niſi poſt commiſſum, ex textu capitali in
hac materia in *l. commiſſa ff. de publican. & vectig.*
in illis verbis, *nam quod commiſſum eſt, ſtatim de-
ſinit ejus eſſe qui crimen committit dominiumque rei
vectigalis fiſco adquiritur*: ex quibus verbis mani-
feſtè probatur quod ante introductionem merciū,
ſive ante delictum erat dominus, tum quia ſtatim
ex tunc dominium ejus eſſe deſinit, & eo privatur,
quo non privaretur ſi eo careret, quia privatio
37 præſupponit habitum, juxta *jura vulgaria.* Tum
etiam quia verbum & participium illud præteriti
temporis ejuſdem textus, ibi, *nam quod commiſ-
ſum eſt*; & iterum ibi, *qui crimen commiſit*, requi-
rit actus conſummationem & perfectionem, ut ha-
beat locum diſpoſitio: & ſic dominii acquiſitio
fiſco, *l. 1. §. fin. ff. quod quiſque jur.* notatur in *l. ar-
boribus, §. idem tractat, ff. de uſufruct.* Ruin. *conſ.
226. n. 6. vol. 1.* Nicol. *alleg. 3. n. 20.* Raudenſ. *conſ.
56. n. 35. 42. & 43. vol. 1.* Surd. *conſ. 375. n. 35.* Giur-
ba *in conſuet. Meſſan. c. 1. gloſ. 4. par. 1. n. 70. & 71.*
38 *fol. 88.* Et quia quælibet diſpoſitio quantumvis
generalis reſtringitur & limitatur per adjunctum,
*l. ſed & ſi adjiciatur, & ibi* Gloſſa, *ff. pro ſocio*,
& plurimi Doctores relati à Petro Surdo *conſ. 34.
n. 39. & conſ. 315. n. 26.* idem Surd. *conſ. 131. n.
28. tom. 1. & conſ. 45. n. 8.* & ſic adquiſitio domi-
nii & translatio in fiſcum regulatur à ſuo adjuncto;
*commiſſum*, non antea: & qualitas nominis de-
terminans verbum, limitat diſpoſitionem ad qua- 39
litatem & tempus verbi: Bartol. in *l. ex facto,
col. 2. ff. de vulgari.* Felin. *conſ. 25. n. 23.* Surd.
*conſ. 322. n. 10. & ſeqq. & conſ. 106. à n. 34. & ſeqq.*
latè plura ſingularia congerit Joan. Ant. Bellon.
*conſ. 29. à n. 8.*
Nam & diſpoſitio univerſalis juncta alicui ad- 40
jectivo, vel participio, reſtringitur ad ſignifica-
tionem & comprehenſionem participii, vel ad-
jectivi, *l. ſi quis ex argentariis, §. rationem, ff. de
edendo*: Bald. in *l. 2. §. ult. ff. de liberat. legat.* per text.
in *l. Aurelio, in fin. ff. eod. tit.* Menoch. *de præſ. l. 4.
præſumpt. 164. n. 10.* Maſcard. *de probat. concluſ.
975. ex n. 28.* Caſtillo *controverſ. lib. 4. c. 41. à n.
76. & c. 42. per tot.* Surd. *conſ. 453. à n. 54. l. 3. &
conſ. 151. à n. 87. & ſeqq. t. 2.* plurimos alios, &
multa exempla hujus doctrinæ adduximus in no-
ſtris commentariis *de ſupplicat. ad Sanctiſſ. par. 1.
c. 14. n. 53. & par. 2. c. 5. §. 4. ex n. 5.*
Hoc idem colligitur ex dictione, *ſtatim*, poſita 41
in *d. l. commiſſa*, ibi, nam quod commiſſum eſt,
ſtatim deſinit ejus eſſe: quæ cùm ſit ſignificati-
va temporis, ex tunc duntaxat poſt commiſſum
abſque temporis intervallo operatur, non antea, ut
in *l. ſi finita, §. non autem ſtatim, ff. de damno in-
fecto & in l. cum quidam ff. de legat. 2.* latiſſimè
Tiraquel. in *l. ſi unquam, verb. revertatur, n. 120.
Cod. de revoc. donat.* Surd. *dec. 57. n. 9. & dec. 111. n.
32. & conſ. 437. n. 31.* Nicol. Garc. *de benefic. par.
2. c. n. 85.* Gratian. *diſcept. forenſ. 41. n. 10.* qui om-
nes, præcipuè Tiraquel. probant dictionem illam
operari ipſo facto, & ipſo jure.
Patet igitur ex diſpoſitione juris communis, 42
debitorem ante Commiſſum ſemper fuiſſe domi-
num mercium, cùm per commiſſum dominium il-
larum amittat ſtatim, nec fiſco ante Commiſſum
perpetratum fuit adquiſitum dominium & pro-
prietas ipſarum mercium; ſed facto commiſſo ſta-
tim, ut dictum eſt, fuit factus dominus dictarum
mercium; prout expreſsè apparet ex determina-
tione *d. l. commiſſa*: & ex iis quæ in ejus exorna-
tionem conſideravimus hactenus. Igitur nec po-
terit dici, quod creditores delinquentis ante Com-
miſſum non potuerunt acquirere hypothecam in
eiſdem mercibus, quandoquidem in illis domi-
nium habuit debitor ante cauſatum commiſſum,
juxta allegata *in d. 5. argumento ſupr. ex n. 9. &
ſeqq.*
Et quatenus in eo, falsò præſuppoſuimus, per 43
leges Contrabanni, prohibitionem mercium, fru-
ctuum aliarumque rerum ex terra hoſtili prove-
nientium, comprehendere fabricas, & afficere ip-
ſam mercium aut fructuum originem, attendi non
debet; contrarium enim longè probabilius vi-
detur, cùm in ipſiſmet legibus, ſeu pragmaticis
Regni, nullum verbum reperiatur quod indicet ſi-
milem propoſitionem; imò omnes unanimiter
declarant prædictarum mercium prohibitionem
ſolum habere locum, poſtquam ipſæ fuerint in-
troductæ in hæc regna & portus eorum, quia
duntaxat prohibeat ipſarum introductionem ſub
gravibus pœnis, & ſic leges opponuntur & reſiſ-
tunt ingreſſui, ita tamen ut ante introitum & in-
troductionem nihil diſponant, nihilque diſponere
valeant circa regna non ſubjecta noſtro Principi;
ideoque tales pragmaticæ nullo modo extendi
poſſunt ad regna externa ob defectum poteſtatis,
ſed præfata prohibitio reſtringitur ad certam qua-
litatem; putà introitus ſeu aſportationis mercium

aliarumvè rerum id genus Terræ hoſtilis, & ad hunc dumtaxat finem & effectum fuerunt dictæ leges ſeu pragmaticæ promulgatæ: ut ex eiſdem evidentiſſimè apparet, quas omnes ad litteram accuratè congeſſit Salcedo *in tract. de contrabanno*,
44 ut ex pragmatica 11. Decemb. 1604. *y mando que de el dia de la publicacion deſta, en adelante el tiempo que perſeverarem en ſu deſobediencia, no puedan entrar, ni contratar en ninguna parte ni puerto deſtos mis Reynos, y ſeñorios, por ſi, ni por interpoſitas perſonas, directè, ni indirectè, ni venir à ellos, ni ſus navios, ni mercadurias, ſo pena de la vida, y perdimiento de bienes*, &c. quam adducit Salcedo *fol.* 16. & alia adducta *ibid. fol.* 17. *ad medium*,
45 his verbis: *probibir tambien el trato y commercio en todos mis Reynos y ſeñorios, a ſi de mis ſubditos como de otras qualeſquiera perſonas que reſiden en ella con los de Rey de Francia y ſus Reynos y ſeñorios, y a ſi por la preſente, Ordeno y mando que en ninguno de los puertos de Eſpaña, ni en otros de mis Reynos, y ſeñorios, ſe admitan de aqui adelante ningunos vageles, mercadurias, ni otras manifacturas vinieren de Francia por aqualquier mano que ſea, o ſe labrare en aquel Reyno, loqual declaro deſde luego por perdido, y mando que ſu valor ſe applique* &c.

46 Et in alia pragmatica 16. *Maii* 1628. adducta ab ipſo Salcedo 18. *à tergo*, ita diſponitur: *con los reveldes y enemigos della y por eſta razon ſe les ba impedido traher à ellos ſus frutos y mercadurias, y aprobechar ſe y boçar de los deſtos Reynos, ni tener ningun cõmercio con ellos*, & ibi: *para introducir la entrada de ſus mercadurias*, &c. & in verſ. 2. ejuſ-
47 dem pragmaticæ, in hæc: *que los dichos vandos y probibiciones, y penas d'ellos, comprebendan a ſi las perſonas de los reveldes, y enemigos, que vinieren à eſtos Reynos, o llegaren à ſus puertos, o deſenuarcarem en ellos, como los navios que fuerem de las tales perſonas, vinieren por ſu quenta y todos los que fuerem de fabrica de los dichos reveldes, de Olanda, y las mercadurias que vinieren, no ſolo aquellas que ſe ubieren cargado y vinieren por quenta de los dichos reveldes, y enemigos, ſino tambien las que fueren de ſu fabrica, aunque no vengan por ſu quenta, ni en ſu nombre, ſino de qualeſquier otros terceros, que por ſus perſonas y tierras no les eſte probibido tratar y contratar en eſtos Reynos, aunque ſean vaſſallos mios, porque quanto à eſta parte quiero que la probibicion ſea real y ponga vicio e impedimiento en las miſmas coſas, y los navios en que vinieren las mercadurias probibidas, aunque ellos no ſean de los probibidos, ſe confiſque, ſi conſtatare por probanças o conjecturas baſtante* &c. *lo miſmo ſe entienda con qualeſquiera mercadurias, frutos de Tierra conquienſta y queda permitido el commercio, ſi aviendo tocado en los puertos de los dichos reveldes y enemigos y pagado los derechos, ſe navigaren, y vinieren à puertos mios*, &c. Et in diſcurſu plures facit mentionem de harum mercium introductione & commercio in hæc regna: & in pragmatica 21. *Februar.* 1644. *adducta per Salcedum fol.* 25. *à tergo*: ſicut in alia 22. *Maii* 1645. *fol.* 29. & in pragmat. 21. *Januar.* 1647. *fol.* 33. *à tergo*: & in alia 31. *Januarii* 1650. ſolummodo diſponitur de introductione harum mercium prohibitarum, ut paſſim videre poteris in eiſdem pragmaticis.

48 Ex quibus omnibus manifeſtiſſimè apparet, prohibitionem harum mercium & commercii eſſe limitatam ad introductionem, & quatenus res prohibitæ fuerint introductæ & commerciatæ in his regnis, non antea, nec amplius niſi ut poſtquam ingreſſæ fuerunt portus horum regnorum, incidant in commiſſum & confiſcatæ ſint, nulla facta prohibitione ante introitum, ſed ad illum reſtringi debet talis prohibitio, ex latè adductis *ſup. ex n.* 36. *cum ſeqq. verſ. ſingulas igitur &c.* & inſuper quia quando lex prohibet ſub certa qua-
litate, vel modo, ultra qualitatem vel modum non 49
extenditur nec porrigit vires ſuas, neque extenditur de caſu ad caſum, nec de perſona ad perſonam: nec de tempore ad tempus, ſed omnino continetur intra limites prohibitionis ſic qualificatæ: de quo innumerabiles penè Doctores reperies apud Fuſar. *in tract. de fideicom. quæſt.* 678. 679. & 680. *cum duabus*: ubi per te exactè videre poteris, & Nos *in hoc Labyrint. part.* 1. *cap.* 13. §. 2. *ex n.* 16.

Denique quia ratio prohibitionis eſt introductio & commercium prohibitarum rerum in his regnis, juxta quam prohibitio ipſa regulanda erit; quia prohibitio reſtringitur & limitatur juxta rationem expreſſam, vel tacitè ſubintellectam in diſpoſitione prohibitiva *l. pater filium*, §. *fundum*, *ff. de legat.* 3. *l. cum pater*, §. *dulciſſimis*, *ff. de legat.* 2. innumerabiles penè Doctores in comprobationem adducit Fuſar. *de ſubſtitut. q.* 678. *n.* 3. 4. 5. 6. & 7. & *quæſt.* 679. *n.* 13. & *in q.* 680. *n.* 4.

Quo veriſſimo ſuppoſito, ceſſat penitus quin- 50
tum argumentum de quo *ſupr. ex num.* 9. *cum ſeqq.* ubi fuit dictum, prohibitionem commercii harum mercium comprehendere eaſdem in ſua fabrica & origine, & ideo non requiri dominium debitoris: & per conſequens nec creditores potuiſſe habere hypothecam in eiſdem. Quia cùm argumenti Major ſit falſa ut ad oculum vidiſti, Conſequentia evaneſcit: quoniam tantùm ſunt prohibitæ quatenus introducuntur & commercantur in his regnis, & non aliter, nec ad aliud tempus antecedens retrotrahitur iſta prohibitio, quæ nunquam reſiſtit adquiſitioni antecedenti, nec hypothecis contractis, nec commerciis extra hæc regna initis.

Imò etiam nec procederet argumentum, quam- 51
vis ſupponeremus quod iſtæ pragmaticæ prohibuiſſent & inhabilitaſſent vaſſallos ſubditos à commerciis in provinciis inimicorum, prout acerrimè defendere conatur Salcedo *in tract. de Contrabanno*, *d. cap. ex n.* 36. ubi nullam adducit pragmaticam, ex qua hæc inhabilitas & incapacitas vaſſallorum induci poſſit; imò omnes pragmaticæ nullatenus prohibent commercium in regnis extraneis & inimicis abſolutè, ſed quatenus ex commerciis reſultaret ingreſſus mercium in hæc regna, & in illis dictarum mercium prohibitarum quomodolibet exerceretur commercium. Hoc inquam falſo ſuppoſito admiſſo adhuc dicendum foret, contractus geſtos
etiam à ſubditis non eſſe nullos, nec prohibi- 52
tionem reſiſtere initio adquiſitionis, nec impedire dominii tranſlationem in ſubditos & naturales originarios horum regnorum ſic contrahentes extra hæc regna. Quoniam licèt lex prohibitiva annullet contractum, ut probatum fuit ſuperiùs *in d. l. argum. ex n.* 10. id tamen procedit quando lex abſolutè prohibet: at verò quando lex
ipſa ultra procedit, apponendo pœnam contra- 53
venienti, tunc actus, & contractus remanet validus, lexque operatur in ſola pœna: optima fuit Bartoli doctrina in *l. prætor ait* 10. *n.* 3. *ff. de novi oper. num.* & *ibid.* Paul. de Caſtro, & Alexand. & Jaſ. *n.* 11. Gregor. Lopez, *in l.* 28. *gloſ.* 7. *verb. contra noſtra ley titul.* 11. *partit.* 5. Lud. Molina *de primogen.*

*mogen. lib. 2. cap. 19. à n. 17.* ubi Addentes alios congerunt: Anguianus *de legib. lib.3.controverſ. 7.n.11.cum ſeq.* Joan.Gutierr. *l.1. practic. quæſt. 144.n.1.*ubi alios allegat, Nos in *hoc Labyrin. par. 1. cap. fin. n.169.* quibus adde Vantium *de nullitat. ſentent.tit.quot. & quib.mod.null. n.54.* & iterum in *tit.de nullit.ex inhabil. ſeu defect.mand. n. 56.* ubi quam plurimos allegat, & ex Baldo, Jacob.de Aren.Alexand.Cardin.Bart.Paul. de Caſt. Joan. Andr. Oldrad. Jac. de Arer. Cyno, Imola, Decio,Cavalc.& pluribus aliis abundè comprobat Alder.Maſcard.*de ſtatut.interp.concluſ.9.ex n.38. cum multis ſeqq.* Gutierr.*practic.lib.1. quæſt.144.* Carol.de Graſſ. *de effectib. Cleric. effectu* 8. *à n. 6. cum ſeqq.*

54 Facit etiam quia licèt prohibitio alienationis à teſtatore facta annullet alienationem, & impediat dominii tranſlationem: ſi tamen ultra prohibitionem imponat pœnam alienanti & contra facienti, alienatio tenet, & prohibitio illa non impedit tranſlationem; ſi tamen ultra prohibitionem imponat pœnam alienanti & contrafacienti, alienatio tenet, & prohibitio illa non impedit tranſlationem dominii, Bald. in *l.1.n.48.Cod. de his quæ pœnæ nom.* Cuman. in *l. filiusfam.§.divi, col.2. ff. de legat.1.*& ibi Jaſ. *in 2.lect.n.63.verſ.ſecundo limita*: Ferretus *n. 33.* Ripa *n.22. in fin.* Crot. *n.5. verſ. quartò limitatur*: Loazes *n. 9. n.115.* Opiz. *n.44.* & Socin. jun. *n.112.* Ruin. *conſ.113. n.1. & conſ.117. n.5. lib.2.*Crot.*conſ.144. n.26. l.1.*Riminal. jun. *conſ.381. n.10.lib.4.* ubi comprobat, Burſat. *conſ. 307. n.14.* Fuſar. *de ſubſtit. & fideicom. q.687. n. 2.* Et cùm in iſtis legibus contrabanni ultra prohibitionem introducendi merces inimicorum in hæc regna, pœna Commiſſi & confiſcationis mercium, & aliæ graviores irrogentur, ſequitur ut contractus & emptiones factæ per vaſſallos ſubditos Coronæ, validæ remaneant, & per conſequens creditores in eiſdem mercibus hypothecam anteriorem contrahere potuerunt, maximè quia hæ prohibitiones ad hos contractus non reſpexêre, ſed ſolum ingreſſum & introitum mercium prohibitarum in hæc regna, ipſarumque commercium, ut altiùs probatum reliquimus haſtenus.

55 Nec iis quæ veraciter diximus, & fundamentaliter ſcripſimus in hoc 4. fundamento ex *nu. 34. cum ſeqq.verſ.Quartò quia jus* &c. officit in aliqua Pragmatica *Maii* 1628. ſupra adducta *n. 46. verſ. & alia pragmatica* in illis verbis: *porque en quanto à eſta parte quiero que la prohibicion ſea real y ponga vicio è impedimento en las miſmas coſas*, quæ videbantur inſinuare, prohibitionem attingere res prohibitas in ſuis provinciis, & ab eo tempore. Nam ab hoc ſcrupulo facilè nos eximit eadem Pragmatica, dum diſponit merces, quæ revera ortæ ſunt & fabricatæ in provinciis inimicis, non poſſe introduci in hæc regna,etiamſi tranſeant per regna confœderata nobis, & ab eis in hæc veniant, quia non ideo purgaverunt vitium originale, ſed vitium prohibitionis eaſdem merces comitatur uſque ad ingreſſum in portus horum regnorum, ita ut in eiſdem operetur prohibitio & confiſcatio, ac ſi directè venirent ex provinciis inimicorum, & in portus Hiſpaniæ fuiſſent per eoſdem introductæ, ut evitentur fraudes, quæ facilè per has vias indirectas, & interpoſitas perſonas committi poſſent; non enim iſta Pragmatica prohibet commercium extraneis provinciis inter ſe ipſas, hoc enim fieri non poteſt; ſed ne merces inimicorum per manus amicorum introducantur in hæc regna: & hæc eſt principalis 56 hujus & cæterarum Pragmaticarum intentio, & ultimus finis in quem deſtinantur & tendunt tot diſpoſitiones prohibitivæ, impedientes introductionem mercium inimicorum in hæc regna: & ideo diſponit præfata Pragmatica, quod ſi probetur, has merces introductas per manus amicorum, originem traxiſſe ex provinciis inimicorum, confiſcentur, non attento à quibus ſive amicis, ſive inimicis inducantur; itaque ſolùm in introductione conſiſtit delictum & pœna Commiſſi.

Præterea obſervandum quod dicta Pragmatica 57 in imponendo vitium reale mercibus inimicorum, loquitur reſtrictivè ad illum caſum de quo loquitur; ut patet ibi: *porque en quanto à eſta parte, quiero que la prohibicion ſea real,* &c: quia caſus de quo loquitur, quando ſcilicet introducuntur merces inimicorum indirectè per manus amicorum & confœderatorum in ſuas provincias, indigebat hac declaratione, ſaltem tollendæ dubitationis causa: an ſemel prohibitionem evaſiſſent per introitum in provinciam confœderatam, ex quo purgatum videbatur vitium originale: at quando directè ex provincia inimica introducuntur, nulla egebat declaratione, quia nulla ſubeſt dubitandi ratio, cùm omnes leges regni ac Pragmaticæ de hoc caſu loquantur expreſsè.

Quintò & ultimò pro hac parte negativa facit, 58 quia quodlibet Commiſſum eſt crimen, ut probatur *in ſæpè allegat. l. commiſſa, ff. de vectigal. & commiſſ.* illic, *nam quod commiſſum eſt, ſtatim deſiit eſſe ejus qui crimen commiſit*, cui correſpondet pœna privationis & confiſcationis mercium ex eadem lege, & aliis adductis *ſupra ex n. 2.* & ex pragmaticis citatis & legibus Regiis adductis ex *num. 13.*

Et idcircò meritò Doctores affirmant cauſam 59 Commiſſi & Contrabanni eſſe criminalem, & criminaliter puniri, & propterea probationem requiri concludentem, non per poſſibile; Farinac. *conſ.85. n.50. vol. 2.* Gratian. *diſcept. forenſ. 109. n. 1.* Cyriac. *controverſ. tom. 3. c. 512. ex n. 1. cum ſeqq.*

Ex quo infertur ad vulgarem & notam conſe- 60 quentiam, quemlibet delinquentis creditorem, etiam perſonalem ſeu chirographarium anteferri fiſco exigenti pœnam, & omnibus Fiſcus poſtponitur *l. quod placuit 37. ff. de jure fiſc. l. in ſumma 17. l. Statius Florus 48. §. Cornelio, ff. de jur. fiſc.* bonus text. in *l.non poſſunt bona ulla ad fiſcum pertinere, niſi quæ creditoribus ſuper futura ſunt* &c. *dicto tit.*& in fin.ibid. *quod æri alieno ſupereſt*: Rubric. cum *l. unic. Cod.pœn. fiſcalib. creditores præferri*, quid igitur hæſitandum ſuper prælatione creditorum delinquentis habentium hypothecam, quando etiam ſimplex quilibet perſonalis fiſco in exigenda pœna anteponitur.

His juribus conatur reſpondere Salcedo *de* 61 *Contrabanno, cap. 29. n. 52. & ſeqq. verſ.ſin que nos mueba*: dicens procedere quando fiſcus agit pro pœna impoſita per ſententiam aut legem; ſed non procedunt quando fiſcus habet actionem & dominium in ipſis bonis confiſcatis, quia tunc non tenetur creditoribus delinquentis. Quæ reſponſio non ſolùm improbabilis eſt, ſed contra jura expreſſa: *c. cum ſecundum, de hæretic. l.6. leg. 4.tit.2.partit.7. & l.2. tit.4.p.5.* quibus addentur aliæ *inferiùs*,quæ diſponunt quod in crimine læſæ

 majeſta-

majeſtatis divinæ vel humanæ, delinquens ſtatim à tempore delicti privatus fuit & dominio & adminiſtratione bonorum omnium, ita ut non poſſit ſuper iis contrahere, neque ipſa alienare, quia jam ex illo tempore dominium bonorum translatum fuit in fiſcum & ei adquiſitum, & tamen non obſtante dominio ſibi quæſito, fiſcus tenetur ſolvere creditoribus delinquentis, quia
61 fiſco omnes præferuntur: jura ſunt expreſſa in *l. non poſſunt, ff. de jur. fiſc. l. fin. Cod. de debitor. civitat. l. 1. Cod. de fidejuſſ. l. ſi marito 32. ff. ſol. matr. l. ſi mandatori, in fin. princ. ff. de fidejuſſ. l. ſi tutor reipubl. 9. ad fin. ff. de tut. & rat. diſtrah.* Igitur præfata ſolutio tradita per Salcedum, inefficax eſt & fallax, maximè quia dominium tunc prodeſt & excludit creditores, quando fuit adquiſitum ante hypothecam ipſorum non poſt eam; quia res tranſit cum ſua cauſa & onere hypothecæ; quocumque vadat, ex ſuperiùs comprobatis.

63 Quid igitur in hac controverſia dicendum erit? etenim in ea varios reperio ſcriptores; Joan. Hevia Volano *in Curia Philipp. lib. 5. del commercio naval. cap. 10. de la Pena de Commiſſo, n. 10.* diſtinguit inter creditores merè perſonales, & hypothecarios, ut illi ad merces confiſcatas ob commiſſum nullum jus prætendere poſſint, quia iſti non poſſunt impedire alienationes etiam voluntarias factas à debitore, nec eis remanet ullum jus contra tertios poſſeſſores, juxta *leg. 7. tit. 15. partit. 5.* at creditores hypothecarios eſſe præferendos fiſco in rebus incidentibus in Commiſſum, facta priùs excuſſione in cæteris bonis delinquentis: quia alienatio non valet in eorum præjudicium, ex *l. 14. tit. 13. part. 5.* nec confiſcatio eſt prohibita ubi alienationis prohibitio non adeſt; cùm
64 confiſcatio æquiparetur alienationi, ac in una diſpoſitum, etiam in alia procedere intelligatur, ex *l. Imperator, ff. de fideicomm. libert. l. filius, Cod. de bon. proſcript. & in l. Imperatores. ff. de jur. fiſc.*

65 Doctiſſimus magiſter noſter Joan. de Solorzano *in ſua politica Indiar. lib. 6. cap. 10. fol. 985. cum ſeqq.* refert Regiam ſchedulam quæ in rebus, quæ incidunt in commiſſum, fiſcum, cui ſunt applicatæ, præferri decernit quibuslibet delinquentis creditoribus, & ita determinaſſe Regium Conſilium Indiarum teſtatur; revocata contraria ſententia Audientiæ Limenſis.

66 Carleval. *de judiciis, tom. 2. lib. 1. tit. 2. diſputat. 1. n. 50. fol. 17.* promiſcuè genericè & diſtinctè in hoc caſu loquutus eſt, aſſeverans quod quoties incurritur ipſo jure pœna confiſcationis, ſive rei ſingularis, quæ in commiſſum incidit, ſive quotæ partis bonorum delinquentis, ſi ipſe non habeat aliundè, unde ſolvat creditoribus ſuis, creditores eſſe fiſco præferendos, & fiſcum poſt incorporata bona delinquentis, manere obligatum, & debere ſatisfacere creditoribus, etiam chirographariis, juxta vires bonorum & non ultra. Ad hanc indiſcretam reſolutionem, ob generalem mixturam rei particularis, & bonorum univerſaliter confiſcatorum, adducit in comprobationem jura, & Doctores, qui duntaxat loquuntur in confiſcatione omnium bonorum univerſaliter, aut per quotam univerſalem, quæ quidem jura & Doctores non percutiunt punctum noſtrum, in quo agimus de confiſcatione per commiſſum rerum & mercium ſpecialium & particularium: quæ nec in quota patrimonii, nec in toto, concernit univerſalitatem bonorum. Ex quo ejus reſolutio nihil ad rem noſtram pertinet; & à puncto Commiſſi aberrat, prout latiùs ex diſtinctione harum confiſcationum videbimus inferiùs.

Alberic. Gentil. Advocatus Hiſpan. *lib. 1. cap. 13.* allegans Lucam de Penna in *l. cum allegas, Cod. de re milit. lib. 12.* & Sfortiam *de reſtit. in integr. par. 2. quæſt. 95. artic. 5. n. 28.* quos refert Salcedo noviſſimè *in tract. de contrabanno, cap. 29. n. 17. & 18.* aliquid dicit quod poſſet conducere, ſi eſſet verum, quod emens merces ab hoſte, etiam in alieno territorio, non adquirit dominium earum, ſi eo animo emat ut illas introducat in regna Principis prohibentis: ſed hæc Alberici Gentilis aſſertio nullo juris fundamento fulciri nec honeſtari poteſt, neque Doctores ab ipſo allegati ullum verbum tangens punctum quæſtionis adducunt: quærunt enim duntaxat an is qui obtinuit licentiam emendi caſtrum, quod emit poſt infidelitatem & hæreſim incurſam, & poſt ſententiam condemnationis, ſi poſtea fuit reſtitutus à Principe, an valeat emptio & ad eam reſtituatur? Et dicitur quod non; quia fuit effectus incapax & inhabilis tempore emptionis, nec reſtitutio potuit eum reponere niſi in ſtatu quo erat ante crimen perduellionis vel hæreſis, quo tempore nondum emerat caſtrum: quid ad rem? tu videris: ultra quod aſſertioni *Alberici Gentil.* reſiſtunt omnes noſtræ pragmaticæ Contrabanni, & ea quæ in earum comprobationem adduximus *ex num. 34. cum multis ſeqq.* Et inſuper quia ſi fiſcus gravaretur probare animum emendi merces ad illas introducendas in hæc regna, vix unquam illud probare poſſet; tum quia ea quæ in animo conſiſtunt, difficillimæ probationis judicantur, tum etiam quia fiſcus provincias inimicas, ubi emptiones mercium factæ ſunt adire non poterit: & ideo aſſertio Gentilis inanis eſt & ſine effectu, & undique de jure improbabilis. 67

Salcedus eruditus miniſter, & rogatus Judex Contrabanni, in ſuo pulcherrimo tractatu *de Contrabanno*, admodumque utili, hanc difficultatem accuratè tractavit in *quæſt. 29. per tot.* in qua reſolvit diſtinguendo inter Commiſſum per Contrabannum, & Commiſſum ob non factam manifeſtationem & regiſtrum mercium, quæ aliàs licitè poſſunt introduci in portus & regna noſtra; ut in primo caſu fiſcus in mercibus quæ per Contrabannum ceciderunt in Commiſſum, præferatur quibuslibet hypothecariis creditoribus; in ſecundo verò, creditores omnino fiſco præferantur, ex *n. 69. cum ſeqq. & num. fin.* 68 69

Rationem differentiæ reddit inter utrumque caſum, ſcilicet quia in mercibus Contrabanni delinquens nullum à principio acquiſivit dominium, obſtante prohibitione legis, & ideo nec creditores in eiſdem potuerunt adquirere jus hypothecæ: quam rationem comprobare conatur *à principio ejuſd. cap. 29.* 70

In ſecundo diſtinctionis membro, circa Commiſſum mercium aliàs permiſſarum, ob defectum profeſſionis regiſtri & manifeſtationis, dicit creditores hypothecarios fiſco præferri, eo quod delinquens debitor ab initio & ante Commiſſum, dominium habebat in ipſis mercibus, & per conſequens creditores hypothecam: quod refert latiùs ex *d. n. 60.* 71

Prioris membri reſolutioni excluſivæ creditorum in Commiſſo per Contrabannum acquieſco 72

ex

ex protinus adducendis fundamentis diverſis: rationi autem & fundamento reſiſtunt illæ omnes doctrinæ ſuperius adductæ, ex *n.* 34. *cum multis ſeqq.* cum nullibi probetur, introducentem merces vetitas & prohibitas caruiſſe unquam dominio, *ibidem* manifeſtè probavimus, nec dominium adquiſitum fiſco in his mercibus de per ſe eſſe ſufficiens ad excludendos creditores qui ante Commiſſum hypothecam contraxere in eiſdem merci-
73 bus eodem inſtanti quo fuerunt in dominio debitoris cum qua tranſeunt in quemlibet, qui poſtmodum dominium earum acquiſierunt, diximus ex *n.* 23. *& ex nu.* 34. quare de hac ratione & fundamento dominii acquiſiti per fiſcum in Commiſſo, non eſt curandum ad determinationem & reſolutionem hujus noſtræ difficillimæ quæſtionis.

74 Quid igitur in tanta Doctorum varietate & oppoſitione ſequendum? Illud ſecurius arbitror, ut in quolibet Commiſſo ſive per Contrabannum & prohibitionem mercium, ſive per omiſſionem profeſſionis, regiſtri, ac manifeſtationis permiſſarum, & ſic per fraudulentam occultationem, fiſcum in mercibus commiſſis indiſtinctè præferendum quibuslibet creditoribus delinquentis, non tanquam dominum mercium, ſed ex reſolutione hypothecæ antea quæſitæ per creditores in eiſdem mercibus. Hanc noſtram reſolutionem tribus mediis invincibilibus probabimus, omnem ſcrupulum omneſque dubitandi rationes ſimul excludentibus.

75 Præcipuum & ſingulariſſimum ſit, penitus excluſivum & extinctivum juris creditorum, nam jura omnia tam juris communis quàm Regii in materia Commiſſi, duo determinant, primum eſt, ut inducant privationem, extinctionem, & reſolutionem juris abſolutè delinquentis in mercibus in Commiſſum incidentibus: alterum, ut facta hac juris reſolutione inducatur ſtatim acquiſitio dominii & ejus translatio in fiſcum, quod manifeſtè probant plurima jura ſuperiùs
76 adducta ex *n.* 13. Et licèt ex hac ſecunda juris determinatione, nempe ex dominio fiſco adquiſito, creditores excludi non poſſint ob eorum hypothecam præambulo acquiſitam, quia tale dominium translatum in fiſcum non eſt ſufficiens per ſe ad excluſionem creditorum, eo quod dominium in Tertium ſemper tranſeat cum ſua hypotheca inhærente, ut paulò ante notavi-
77 mus *num.* 73. relativè ad *num.* 23. *&* 34. *cum ſeqq.* ubi latiùs: Tamen ex priori diſpoſitione prædictorum jurium privante & reſolvente ipſo facto titulum & jus omne quod delinquens habebat in iis mercibus, præcisè & neceſſariò ſequitur extinctio & reſolutio hypothecæ anteà contractæ, ex vulgari regula, *Reſoluto jure dantis, reſolvitur jus accipientis*: ac propterea jura providentia in utroque caſu tam privationis, quàm adjudicationis dominii, non ſine myſterio priùs extinxerunt jus delinquentis, eo nempe fine, ut merces in Commiſſum incidentes, liberæ, ab omni onere & hypotheca tranſirent in fiſcum abſque impedimento aliquo. Hunc diſcurſum accuratè comprobavimus *ſupr. ex n.* 13. *cum ſeqq.* quo te remitto libenter, ne ulteriùs repetam, quia perdita & radicitùs extincta re hypothecata ex juris diſpoſitione, nullum jus remanet creditori in ea ad jura & Doctores adductos *hac* 4. *par. cap.* 4. *à princip.* & ultra *ibid.* comprobata ex *d. num.* 13. hanc eandem rationem conſiderarunt plurimi Doctores adducti *infrà num.* 87. quos conſule; & hæc reſolutio veriſſima eſt, ubertimè variis & quamplurimis juris fundamentis roborata ex *numer.* 81. *uſque ad fin. hujus cap.*

Hæc tamen veriſſima & tutiſſima noſtra nova 78
conſideratio & reſolutio unam patitur & non levem difficultatem, ortam ex plurium jurium ſimili diſpoſitione, in quibus adeſt expreſſa privatio & amiſſio dominii, & adminiſtrationis bonorum ipſo jure à tempore perpetrati delicti; verum etiam ſimul dominii translatio in fiſcum, text. in *d. c. cum ſecundum leges civiles, de hæretic. lib.* 6. *l. quæſitum ff. qui & à quibus*: ubi quærit Conſultus, *An is qui majeſtatis crimine reus factus eſt, manumittere poſſit, quoniam ante damnationem dominus eſt.* Et reſpondit, Imperatorem Antoninum Calpurnio Critoni reſcripſiſſe, *ex eo tempore quo quis propter facinorum ſuorum cogitationem jam de pœna ſua certus eſſe poterat, multo plus cogitatione & conſcientia delictorum, quàm damnatione, jus dandæ libertatis amiſiſſe*: & apertiùs in *l.* 4. *tit.* 2. *part.* 7. his verbis: *Vendida, ni donacion, nin enagenamiento que ubieſſe fecho de ſus bienes el que fueſſe juſgado por traidor, dende el dia que comerço andar en la traicion, faſta el diu que dieren la ſentencia contra el; non debe valer en ninguna manera; ea maguer fueſe en tenencia de los bienes, a la façon que los enagenava,* (nota quæ ſubdit) *perdido avia ya el ſennorio por ſu maldad, e craja de la corona del Rey: e por ende non podria deſpues, ninguna coſa de los bienes, que tenia, enagenar en ninguna manera.*

Et tamen privatio hæc & amiſſio dominii ip- 79
ſo jure à tempore commiſſi delicti tantum abeſt quod operetur extinctionem hypothecæ anterioris, verùm etiam confiſcatione & translatione ejuſdem dominii in fiſcum non obſtantibus, creditores etiam perſonales ſua credita exigunt, & fiſco præferuntur in bonis delinquentis ipſo jure amiſſis & fiſco applicatis per confiſcationem, prout exactè videre eſt poſt jura & plurimos Doctores apud Anton. Gomez *tom.* 2. *variar. cap.* 3. *ex num.* 11. Acoſtam *de privileg. credit. in reg.* 2. *amp.* 7. *ex num.* 170. *cum multis ſeqq.* Thom. Sanch. *in præcept. Decal. tom.* 1. *l.* 2. *c.* 22. *ex num.* 74. *cum ſeqq.* Carleval. *de judic. tom.* 2. *l.* 1. *tit.* 2. *diſput.* 1. *num.* 50. Fontanel. *de pact. dotal. tom.* 2. *clauſ.* 7. *gloſ.* 2. *ex nu.* 60. *cum ſeqq. fol.* 464. latiùs Farinac. *de delict. & pœn. quæſt.* 25. *ex num.* 111. *& num.* 168. *cum ſeqq. & ex num.* 174. *cum ſeqq. & de crim. læſæ majeſt. quæſt.* 116. §. 3. *ex num.* 121. & eſt expreſſa lex 2. *tit.* 4. *part.* 5. ibi *qualquier ome que ficieſe alguna delaſma maneras de traicion, que diximos en la Ley antes deſta, adiere ajuda, o conſejo que la fagan, deve morir por ello, e todos ſus bienes deben ſer de la Camera del Rey ſacando la dote de ſu meger, e los debdos que ovieſſen a dar que objeſen malevudo, faſta el dia que comenco à andar en la traicion.* Igitur de primo ad ultimum ſequitur, noſtram reſolutionem, de qua ex *n.* 75. & ejus fundamentum corruere & evaneſcere.

Quæ difficultas facilè diſſolvitur, ſi diſtinguas 80
inter confiſcationem univerſalem bonorum, de qua loquuntur hæc jura adducta ex *num.* 78. & inter res certas ſeu merces ſpeciales confiſcatas

propter

propter commiſſum, quo caſu procedit noſtra tutiſſima & undique munita reſolutio, ut per commiſſum extinguatur jus hypothecæ antecedentis, ita ut creditores debitoris introducentis merces prohibitas nihil conſequi poſſint ex prædictis mercibus confiſcatis. Rationem differentiæ petes ab iis quæ altius in proximo ſecundo fundamento dicenda & conſideranda ſunt.

81 Secundum itaque fundamentum quo movemur ad excluſionem creditorum quorumlibet à rebus & mercibus per Commiſſum fiſco applicatis, non minus efficax eſt, ſi breviter diſtinguamus confiſcationis modos ſeu ſpecies: quædam enim eſt omnium bonorum univerſaliter in quibus fiſcus judicatur vel tanquam hæres, juxta jura allegata & frequentiorem opinionem, vel tanquam ſucceſſor univerſalis, juxta aliorum aſſertionem; & utroque caſu fiſcus tenetur omnibus & quibuslibet creditoribus ſolvere, & ſatisfacere ex bonis confiſcatis, quia in fiſcum tanquam univerſalem ſucceſſorem tranſeunt omnes obligationes activæ vel paſſivæ & naturales: hanc concluſionem per jura ſuperiùs allegata, & magnam Doctorum catervam firmarunt DD. citati *ſupra n.* 79.

82 Secundo modo confiſcari poſſunt bona delinquentis non omnia univerſaliter, ſed pars eorum quotitativa, putà dimidia, tertia, vel quarta pars bonorum ſimiliter univerſaliter, & tunc fiſcus tenetur creditoribus delinquentis non in ſolidum, ſed pro ſua portione & rata univerſali, ex eadem ratione de qua in caſu præcedenti; *l. fin. C. de debitorib. civit.* ibi, *pro rata rerum quas poſſident.* leg. 1. Cod. de fidejuſſorib. ibi, *ſi Lyſias adempta parte bonorum exulare juſſus eſt, non niſi pro parte quam retinuit, creditoribus obligatus eſt l. ſi marito* 32. *ff. ſolut. matrim. l.* 2. *Cod. ad leg. Jul. de vi publ. l. ſi debitor, Cod. de ſenten. paſſ.* plures Doctores per Anton. Gomez. *tomo* 2. *variar. c.* 3. *num.* 11. Thomas Sanchez poſt Plotum, Simancas, & alios, *in præcept. Decal. l.* 1. *c.* 22. *num.* 74. *&* 75. *& num.* 53. 88. *&* 90. & poſt plurimos DD. Farinac. *de delict. & pœn. q.* 25. *nu.* 180. & cum Barboſ. Gaill. Peregrin. Jul. Clar. Amaya & aliis idem aſſerit Magiſter noſter Solorzan. *de jur. Indiar. tom.* 2. *lib.* 2. *cap.* 26. *nu.* 19. Et iſti duo caſus nihil ad noſtram difficultatem pertinent.

83 Tertio modo fit confiſcatio rei particularis, vel rerum & mercium ſpecialium: & tunc dominium harum ſpecierum ita liberum & abſque ullo onere tranſit in fiſcum, ut nullo modo teneatur ex illis ſatisfacere creditoribus delinquentis: per *d. l. ſi marito* 32. *ff. ſolut. matr. l.* 2. *ff. ad leg. Jul. de vi publ. l. ſi debitor, Cod. de ſentent. paſſ.* probant in terminis Gloſſæ communiter receptæ in *eiſdem legib.* & omnes ordinarii Doctores *ibid.* prout adnotavimus *ſupr. num.* 6. Anton. Gomez *d. cap.* 3. *n.* 11. poſt quem & Peregrinum, Azeved. & alios tenet Thom. Sanchez *d. c.* 22. *nu.* 53. Gregor. Lopez *ad leg.* 10. *tit.* 2. *part.* 3. *verſ. puede*: Spino *de teſtam. gloſ.* 27. *n.* 39. Fulv. Conſtant. ad *l.* 1. *num.* 112. *Cod. de pœn. fiſcalib. & n.* 118.

84 Ratio diſcriminis inter confiſcationem juris univerſalis & particularis, ea eſt, quia quando bona omnia confiſcantur, hoc intelligitur, poſt ſatisfactionem creditorum, quia bona non dicuntur niſi deducto ære alieno, textus eſt expreſſus in *l. non poſſunt* 11. *ff. de jur. fiſci*, ibi; *non poſſunt ulla bona ad fiſcum pertinere, niſi quæ creditoribus ſuperfutura ſunt*: *d. l. fin. Cod. de debitorib. Civit. d. l.* 1. *Cod. de fidejuſſ.* exornant Sanchez *ubi proximè ex d. num.* 74. Peregr. *de jur. fiſc. l.* 4. *tit.* 8. *num.* 11. Farinac. *d. quæſt.* 25. *num.* 138. & poſt alios Acoſta *de privil. credit. regul.* 2. *ampliat.* 7. *ex num.* 171. & quia fiſcus hoc caſu eſt ſucceſſor univerſalis, quæ rationes ceſſant in confiſcatione rerum ſpecialium, & ideo tranſeunt in dominium fiſci abſque aliquo onere.

Quæ diſtinctio & differentia conſonat juris diſpoſitioni: nam ſi inter hæredem ſcriptum & ſucceſſorem ab inteſtato orta fuerit controverſia ſuper reſciſſione, vel nullitate teſtamenti, & inter eos fuerit ſuper hæreditate tranſactum, dubitari poterit contra quem creditores hæreditarii teneantur dirigere ſuas actiones & exigere ſua credita? In quo DD. in *l.* 3. *& l. controverſia* 14. *ff. de tranſact.* conveniunt unanimiter, quod ſi inter hæredem ſcriptum ex tranſactione, & ſucceſſorem ab inteſtato dividatur hæreditas per quotas, creditores pro rata cujuslibet portione utrumque convenire debent; & uterque ſucceſſor pro ſua rata & quota tenetur eiſdem ſatisfacere, per text. expreſſum in *d. l. controverſia* 14. *ff. de tranſact.* plurimos Doctores ad idem congerit Cyriac. *controverſiarum tom.* 1. *cap.* 17. *ex n.* 4. 85

At verò ſi tota hæreditas remanet penes hæredem ſcriptum, & res aliquæ particulares & ſpeciales adjudicentur ſeu concedantur ſucceſſori legitimo, ipſe nihil præſtare tenetur creditoribus hæreditariis, ſed hæres ſcriptus eis ſatisfacere debet in ſolidum, Alberic. in *d. l. controverſia, col.* 2. *verſ. aut dicit teſtamentum*: *& ibi* Bartol. *num.* 4. Bald. *ſub num.* 4. Jacobin. *in* 1. *lectur. ſub num.* 7. Jaſon. *ſub n.* 3. *verſ. ſecundo autem caſu, ff. de tranſact.* Odofred. in *d. l.* 3. *in princ. col.* 2. *ff. eod. tit.* Trigona *ſingular.* 94. *num.* 4. Surd. *conſ.* 92. *n.* 8. Cyriac. *d. controv.* 17. *n.* 3. 86

Conducit quod ſi condemnatus, poſtea à Principe fuerit reſtitutus in quota parte univerſali, putà tertia, vel dimidia bonorum confiſcatorum, Fiſcus & delinquens reſtitutus tenentur creditoribus ipſius delinquentis pro ſuis portionibus ſatisfacere, *l. tutor filiorum, Cod. de ſentent. paſſ.* ſi tamen delinquens reſtitutus ſit duntaxat ad rem particularem, putà domum, vel fundum, non tenetur creditoribus aliquid contribuere, ſed fiſcus remanet ſolus gravatus & adſtrictus onere ſolvendi: latè Fulv. Conſtant. ad *leg.* 1. *num.* 118. *Cod. pœnis fiſcalib. credit. præfer.*

Conducit etiam, quod bona patris ad fiſcum delata tranſeunt cum onere alendi liberos, ſi nimirum fiſcus occupat univerſa bona patris; ſecùs enim eſt quando ſuccedit in aliqua tantum quantitate, quia tunc non tenetur, Bald. in *l. data opera, n.* 10. *Cod. de his qui accuſar. non poſſ.* Carpan. *ad ſtatut. Mediol. par.* 3. *cap. omnium, n.* 769. copioſè Guazin. *de confiſc. concluſ.* 3. *limit.* 20. *n.* 14. quos ſequitur Giurba *ad conſuetud. Meſſanen. cap.* 7. *gloſ.* 12. *num.* 12.

Conſonat tandem quod is cui legatur quota univerſalis hæreditatis, tenetur pro rata ad onera hæreditaria; at ſi legatum contineat tantùm certam rem ſeu ſpeciem, legatarius ad hujuſmodi

modi onera non tenetur: ut per plures firmat Barboſ. *in collectan. ad leg.* 1. *ex n.* 2. *cum ſeqq. Cod. ſi cert. petat. tom.* 2. Et de hac diſtinctione inter quotam bonorum, vel hæreditatis, & rem aut res ſpeciales & particulares, ut ſucceſſor in quota, vel tota, teneatur ſolus ad omnia onera vel pro rata, non verò ſucceſſor ſingularis; per plura jura & DD. tuetur Solorzan. *de jur. Indiar. tom.* 2. *lib.* 2. *c.* 10. *& ex n.* 8. *& ſeqq.*

Quò pertinet, quod bonis omnibus confiſcatis, fiſcus tanquam hæres & ſucceſſor univerſalis delinquentis tenetur ſtare locationi, ſicut tenebatur delinquens; at verò ſi confiſcatio eſt rei particularis illius conductæ, putà domus, fundi, fiſcus non tenetur ſtare conductioni, quia in eum dominium tranſivit abſque aliquo onere & obligatione: textus eſt expreſſus in *l. ſi fundus quem, ff. locati*, & per alia jura & Doctores probat Ant. Gomez, *tom.* 2. *variar. cap.* 3. *n.* 11. poſt quem, & Baldum, Jaſon. Peregrin. & Azeved. idem firmat Sanchez *in præcept. Decal. tom.* 1. *lib.* 2. *c.* 22. *n.* 53.

87 Ratio horum eſt, quia cum in hac re fiſcus ſuccedat non per juris translationem, ſed per privationem, ut ſuperiùs diximus ex *n.* 19. ſequitur reſolutio præcedens juris locatoris, & inde jus conductoris quoque reſolvitur, quo finito & extincto, non poteſt convenire fiſcum: hanc ſingularem rationem admodùm conducibilem noſtræ reſolutioni reddunt Abbas in *conſ.* 108. *lib.* 1. Socin. *conſ.* 32. *num.* 6. *vol.* 1. Gratian. *diſcept.* 37. *n.* 6. Marta *voto* 139. *num.* 5. Farinac. *dec.* 400. *num.* 5. *&* 6. Guttier. *practic. quæſt. lib.* 2. *quæſt.* 8. *n.* 8. Oſaſc. *dec.* 156. *n.* 14. Cephal. *conſ.*... Mantic. *de contractib. l.* 5. *tit.* 10. *n.* 27. *& tit.* 12. *n.* 9. Franchis *dec.* 216. *n.* 4. *& dec.* 302. Tepatus *l.* 2. *variar. tit. locat. an ſucceſſ. ſtare teneatur, col.* 2. Tuſch. *lit. L. concluſ.* 418. *n.* 31. *&* 60. Surdi *dec.* 40. *n.* 10. Barboſ. *in l. filiofam. §. fin. n.* 10. *ff. ſol. matr.* Parlador. *lib.* 2. *rer. quotid. cap. fin.* 4. *par. §.* 5. *num.* 11. *&* 12. Cagnol. *in l.* 2. *Cod. de pact. int. empt. num.* 220. Giurba *deciſ.* 63. *n.* 7.

Quæ ratio prorſus evincit & undique roborat noſtram reſolutionem, de qua in hoc ſecundo fundamento ex *num.* 83. & ſimiliter in primo, ex *n.* 75. *cum ſeq.* ut quoties per privationem & extinctionem juris condemnati ſuccedit fiſcus in mercibus particularibus, creditores hypothecarii, & alii habentes jus dependens à jure debitoris ſuis mercibus privati, non habent actionem adverſus fiſcum, cùm eorum jus fuerit extinctum, reſoluto jure debitoris per privationem.

88 Igitur de primo ad ultimum ſequitur, quod quando per Commiſſum incidit in fiſcum ipſo jure dominium mercium particularium & ſpecialium, quæ non tangunt univerſa bona introducentis, nec quotam eorum, ſed confiſcantur tantum res ſpeciales, ipſæ liberæ ab omni onere fiſco adquiruntur, & abſque obligatione ſatisfaciendi ſeu ſolvendi creditoribus debitoris quantumcunque hypothecariis anterioribus, ex hactenus comprobatis in hoc ſecundo fundamento ex *num.* 81. *& ſeqq.* & ſunt jura expreſſa in *d. l. ſi marito* 32. *ff. ſolut. matr.* ubi agitur de uxore creditrice pro ſua dote, pro qua in bonis mariti habet tacitam & privilegiatam hypothecam, & *d. l.* 2. *Cod. ad leg. Jul. de vi publ.* ubi agebatur de pupillo agente ad bona ſui tutoris confiſcata, in quibus à jure tacitam pupillus habet hypothecam pariter privilegiatam; & tamen juxta verum intellectum communem Gloſſarum & Doctorum, de quibus *ſupr. num.* 83. diſtinguentium inter confiſcationem univerſalem, & rerum particularium, ut in iſtis non teneatur fiſcus, juxta præfata jura.

Comprobatur ulteriùs ex celebri textu in *l.* 89 *quinque legibus damnatæ mulieris dos publicatur, majeſtatis, Juliæ vis publicæ, parricidii, veneficii, & de ſicariis,* 3. *ff. de bon. damnat.* ubi dos (in qua maritus ante exactionem habet hypothecam, & poſt exactionem, dominium licèt revocabile) tranſit ad fiſcum libera, & abſque onere hypothecæ: quam legem ad hoc ipſum quamplurimi Doctores adducunt & exornant, quos congerit Farin. *de delict. & pœn. q.* 24. *num.* 5. & latius *quæſt.* 25. *nu.* 13. 14. *&* 15. quia mulier in his criminibus ipſo jure amiſit rerum dotalium dominium, & fiſco fuit applicatum liberum omni onere, & hypotheca, qua antea erat gravatum, juxta comprobata *ſupr. ex n.* 71. *& ſeqq.*

Quæ doctrina hodie de jure Regio procedit in omnibus delictis indiſtinctè, pro quibus mulier condemnata fuerit, quia in bonis dotalibus pœna repoſcitur & executioni mandatur non obſtante præjudicio mariti, ex *leg.* 78. *Tauri*, quæ eſt *lex* 11. *tit.* 9. *l.* 5. *recopil.* ubi notat Azeved. *n.* 5. & Ant. Gomez. *in d. l.* 78. *n.* 2. Carleval. *de judic. tom.* 2. *l.* 1. *tit.* 3. *diſput.* 19. *n.* 16. 17. *&* 18.

Fulcitur ex illius quæſtionis reſolutione, de qua *ſupr. n.* 7. *&* 8. *& n.* 31. *cum ſeqq.* an domus delinquentis creditori hypothecata, pro cujus debitoris delicto deſtrui vel comburi mandatur; & concluſum fuit affirmativè, quamvis hoc præjudicet creditori, ob vindictam publicam: quæ opinio probabilior eſt, cùm videamus idem determinari in caſu fortiori, nempe quando ipſa domus communis eſt cum alio tertio condomino, ut non obſtante condomini præjudicio, domus, quæ commodè dividi non poteſt, vel in qua condominus habeat partem ſuperiorem, à fundamentis tota deſtrui debet, ut ex Bald. *in l.* 1. *Cod. quib. ex cauſ. ſervi pro præm. l. accip.* & Felin. *in c. quæ in Eccleſiarum, n.* 28. *de conſtit.* tradit Petra *in tract. de poteſt. princ. ſub rubr. de ſpe quam quis habet ab inteſt. in hæred. viven. §. ſubjiciamus nunc, n.* 14. *verſ. octavus caſus, fol.* 195. latè Iſernia *in cap.* 1. *§. receptatoribus, in addit. poſt n.* 33. *verſ. quærunt moderni: de pace juram. firm.* ſequitur Fabius Capyc. Galeota *in reſponſo fiſc.* 28. *ex n.* 13. idem tenet Maſtrill. *de magiſtrat. l.* 3. *cap.* 4. *n.* 381.

Tertium & ultimum fundamentum excluſi- 90
vum creditorum à mercibus incidentibus in Commiſſum, illud erit, quod cauſa Commiſſi non poteſt regulari per illam diſtinctionem à Doctoribus communiter traditam ad excluſionem vel incluſionem & conſervationem hypothecæ ſuper re poſtea per debitorem alienata; ut ſi alienatio fiat ex cauſa de præterito neceſſaria, putà ex conventione & pacto exiſtente in origine adquiſitionis, ut hoc caſu extinguatur hypotheca: at verò alienatio ex cauſa omnino voluntaria pendente ex ſolida voluntate debitoris, duret & tranſeat hypotheca, ex doctrina ſuperiùs adducta ex *num.* 26. *& ſeqq.* Tum quia hæc diſtinctio procedit in debitore alienante & operante per contractum ex ſuo facto, ſuo conſenſu, &

volun-

voluntate ſive neceſſaria, ſive voluntaria, & per ſeipſum ex facto ſuo ordinato immediatè ad alienandum juxta ſupra dicta ex *num.* 29. quod in Commiſſo prorſus ceſſat; nam caſus Commiſſi non tam eſt alienatio, quàm privatio & amiſſio mer-
91 cium inducta à legis vi & rigore, nulla concurrente voluntate debitoris, nec conſenſu, ſed eo invito & renuente lex ipſa operatur extinctionem juris acquiſiti à debitore propter delictum, fraudem, & audaciam ipſius introducentis merces prohibitas, vel temerè illas occultantis, profeſſione & manifeſtatione omiſſa in portubus & aliis locis à publico deſtinatis ad recognitionem mercium invectarum: qui caſus eſt omninò diverſus ab alienatione ex facto & conſenſu debitoris procedente, de qua loquuntur jura, & Doctores ſuperiorem diſtinctionem adducentes, ſub qua non includitur iſte noſter caſus diverſam habens inſpectionem, & ſub diverſa juris regula incluſus determinari debet juxta varia fundamenta & ſingulariſſimas doctrinas hactenus per totum diſcurſum non ſine ingenti labore requiſitas & cumulatas.

Et quantumvis caſum Commiſſi vellemus applicare alicui præfatæ diſtinctionis membro, certiùs aptaretur primo requirenti cauſam neceſſariam præambulam, ut ex alienatione facta per debitorem extinguatur hypotheca, quatenus privatio & ademptio mercium propter Commiſſum, ſit alienatio neceſſaria inducta à lege, quæ quandocunque contingat, eundem effectum operatur, ac quælibet alienatio proveniens ex conventione partium & cauſa præambula: ut ex plurimis Doctoribus adductis *infra num.* 95. quo ſuppoſito poteſt dici hic caſus comprehenſus in primo membro diſtinctionis; non in ſecundo præciſè requirente liberam & abſolutam voluntatem debitoris, ut conſervari poſſit hypotheca,
92 quæ nunquam in hac amiſſione dominii concurrit: neque enim lex indiget voluntate & conſenſu debitoris, ſed per ſeipſam operatur abſque interventu debitoris hanc privationem & amiſſionem mercium, & extinctionem juris debitoris delinquentis, ipſo facto jure, quia debitore invito, renuente, contradicente, & repugnante, per ſeipſam inducit hanc privationem mercium & extinctionem dominii quod habebat debitor in ipſis fraudulenter & contra prohibitionem legis invectis & introductis, vel non profeſſis. Et ideo quocumque tempore ſuperveniat privatio hæc & extinctio dominii; per neceſſe debet operari effectum reſolutivum hypothecæ tanquam ab illo dependentis & adquiſitæ creditori in conſequentiam; juxta regulam, *Cùm principale non ſubſiſtit, non ea quæ ſequuntur locum habent: de reg. jur. in 6.* quia quocunque tempore accidat privatio & extinctio dominii ex legis diſpoſitione, eundem effectum debet operari, quem operatur cauſa alienationis antecedens & præambula: prout evidentiſſimè probabimus ſtatim.

93 Quapropter de iis mercibus quoquo modo incidentibus in Commiſſum, aliter judicandum eſt quàm de alienatione rei hypothecatæ poſtea facta per debitorem nullo juris rigore cogente, ſed ad libitum & ex ſpontanea voluntate volentem fraudare creditores in jure hypothecæ; quod jus non patitur: at in Commiſſo, debitor introducendo merces prohibitas, vel permiſſas non manifeſtans, nihil ordinavit ad effectum alienandi, ex Doctoribus ſuperiùs adductis & citatis *n.* 29. & 30. ſed potius animo lucrandi & adquirendi in majus commodum & utilitatem ſuorum creditorum, qui caſus cùm longè diſcrepet à præcedenti, illatio quæ fieret ab uno ad alium tanquam irregularis non eſt admittenda.

Quia potius ex ſupra dictis ſequitur quod dum leges privant debitorem delinquentem ut ſupra ſuo dominio, & jus ipſius extinguunt & reſolvunt ipſo jure, eo reſoluto & penitus amiſſo, nullum hypothecæ veſtigium remanere poteſt creditoribus ſuper rebus & mercibus propter commiſſum confiſcatis; quia quoquo modo reſoluto per legem jure debitoris, reſolvi debet 94
etiam jus creditoris quod ab illo dependet: ut in expreſſo probant *dicta l. ſi marito 32. ff. ſolut. matr. l. 2. Cod. ad leg. Jul. de vi publ. d. l. quinque legibus 3. ff. de bon. damnat.* cum aliis *ſuprà* adductis ex *n.* 87. *& ſeqq. & ex n.* 81. *cum multis ſeqq.* quæ diſponunt excluſionem quorumlibet creditorum etiam hypothecam habentium, ne ex bonis ſpecialibus ſeu mercibus confiſcatis perſequi poſſint quod ſibi debetur.

Hinc provenit, quod ad cognoſcendum & 95
diſtinguendum inter actus neceſſarios & voluntarios, Doctores communiter aſſerunt idem eſſe neceſſitatem provenire ab origine vel diſpoſitione partium, & cauſa præambula, vel à diſpoſitione & coactione legis, ut in utroque caſu iidem reſultent effectus, ut ex *Baldo, Signorolo, Caſtren. Corn. Alex. Capra, Cardin. Imola, Afflict. Durando, & aliis* tradit Gabriel. *conſ.* 16. *n.* 31. *tom.* 1. Oſaſc. *deciſ.* 167. *n.* 21. Alban. *conſ.* 17. *num.* 8. Surd. *conſ.* 112. *num.* 63. *ad fin.* Caſtill. *de uſufr. cap.* 46. *num.* 2. *&* 5. Mantic. *de conject. ult. vol. l.* 10. *tit.* 2. *n.* 2. *&* 3. Menoch. *de arbitrar. caſu* 182. *num.* 52. *& lib.* 4. *præſumpt.* 109. *n.* 3. *& præſ.* 110. *num.* 4. *& conſ.* 56. *n.* 15. *& conſ.* 1201. *n.* 26. Barboſ. *in l. ſi cum dotem, §. ſi pater, n.* 2. *ad fin. & n.* 9. *&* 10. *ff. ſol. matr.* Fab. de Ann. *conſ.* 4. *num.* 2. *&* 63. Peregrin. *conſ.* 37. *n.* 13. *tom.* 3. Anton. Sola *ad ſtatut. Sabaud. tit. de feud. gloſ.* 1. *part.* 2. *num.* 6. Randen. *de Analog. l.* 1. *cap.* 15. *n.* 215. Phanut. *de dote gloſ.* 8. *n.* 90. Honded. *conſ.* 39. *n.* 77. *conſ.* 50. *n.* 3. 4. 14. 15. 18. *vol.* 2. Rimin. jun. *conſ.* 774. *n.* 12. *conſ.* 393. *n.* 16. *& conſ.* 384. *num.* 40. Graſſ. §. *Legatum, quæſt.* 16. *n.* 8. Turret. *conſ.* 10. *num.* 2. *conſ.* 83. *nu.* 2. *conſ.* 95. *n.* 9. *tom.* 2. *conſ.* 18. *n.* 3. *in* 3. Caball. *conſ.* 115. *n.* 1. *&* 2. *vol.* 2. Botta *conſ.* 20. *n.* 12. Simon. de Præt. *de interpr. ult. vol. l.* 4. *dub.* 6. *num.* 9. *&* 32. Petra *conſ.* 8. *n.* 168. Giurb. *in conſuetud. Meſſ. c.* 9. *gloſ.* 2. *n.* 10. *p.* 1. Igitur nihil debet obſtare quod neceſſitas alienandi non proveniat ab origine adquiſitionis & actu præcedenti, cùm proveniat à coactione legis quæ idem operatur.

Conſonat, quod quamvis maritus non poſſit alienare res dotales, ſi tamen ſit contumax in præſtanda cautione de damno infecto, eo quod res dotalis minetur ruinam, per primum decretum vicinus mittitur in poſſeſſionem ipſius rei; & creſcente contumacia ejuſdem mariti, ex ſecundo decreto dominium rei dotalis tranſit in vicinum, cui ob contumaciam viri adquiritur juris authoritate & diſpoſitione, non attento nec impediente jure uxoris, cùm ſit alienatio neceſſaria ex juris diſpoſitione: ut optimè & latè comprobat Petr. Barboſa *in l.* 1. §. *part. ex n.* 11. *cum ſeqq. ff. ſolut. matr.*

poſt

poſt Jura & Doctores quos *ibi* allegat, nec ſit neceſſitas alienandi præambula & præcedens conſtitutionem & promiſſionem dotis.

Aliud namque eſt, velle debitorem à ſe abdicare & voluntariè admittere jus & dominium quod in re hypotheca habet: aliud eum coactivè privari jure & dominio ſuo in aliqua re per juris diſpoſitionem ob vindictam publicam, quo caſu per reſolutionem hypotheca non poteſt per-
96 durare. Exemplis res fiet manifeſta; ſi quis habet fructus beneficii hypothecatos vel emolumenta officii, & debitor officio aut beneficio poſtea ſit privatus, [ad latiſſimè tradita per Farinacium omnino videndum, *tom.1. tit. de delict. & pœnis, qu.20. ex n.42. cum ſeqq.*] per neceſſariam conſequentiam jus hypothecæ antea impoſitæ ſuper emolumentis Officii & fructibus beneficii reſolvitur & extinguitur; prout in Officii privatione determinatum affirmat Regens de ponte *in deciſ.18. in fin. & in deciſ.34.* quem referens ſequitur Conſtan. *ad leg.1. ex num.108. cum ſeqq. Cod. pœnis fiſcal. credit. præfer.*

Roboratur ex abundè comprobatis *in hoc Labyrint. par.2. cap.27. ex num.36. cum multis ſeqq.* ubi exactiſſimè de officio hypothecato, & poſtea perdito ſeu quovis modo amiſſo pro debitore, ut nullo modo ſubſiſtat hypotheca præcedens, ſed pariter pereat & extinguatur cum amiſſione juris debitoris poſtmodum ſuperveniente lege operante: Et in beneficii fructibus hypothecatis, ut ſequuta miſſione & privatione beneficii ob factum vel delictum debitoris titulari, et pariter reſolvatur & extinguatur hypotheca præcedens expreſsè determinavit Rota *dec.329. numer.4.* inter recollectas per Farinac. *par.1. fol. mihi 108.* quam adduximus ad literam *hoc Labyrinth. par.1. cap.43. à princip.* & ſignanter *num.10.*

Quod idem ſimiliter procedit in penſione Eccleſiaſtica Tertio creditori hypothecata, nam ſi debitor penſionarius poſtea ex aliqua juris diſpoſitione fuerit illâ privatus, vel aliter ob delictum ipſam amiſerit; eodem modo perit & reſolvitur hypotheca præcedens ut latiùs inferiùs *hoc cap. ſub num.102. verſ. fulcitur diſcurſus.*

Quibus ſimile eſt, quod quando pater ob dilapidationem bonorum adventitiorum filii, privatur eorundem adminiſtratione & ſimul uſufructu, creditores patris amittunt hypothecam quam habebant in illis fructibus, & tamen hæc privatio provenit non ex cauſa antecedente, ſed ex nova ſuperveniente ex vi & diſpoſitione legis, juxta *leg. ult. §. quib. Cod. de ſenten. paſſ. l. Imperator 50. ff. ad Trebell.* Difficultas autem in hoc articulo ſolùm conſiſtit, an pater ſimul privetur fructibus, vel ſolum adminiſtratione bonorum? nam ſi fructibus privetur, dubium non eſt creditores amittere jus in illis, videndus Arias de Meza *var. reſol. lib. 3. cap.37. ex nu.7.* & Nos *hac 4. par. 15. per tot.* ubi latè quæſtionem pro utraque parte diſputantes, ex indubitabili jurium & Doctorum obſervantia reſolvimus ex *num. 13. uſque ad fin.* patrem ſcilicet privari uſufructu per legem ob culpam dilapidationis, & propterea extingui hypothecam creditorum ejuſdem patris.

Ex quo fonte fluit ſimilis doctrina de re perfectè, legitimè, irrevocabiliter donata, & tradita, atque in dominium donatarii perfectè translata, & ab iſto validè hypothecata ſuo creditori; ſi tamen poſtea acciderit, donatarium eſſe ingratum donatori, ita punitur à jure ob culpam ſeu ingratitudinem, ut res donatas amittat, quæ revertuntur ad donatorem reſciſſa donatione; & conſequenter hypotheca antea legitimè conſtituta reſolvitur per culpam donatarii ſupervenientem, quod ſic operatur rigor juris, ut per Alberic. *in l. his ſolis, Cod. de revoc. donat.* quem ſequitur Ripa in *l. fin. eod. quæſt. 42. num. 146.* & Pinell. *ad leg. 2. Cod. de reſcind. vend. par. 2. c.10. num.19.* Mantica *de contractib. l.11. tit.31. num.76.* idem tenet & contrariis reſpondet Tiraquel. *in l. ſi unquam, verb. revertatur, num. 330. verſ. & idem quoque*, Pacific. *de ſalvian. interd. inſpect.5. cap. unic. num.115.* Mozius *de contract. tit. de donat. c. quomodo annull. & revoc. donat. num.61. & 62.* quos & alios ſequitur Hermoſill. *ad leg.10. tit.4. partit.5. gloſ.5. n.19. fol.290. tom.1.* quam defendit *in l. 67. tit.5. part.5. gloſ.1. ex n.21. tom.2. fol.360.*

Idem videmus in donatione rerum perfecta & irrevocabili, quæ tamen reſcinditur ob culpam & ingratitudinem poſtea ſupervenientem donatarii denegantis alimenta donatori, ut hypotheca interim legitimè impoſita per donatarium reſolvatur; quia rigor juris pœnam imponentis non attendit hypothecam ſed revocationem dominii rerum donatarum, ex qua ob pœnam privationis ſubſequutæ hic reſultat effectus: ita tenet Surd. *de aliment. tit. 9. quæſt. 42. ex num. 1. cum ſeptem ſeqq.* & ex *num.15. cum ſeqq.* ubi loquitur de donatione, in qua non aderat pactum præſtandi alimenta, ſequitur Hermoſill. *ad leg. 67. gloſſ. 1. ſub n.21. verſ. caſus duodecimus eſt*: & his non citatis, ex aliis pluribus tenet Merlin. *de pignor. l. 5. quæſt.19. per tot.* quia in his caſibus jus operatur revocationem donationis ipſo facto, prout in caſu noſtro, ut poſt plurimos Doctores probat Hermoſill. *ad d. leg.10. tit.4. part.5. gloſ.7. n.15. fol. 96. tom. 1.* quiá ubi lex in pœnam privat delinquentem dominio rei ſuæ ipſo jure, non attendit hypothecam interim contractam.

Item quando dominus amiſit ſervum hypothe- 97
catum, eo quod factus ſit vagabundus, quo caſu dominus perdit dominium ſervi, & adquiritur fiſco Principis, qui poteſt ipſum alteri donare, *l.1. & 2. Cod. ſi vag. petat. mancip.* & colligitur ex *l. 3. Cod. de agricol. & cenſit.* Tiber. Decian. *tract. crim. l.4. cap.13. num.10. tom.1.* pariter creditoris domini reſolvitur hypotheca, reſoluto & amiſſo jure debitoris quod ab illo dependet.

Item navis hypothecata, diruta, vel molendi 98
num vi fluminis deſtructum, licèt iterum reædificentur etiam ex eiſdem tabulis & tignis, hypotheca extinguitur, Cenſius *de cenſib. quæſt.101. per tot.* Avendan. *de cenſib. cap.60. ex n.14.* variis enim mo-
dis poteſt contingere amiſſio rei hypothecatæ, & 99
ſimul reſolutio hypothecæ, *l. ſervum 27 ff. de pignorib. l. ſicut 8. ſi quib. mod. pign. vel hypoth. ſol. l. ſi eum venderet §.1. & l. creditor 15. ff. de pignor. act.* cum ſimilib. *l. 2. Cod. de ſervo pign. dat. manumiſſ.* ubi hypotheca tacita, vel generalis ſuper ſervo reſolvitur propter libertatem ei datam à debitore, quia in ſervo facto libero non poteſt durare hypotheca, ut deciditur his verbis: *libertas à debitore fiſci ſervo data, qui pignori non eſt ex conventione ſpeciali, ſed tantum privilegio fiſco obligatus non aliter infirmatur, quàm ſi hoc fraudis*

*conſilio effectum delegatur*: & idem probat *lex* 3. *eod.*

100 Hinc fit quod ſervus hypothecatus ſi delictum commiſit, ob quod fuerit damnatus vel in metallum, vel ad mortem, non attenditur jus dominii, nec creditorum hypothecæ, quominus ſententia in ſervum lata mandetur executioni: ut probant Doctores ex *l.* 1. *Cod. de bon. præſcript.* melior text. *in l. ſi fugitivi ſervi deprehendantur ad barbaros transeuntes, aut pede amputato debilitentur, aut metallo dentur, aut qualibet alia pœna afficiantur.* 3.*Cod. de ſerv. fugit. l. ſi quis aliquid*, §. 1.*ff.de pœnis*, *l.metalli ſupplicium tam ad perſonas liberas, quam etiam ad ſervilis pertinet conditionis*, *Cod. de pœn.* atque ita ſervus poteſt hoc modo conditionem domini deteriorem facere: verba ſunt text. in *l.* 1.§. *quid ergo, in fin. ff. de vi, & vi arm.* præfatam concluſionem probant Vincent. de Franch. *dec.*317. *à n.*6. Peguera *deciſ. crim.*22. *per tot.* Jul.Clar. *l.*5.*recept.ſentent.* §. *fin. quæſt.*97.*à princ.* Petr. Cavall. *reſol.crimin. centur.*2.*caſu* 146. *per tot.* Fulv. Conſtantius *in l.*1.*n.*80.*Cod.pœn.fiſcal.credit.præferri*: quos allegat Salcedo *in tract. de Contrabanno*, *cap.* 29. *num.* 86.

Et horum jurium & Doctorum ratio petenda erit ab his quæ hactenus ex *num.* 74. *cum multis*

101 *ſeqq.* adduximus, quia dominus in his pœnis capitalibus amittit dominium ſervi, adeo ut etiamſi redeat, non redit in dominium domini, ſed ad fiſcum pertinet text. eſt *in l. aut damnum* 8.§.*fin. ff.de pœn.* cujus verba ſunt: *ſervos in metallum, vel in opus metalli, item in ludum venatorium dari ſolere, nulla dubitatio eſt*; *& ſi fuerint dati, ſervi pœnæ efficiuntur, nec ad eum pertinebunt, ejus fuerint antequam damnarentur*, &c. & ſtatim *Imperator Antoninus rectiſſimè reſcripſit quia ſemel domini deſierat eſſe. pœnæ ſervus factus, non eſſe eum in poteſtatem domini poſtea reddendum &c.* Cum enim dominus debitor ex juris diſpoſitione amiſit dominium ſervi, creditorum hypotheca pariter extincta & ſimul reſoluta intelligitur. Quia vera

102 eſt concluſio, quod quandocunque & quomodocunque reſolvatur ex juris diſpoſitione, jus & dominium debitoris circa rem hypothecatam, abſque ejus voluntate & conſenſu, nullo modo poteſt ſubſiſtere hypotheca, quia reſoluto jure debitoris, reſolvitur jus hypothecæ creditoris, ex comprobandis ulterius.

Et de hac dominii amiſſione propter commiſſum, idem judicandum erit ac ſi ab hoſtibus juſto bello merces captæ fuerint; prout hanc comparationem expreſsè probat *lex* 31. *tit.* 26. *part.* 2. *ibi*, *E ſin toto eſto tuvieran por derecho que los que llevaſen algunas coſas ſin mandamiento del Rey à tierra de los Enemigos quienes fueſſen Chriſtianos, o Moros, que quien quiera que ſe lo trate, que fueſe ſup. como aquello que ſe gana derechamente en guerra*, Bobadilla *d.tr.c.*5.*n.*271. quarum mercium dominium (poſtquam collocatæ ſunt in tuto per viginti quatuor horas) ita dominus amiſit, & fuit adquiſitum capientibus, ut ſi à noſtris iterum fuerint recuperatæ, non reſtituantur antiquo domino; qui nullum habet jus ad illas recuperandas, q ia ſemel dominium ex juris neceſſitate ac diſpoſitione amiſit, fuitque in alios tranſlatum; ad latè & accuratè ſcripta per Salced. *de Contraban. cap.* 11. *per tot. ex fol.* 97. nonne igitur foret abſurdum, velle creditores ratione ſuæ hypothecæ avocare has merces ab amicis illas recuperantibus, quando dominus nullum jus habet ad eas petendas? hi enim ſunt effectus dominii amiſſi ipſo jure, & alium ex legis poteſtate tranſlati abſque ullo onere.

Fulcitur diſcurſus iſte; quia penſio Eccleſiaſtica Tertio creditori hypothecata ſicut amittitur, & ea privatur ipſo jure penſionarius per matrimonium poſtea contractum, ad latè tradita per Nic. Garc. *de benefic. par.* 1. *cap.* 5. *ex num.* 105. *cum multis ſeq.*& à *num.* 121. eodem modo quo beneficium amittitur ut *ſupr. numer.* 96. ita pariter ſimul extinguitur hypotheca ſuper penſione impoſita, prout determinavit Rota *in deciſ.* 319. *inter recoll. per Farinac. par.* 1. *fol. mihi* 108. per quam Nos reſolvimus etiam *in hoc Labyr. par. cap.*43.*n.*3. *&* 15.

Hæc fundamenta acutè & accuratè conſiderata ex *d. num.*75. *cum omnibus ſequent.* adnotabis, quia convincunt prorſus quaſlibet difficultates in contrarium adductas vel adducendas. Ex quibus fundamentis una reſultat firmiſſima reſolu- 103 tio, quod in mercibus in commiſſum tam per contrabannum, quàm per omiſſam profeſſionem & manifeſtationem mercium permiſſarum incidentibus, fiſcus tanquam dominus factus ipſo jure anteponitur quibuſcumque creditoribus hypothecariis delinquentis; quorum hypothecæ ſubitò cum dominio debitoris perierunt, extinctæque & reſolutæ fuerunt, nec fiſcus ex prædictis ſpeciebus confiſcatis, tranſlatis ad ipſum aliquo onere, tenetur ſatisfacere creditoribus debitoris illas introducentis. Quam opinionem & reſolutionem veriſſimam arbitror, & in praxi ſervandam; nec unquam vidi, nec audivi creditorem aliquem delinquentis prælatum fuiſſe fiſco agenti pro Commiſſo, in quo ſi admitterentur creditores, omninò fruſtrarentur tam juſtæ & ſanctæ pragmaticæ, & creſceret audacia & temeritas introductioni, in notabilem perniciem & detrimentum Reipublicæ; facillimum enim foret introducentibus merces has prohibitas, fingere, & falsò ſupponere creditores ad liberandum merces in fraudem fiſci: prout ulterius ex variis juris fundamentis noſtra reſolutio undequaque veriſſima apparebit. Ubi enim concurrit neceſſitas & rigor legis motæ ex juſta cauſa non attenditur Tertii præjudicium inde per accidens ſequen- 104 dum, ut in veſtibus & aliis mercibus peſte infectis, quæ comburuntur juris præcepto, non attento præjudicio domini, nec creditorum in mercibus jus hypothecæ habentium, ut ex *l.*1.§. *cura carnis ff. de offic. præf. urb.* & ex aliis docet Ripa *de peſte*, *cap.*6.*numer.*49. quos referens ſequitur Salcedo *in tract. de contrab.c.*29. *n.*96. & comprobatur *infr. num.* 113.

Idem conſiderandum in terminis *leg.* 2. *tit.* 1. 105 *part.*2. *& leg.*31.*tit.*18.*part.*3. ubi deciditur, poſſe Principem agrum vel domum tollere à vaſſallo invito, quoties illis egeat Princeps ad aliquid faciendum, data recompenſa: quod exornat latiſſimè Cevall. *commun. contra com. tom.* 4. *quæſt.* 906. *ex num.* 4. *cum multis ſeqq.* Hermoſill. *ad leg.* 3. *tit.* 5. *part.* 5. *ex num.* 9. *tom.* 2. *fol.*7.& latius ex *nu.* 30. *cum ſeqq.* quia tunc cùm deficiat voluntas & conſenſus domini fundi, non conſideratur alienatio, nec venditio, ſed amiſſio coacta; & ideo dominus non tenetur ſolvere gabellam, ut latè diſputantes probant Lazarte *de decima vendit.cap.*19.*ex n.*107. & Gutier. *in tract. de Gabell. quæſt.* 22. *numer.* 26. cùm igitur debitor

coactè

coactè dominium rei amittat, pariter hypotheca ſuper ea impoſita reſolvi debet.

Infertur etiam ad *leg: præſcriptio*, *l. omnes*, *Cod. de operib. publ.* ubi propter publicorum ædificiorum conſtructionem privata ædificia dirui ſeu deſtrui poſſunt, Carpan. *ad ſtatut. Mediol. c.* 433. *nu.* 70. Giurba *deciſ.* 86. *n.* 4. Fontanell. *de pact. nupt. clauſ.* 4. *gloſ.* 12. *num.* 28. ubi pro ampliatione plateæ publicæ compulſus eſt vendere domum ſuam deſtruendam; & pro conſtructione domus Conſilii publici, vel carceris, idem tradit Aviles *in cap. Prætor. c.* 18. *gloſ.* 12. *numer.* 2. & 3. Farinac. *dec.* 854. Guſman. *de eviction. quæſt.* 52. *n.* 46. Et
107 quod Judex pro decore civitatis poteſt domum privati deſtruere, Paris de Puteo *de ſyndic.* §. *Judex. num.* 26. Roman. *ſingul.* 710. Ripa *in rubr. de damn. infect. num.* 5. Gaſpar. Theſaur. *quæſt. forenſ.* 64. *num.* 4. Avendan. *in cap. Prætor.* 1. *par. c.* 19. *num.* 39. Bobadilla *in politic. lib.* 3. *cap.* 5. *nu.* 26. Giurba *deciſ.* 86. *num.* 5. Azeved. *in l.* 7. *tit.* 7. *Recopil. num.* 9. Guzman. *de evictionib. quæſt.* 57. *num.* 47. Hermoſill. *ad leg.* 3. *gloſ.* 1. *tit.* 5. *part.* 5. *ex num.* 10. *cum multis ſeqq. tom.* 2. *fol.* 7. ubi infert ad plurimos caſus in quibus dominus compellitur invitus ex juris diſpoſitione vendere domos
108 & bona ſua: & ex *n.* 32. *cum multis ſeqq.* innumerabiles penè referens contra Covar. pro ædificio Eccleſiæ, aut reparatione & extenſione Monaſterii, Hoſpitalis, Capellæ, & ſimilium, poſſe vicinos invitos cogi vendere bona & domos proprias, ex *l. ſi quis ſepulchrum*, *in princ. ff. de religioſ. & ſump. fun.*

109 In quibus, & aliis ſimilibus caſibus, operante legis potentia, ſicut debitor amittit invitus jus & dominium rerum ſuarum, multo fortiùs creditores debent ſimul amittere jus hypothecæ ex reſolutione juris & dominii debitoris principalis à quo jus ipſorum dependet & derivatur: quo argumento in ſimilibus omnino terminis utitur Rota penes Manticam, *deciſ.* 63. *per tot.* maximè *ex numer.* 4. ubi de ſtatuto cogente dominum vendere domum vicino volenti ædificare ad ornatum Reipublicæ, quod ſi dominum privat ſuo dominio, multo fortiùs tolli debet hypotheca, quam ſuper domo habet Tertius, cùm ſit jus multo debilius.

Idem fundamentum comprobat Rota, ut per Merlin. *deciſ.* 465. *ex numer.* 1. & ex *num.* 6. *cum ſeq.* ubi de Bulla Gregorii XIII. per quam quis cogi poteſt domum viliore pretio vendere alteri volenti ædificare pro ornatu urbis: & quod ex hac legis coactione privetur ſocius jure, quod aliàs ei competit ratio ſocietatis & communionis ad retractum, quod fortius eſt jure hypothecæ, ead. Rot. *deciſ.* 437. *ex numer.* 26. penes ipſum *Merlin.* Ergo ſi dominus ratione ſui dominii nequit reſiſtere legis coactioni, abſurdum foret hanc poteſtatem tribuere creditori ratione juris hypothecæ quod longè debilius videtur, ut etiam fortiùs videmus in bonis majoratus ac fideicommiſſi
110 perpetui, prohibitis alienari & in Tertium transferri; tamen juris authoritate & potentia interveniente, ut in caſibus relatis, cogitur poſſeſſor majoratus bona vendere & alienare, non attento præjudicio ſuo & familiæ vocatæ, nec non ſucceſſorum omnium quibus jus ex fundatione adquiſitum extat radicaliter & ab origine ipſius, in quibus efficacius jus reſidet quàm in creditore hypothecario: ut probant Leo *dec. Valent.* 90. *num.* 13. Franciſc. Marc. *dec.* 534. *nu.* 6. *par.* 1. Fontanel. *de pact. nupt. clauſ.* 4. *gloſ.* 12. *n.* 25. 26. & 27. & 2. *par. clauſ.* 5. *gloſ.* 1. *num.* 120. Novar. *de elect. for. ſect.* 2. *quæſt.* 21. *nu.* 9. Giurb. *dec.* 80. *numer.* 16. idem Giurb. poſt Hieron. de Leon. & Mantic. *obſerv.* 46. *num.* 9. & 27. & *ad ſtatut. Meſſan. c.* 10. *gloſ.* 10. *numer.* 4. Gratian. *diſcept.* 742. *num.* 25. & 26. *tom.* 4. Riccius *collect.* 76. & Gratian. *deciſ.* 45. Carooc. *deciſ.* 261. plurimos alios adducit Hermoſill. *ad leg. gloſ.* 1. *tit.* 5. *par.* 5. *numer.* 49. & 50. ubi quod etiam procedit in feudalibus & emphyteuticariis quorum alienatio prohibita eſt: ergo multo magis id operabitur legis poteſtas & coactio in hypothecis creditorum: ut in iſtis terminis determinavit Rota apud Mantic. *in d. deciſ.* 63. *ex num.* 6. & *ſeqq.* ubi optimè comprobatur hoc fundamentum.

Quoniam hujuſmodi alienationes, quæ proce- 111
dunt ex vi coactiva ſeu compulſiva legis, non ſubjacent regulis juris ordinariis exigentibus conſenſum & liberam voluntatem domini: igitur multo magis procedere debent ſupra ſcripta, quando ob culpam, fraudem & delictum domini debitoris, ipſe dominio ſuo privatur, & per confiſcationem extinguitur & reſolvitur in favorem publicæ diſciplinæ: ut rectè diſtinguit Conſultus in *l. licitatio*, 9. *quod illicitè*, ibi: *alterum enim utilitas privatorum, alterum vigor publicæ diſciplinæ poſtulat, ff. de publican. & vectigal.* conſona lex, *ita vulneratus*, §. *quod ſi quis*, *ff. ad leg. Aquil.* cum *ſimilib.* ut multo magis jus creditorum hypothecæ debeat reſolvi.

Nam quemadmodum amiſſio dominii, & pri- 112
vatio mercium non pendet à voluntate & conſenſu debitoris, ſed ex viſceribus juris, ita præcisè & coactivè operantis, pariter nec requiritur cauſa alienationis præcedens hypothecam, quæ tunc requireretur quando lex ſimpliciter adjudicaſſet merces fiſco; ſed non quando ſimul præmittit amiſſionem, reſolutionem, & extinctionem juris & dominii debitoris, quæ in neceſſariam conſequentiam influit in jus hypothecæ ab illo dominio dependens, juxta viriliter & veraciter hactenus comprobata ex tot variis & validis fundamentis.

Nam quando lex vel ſtatutum diſponit ſuper 113
actu licito & permiſſo, non attenditur damnum & præjudicium quod indirectè inde ſequitur; & per quandam conſequentiam accidere poteſt alicui, nec propterea impeditur legis effectus & executio: text. eſt in *l. quis nec cauſam*, *ff. ſi cert. pet. l. nullus* 6. *de reg. jur.* & aliæ doctrinæ belliſſimæ videndæ ſunt lato calamo adductæ in *hoc Labyr. par.* 1. *c.* 37. *ex n.* 40. & *num.* 32. juſtiſſimè enim lex privat mercibus eum, qui ipſâ contemptâ illas contra bannum publicum introduxit; quid igitur refert præjudicium creditoris habentis in eiſdem jus hypothecæ indirectè & per quandam conſequentiam, quo minus ipſum virtualiter extinctum intelligatur ex natura rei geſtæ hunc effectum producentis, ad quem lex principaliter non fuit deſtinata, ſed ad privationem & extinctionem dominii debitoris delinquentis, juxta abundè comprobata in *d. c.* 37. *nu.* 32. & *ex n.* 40.

Deinde quia prohibita alienatione, ſolum in- 114
telligitur prohibita illa quæ fit ab homine ex voluntate & conſenſu ejus, non verò quæ inducitur à lege expreſsè vel tacitè: ut ex quampluribus Doctoribus comprobat Mierez *de majoratu*, 4. *part. qu.* 1. *limit.* 1. à *num.* 6. & quia alienatio quæ

à legis diſpoſitione oritur neceſſaria eſt, Baldus Pereyra in *l. ſi curatorem, gloſſ. contractum feciſti, n.* 18. *Cod. de in integr. reſtit.* Monter. *deciſ.* 1. *n.* 6. Gallinius *de verb. ſign. cap.* 32. *num.* 5. Giurba *ad conſuetud. Meſſan. cap.* 14. *gloſ.* 6. *ſub nu.* 6. *& princip.* ubi multa congerit.

115 Et quando obligatio alicui prohibetur, non intelligitur nec comprehenditur obligatio tacitè inducta à lege ex aliquo contractu permiſſo: optimè Carrar. *deciſ.* 46. *ex num.* 13. exempla tradit Moneta *de commutat. ult. volunt. cap.* 11. *ex numer.* 222. *fol.* 1545. & ex *Croto, Alciato, & Rot. deciſ.* tenet Merlin. *de pignor. l.* 5. *quæſt.* 8. *numer.*

116 75. & 76. quia alienatio tacitè inducta à lege, tanquam neceſſaria ita præcisè obligat, ut comprehendat bona mobilia minoris, excluſo decreto & aliis juris ſolemnitatibus, latè per Gratian. *diſcep. forens. tom.* 1. *cap.* 27. *à num.* 44. *cum ſeqq.* ubi ponit varia exempla, optimè Pinel. *de bon. matern. in l.* 1. *par.* 3. *ex num.* 45. Tiraquel. *de leg.*

117 *connub. gloſ.* 8. *q.* 23. *ex nu.* 184. ubi de ſolemnitatibus aliàs requiſitis in contractibus mulierum, Rota *deciſ.* 186. *num.* 6. ut per Cencium *poſt tract.*

118 *de cenſib.* Quibus conſonat quod donatio tacitè inducta à lege operatur ſuos juris effectus abſque acceptatione donatarii, ut per plures DD. probat Mierez *de majorat. part.* 1. *quæſt.* 68. *à num.* 43. *& quæſt.* 36. *à num.* 24.

119 Nam alienatio ex cauſa neceſſaria inducta à lege, nec eſt alienatio, nec comprehenditur ſub prohibitione alienationis: facit *lex* 1. *ff. de fun. dot.* ibi. *quia hæc alienatio non eſt voluntaria*: & *l. alienationes* 13. *ff. famil. erciſc.* ibi, *dumtaxat voluntariæ, non quæ cauſam neceſſariam habent*, text. in *l.* 3. *in princ. verſ. pignori*, cum §. *ſeqq. ff. de rebus cor. l. ſi pupillorum*, §. 1. *ff. eod. & ex l.* 1. *&* 3. *Cod. quando decreto opus non eſt*; ut ultra citatos *numer.* 14. *&* 15. latè Fuſar. *de ſubſtit. q.* 597. Olea *titul.* 2. *quæſt.* 2. *num.* 6. Arias de Meza *lib.* 3. *var. cap.* 26. *&* 27. *per tot.*

120 Et in tantùm lex in hujuſmodi alienationibus neceſſariis præcisè & efficaciter operatur, ut nullo modo attendat ad ſolemnitates aliàs de jure requiſitas in favorem partis, vel Reipublicæ, ſed abſque illis effectum ſuum perficiat, Caſtil. *tom.* 6. *controverſ. cap.* 113. *à nu.* 15. Lara *de Anniverſar. lib.* 1. *cap.* 20. *num.* 6. *&* 64. latè Surdus *conſ.* 70. *per tot.* Guid. Pap. *dec.* 31. *num. fin.* Merlin. *controverſ. centur.* 2. *c.* 74. *num.* 35. & ex Rota, Scaccia, Gratian. idem Merlin. *centuria* 2. *cap.* 39. *à num.* 41.

121 Quia Regula eſt, quod actus factus ex juris neceſſitate & compulſione, non comprehenditur ſub lege prohibente actum fieri, *l.* 1. *ff. de excuſat. tutor. l. ut gradatim*, §. 1. *ff. de muner. & bonor.* & per alia plura jura conſuluit Anton. Cioſi. *conſ.* 37. *vol.* 1. Ludov. Roman. *conſ.* 393. *per tot.* Aymon. Cravet. *conſ.* 215. Jaſ. *in l. ſi unus*, §. *pactus, numer.* 29. *ff. de pact.* Cancer. *var. rer. par.* 2. *c.* 1. *de minorib. ex n.* 178. *cum ſeqq.*

122 Maximè ſi hæc juris compulſio neceſſaria, proveniat ex delicto, vel quaſi, quia tunc non obſtante prohibitione legis, ne quis poſſit ſe obligare, vel bona ſua alienare abſque certis ſolemnitatibus, lex abſque illis operari poteſt & publicare, ne delicta maneant impunita, ut in prohibitione facta minori, & prodigo: quæ non extenditur ad alienationem cauſatam ex delicto, vel quaſi, Gloſ. & DD. in *l. ſi quis in tantum, Cod. unde vi,* tradit Bartol. *in l. ſi qui bonis ff. de verb. oblig.* Franciſc. Baldus *in l. ſi curatorem habens, in verſ. non abſimilis, numer.* 43. *Cod. de in integr. reſtit.* Cancer. *variar. par.* 2. *cap.* 1. *de minorib. num.* 190. Roder. Suar. *in l.* 15. *tit. de las deudas, num.* 16. ubi alios allegat.

---

## CAPUT X.

### Hypotheca ex facultate Regia legitimè impoſita ſuper bonis majoratus, an extinguatur perveniente majoratu ad ultimum familiæ conſanguineum, penes quem vinculum diſſolvitur, & bona libera remanent.

SUMMARIUM.

1 *Majoratus familiæ relictus extinguitur, & bona remanent libera penes ultimum poſſeſſorem, poſt cujus obitum familia erit extincta.*

2 *De admiſſione fœminæ excluſæ quando nullus ſupereſt maſculus in majoratu rigoroſæ agnationis: remiſſivè.*

3 *An & quando filii naturales & ſpurii admittantur ex natura majoratus perpetui, omnibus legitimis de familia extinctis.*

4 *An hypotheca ſuper bonis majoratus ex facultate Regia impoſita diſſolvatur, extincto vinculo per extinctionem familiæ? diſputatur ad partes, n.* 5. & ſeqq.

5 *Mutata rei hypothecatæ forma, hypotheca ipſa extinguitur.*

6 & 7. *Servi, ſicut alia debitoris bona, hypothecariæ obligationi ſubjici poſſunt.*

8 *Servo hypothecato manumiſſo, hypotheca diſſolvitur, etiam in præjudicium creditorum.*

9 *Qualitas nova ſuperveniens emi illud tranſmutat in novam ſpeciem: Declaratur num.* 23. 24. & aliis ſeqq.

10 *Extinctâ familiâ, extinguitur vinculum majoratus, & bona remanent libera apud ultimum poſſeſſorem.*

11 *Hypotheca legitimè conſtituta ſuper bonis majoratus extinguitur, extincto majoratu, ſed unus hypothecæ perſeverat.*

12 *Bona majoratui hypothecata ex facultate Regia, non immutantur, vel in forma, vel in qualitate, licèt remaneant libera, apud ultimum poſſeſſorem, familia extincta.*

13 *Forma, ſeu clauſula hypothecæ bonorum majoratus apponi ſolita in reſcripto Regio.*

14 *Bona majoratus hypothecata ex facultate Regia, non dicuntur immutari ratione hypothecæ per ſupervenientem libertatem.*

15 *Hypotheca non diſſolvitur quamdiu remanet ſalva rei hypothecatæ ſubſtantia.*

16 *Libertas ſuperveniens majoratui reſpectu vinculi, non deſtruit ſubſtantiam bonorum ejuſdem.*

17 *Servus hypothecatus per hypothecam generalem omnium bonorum debitoris, poteſt manumitti, & hypotheca extinguitur; ſecus ſi per ſpecialem n.* 18.

19 *Servi etiam generaliter hypothecati manumiſſio non valet in præjudicium creditorum, ſi debitor non ſit ſolvendo.*

20 *Bona majoratus fiunt libera authoritate Principis, dum ipſe concedit facultatem ea obligandi jure*

*jure hypothecæ, & ideo quoad hypothecam non immutantur per libertatem ſupervenientem ex familiæ extinctione, & n.24.*

21 *Hypotheca bonorum majoratus ex facultate regia, non eſt generalis, ſed ſpecialis, & ideo non extinguitur per libertatem majoratui ſupervenientem.*

22 *Clauſula*, omnia & ſingula, *in obligatione generali bonorum debitoris, operatur ſpecialem hypothecam in ſingulis.*

23 *Qualitas ſuperveniens enti, non immutat illius ſubſtantiam, & n.24. & 25.*

26 *Qualitas ſuperveniens rei hypothecatæ, non immutat nec extinguit hypothecam.*

27 *Bona hypothecata tranſeunt in quemlibet poſſeſſorem cum ſuo onere.*

28 *Res pluribus creditoribus ſeparatim hypothecata, ſi uni ſatisfactum ſit, non fit libera reſpectu aliorum.*

29 *Bona majoratus, per extinctionem familiæ, non omnimodam ſed limitatam aſſequuntur libertatem; & ideo cenſus & penſiones quibus erant gravata, non pereunt.*

30 *Hypotheca ſuper uſufructu formali impoſita non extinguitur ſi tranſeat in cauſalem per adquiſitionem proprietatis.*

1 PRo præciſa introductione celeberrimæ quæſtionis, priùs ſupponendum duximus, Majoratum familiæ relictum cum prohibitione alienationis extingui, & diſſolvi vinculum, quoties pervenit ipſe majoratus ad ultimum familiæ conſanguineum, ita ut nullus alius per rerum naturam ſuperſit aut ſupereſſe poſſit ex ea ſive de vocatis, & in fundatione comprehenſis: quapropter cum ceſſet omnino prohibitio alienationis propter familiam inducta per fundatorem; bona majoratus ita libera & alienabilia perveniunt & reſident penes ultimum poſſeſſorem, ut de illis poſſit ad libitum diſponere; & tranſeant ad omnes hæredes etiam extraneos, ſive teſtamentarios, ſive legitimos; vel etiam poſſit novum fundare majoratum ex eiſdem bonis, ſeu aliter pro ſuo arbitrio ea alienare inter vivos, & cauſa mortis; ut ſunt jura aperta in *l. quoties ab omnibus, Cod. de fideicomm. l. qui ſolidum. §. prædium, l. cum pater, §. libertis. ff. de legat. 2.* Noguerol. *alleg. 25. ex n. 10.* ubi adducit Rotæ deciſiones; latiſſimè Mierez *de majoratu. 4. par. quæſt. 29. per tot. & aliis locis*, quæ longa ſerie cum plurimis aliis tractat Caſtill. *lib. 2. controverſ. capit. 22. numer. 45. & per tot.* videndus ex *numer. 75. uſque ad fin. & tom. 6. c. 143. §. unico per tot. & in capit. 146. per tot.* ex Ludov. Molina *libr. 1. capit. 4. per tot.* plurimos congerit Addit. *ex numer. 1. cum ſequentibus juncto numer. 23. & ſequentib.* Fuſar. *de fideicomm. quæſt. 551. num. 1. & 2.* & latiùs in *quæſt. 735.* ubi innumerabiles penè Doctores adducit, qui etiam 2 tractant de amiſſione fœminæ excluſæ in majoratu rigoroſæ agnationis, quando ſcilicet nullus ſupereſt agnatus, ſed omnes prorſus deficiunt.

3 Imò & filii naturales, & ſpurii penitùs excluſi à ſucceſſione majoratus, omnibus tamen legitimis de familia extinctis, admittuntur ex natura majoratus perpetui, perpetuámque in infinitum ſubrogationem deſiderantis: ex Mierez, Flor. de Mena, & pluribus aliis probat Caſtill. *controverſ. tom. 5. cap. 82. numer. 49. & per aliquot columnas uſque ad fin.*

Hac igitur majoratus diſſolutione ſuppoſita, 4 difficultas verſatur an hypotheca, ſuper bonis majoratus ex facultate Regia impoſita, diſſolvatur, extincto vinculo, & bonis redactis ad priſtinam libertatem, extinctis omnibus de familia conſanguineis, ita ut ultimus poſſeſſor de illis diſponat tanquam de bonis liberis; vel an inſuper creditor ad concurſum ab ultimo hoc poſſeſſore, ſeu ejus hærede peractum graduari debeat pro ſuo credito?

Et pro parte affirmativa, Hypothecam ſcilicet extingui per ſupervenientem libertatem in bonis hypothecatis, plura urgent fundamenta. 5

Primum, quia mutatâ rei hypothecatæ formâ, & ſtatu, hypotheca ſuper ea impoſita extinguitur & diſſolvitur, alia namque & nova res eſt: ad quod plurima jura & Doctores adduximus *hac 4. part. cap. 4. ex numer. 4. cum ſequentib.* Sed in noſtro caſu mutatur forma rei, & bonorum, quia de vinculatis fiunt libera, & ſub qualitate vinculatorum impoſita fuit hypotheca ſuper ipſis, ideoque facultas hypothecandi fuit à Rege impetrata; ergo hypotheca non poteſt ſubſiſtere poſtquam bona ipſa pervenerunt ad libertatem.

Secundò, pro hac parte viriliter facit, quod 6 ſervus cadit ſub obligationem hypothecæ; quemadmodum cætera bona debitoris, quia ſervi ſunt de ſubſtantia & bonis patrimonii noſtri, *l. ult. in fin. Cod. de verb. ſign.* ubi Gloſſ. & Bartol. cum plurimis aliis cumulatis à Tiraquello in *l. ſi unquam, verb. donatione largitus. num. 323. Cod. de revoc. donat.* Rebuff. *in l. rei 5. fol. 59. verſ. quinto, ff. de verbor. obligat.* & ideo tam generaliter quàm ſpecialiter expreſsè 7 vel tacitè ſervi obligari poſſunt jure hypothecæ, *l. Paulus 29. §. ſi ſciens, ff. de pignorib.* ubi ſi dominus conſentiat ſervum obligare bona ſua, ſub obligatione & hypotheca ipſemet ſervus continetur, ibi *ipſum quoque, qui cavit obligatum eſſe pignoris jure*: & tot. tit. *Cod. de ſervo pign. dat.*

Attamen ſi ab ipſo debitore ſervi hypothe- 8 cati, manumiſſi fuerint, poſtquam conſequuti fuerunt libertatem, eximuntur ab hypotheca, & creditores hypothecæ jus amittunt, text. eſt in *l. libertas à debitore fiſci ſervo data, pignori non eſt ex ſpeciali conventione, ſed tantum privilegio, fiſco obligatus, non aliter infirmatur quàm ſi hoc fraudis conſilio effectum detegatur.* Et in leg. *ab eo, qui bona ſua pignori obligavit, quæ habet, quæque habiturus eſſet, poſſe ſervis libertatem dari certum eſt. Cod. de ſervo pignorib. dat. manumiſſ.* Ergo pariter in bonis vinculatis hypothecæ ſubjectis dicendum erit ut hypotheca diſſolvatur poſtquam eadem bona, ſervitute vinculi diſſoluta, ad libertatem pervenerunt.

Tertiò, probatur hypothecæ extinctio, nam 9 qualitas nova ſuperveniens enti, illud tranſmittit in diverſam & novam ſpeciem, *§. præterea, inſtit. de inutil. ſtipul. cap. cum Marthæ, §. quæſiviſti, de celebrat. miſſar. capit. ſtatutum, de elect. lib. 6.* Hypolit. *ſingulari 520.* Menochius, *conſil. 35. numer. 13. & de recuper. poſſeſſ. remed. 6. numer. 8.* Surd. *dec. 2. & conſ. 179. num. 40. & conſ. 202. numer. 8. & conſ. 321. numer. 12. & ſeqq.* Stephan. Gratianus *diſcept. forenſ.*

*forenſ.tom.5.cap.854.num.52. & c.936.numer.24.* Mangil. *de imputat.quæſt.176.numer.4.* Scacc.*de commerc.§.7.gloſ.5.n.159.* Sed in hoc caſu, horum bonorum qualitas omnino mutatur, & nova
10 ſupervenit, quia de vinculatis & alienari prohibitis facta ſunt libera & alienabilia, quando extincti ſunt omnes de familia vocati, ut ſupponunt Doctores adducti ſuperiùs *ex num.1.* & multi alii ab eiſdem laudati, ergo hypotheca ſuper illis impoſita, intelligitur reſoluta & extincta juxta adducta *ſupr. num.5.*

11 His tamen & aliis minimè refragantibus, Contraria reſolutio tenenda erit uti verior, certior, & probabilior; ut nempe hypotheca legitimè conſtituta ſuper bonis majoratus, nullo modo extinguatur, ſed duret & perſeveret in eiſdem, quantumcumque libera remaneant apud ultimum familiæ conſanguineum poſſeſſorem: prout ex invincibilibus fundamentis apparebit.

12 Primò, quia in bonis majoratus hypothecatis ex facultate Regia, nec in forma, nec in qualitate ſupervenit aliqua mutatio, quantumvis ex vinculatis reddantur libera ceſſante cauſa vinculi; quoniam eadem bona ab initio, quo ex facultate Regia hypothecæ ſubjecta fuerunt, ad effectum ſolvendi debitum propter quod fuerunt creditori hypothecata, facta fuerunt libera, Principis authoritate & poteſtate, revocantis expreſsè prohibitionem alienationis factam & inductam à fundatore majoratus ad effectum illius quantitatis debitæ perſolvendæ; cujus reſcriptum licèt per ſe & alio non expreſſo, licentiam & facultatem alienandi poſſit operari, cùm ad hunc effectum alienandi ſcilicet & hypothecandi bona majoratus tale reſcriptum fuerit à Rege poſtulatum & conceſſum; adhuc tamen ad majorem declarationem, & ad tollendam omnimodam ſcrupuli & dubitationis cau-
13 ſam & occaſionem, Princeps in eadem facultate expreſsè dicit & ſpecialiter declarat juxta ſtylum uſitatum & conſuetum, per hæc verba: *è para el effecto ſuſodicho, e no para en otro alguno apartamos e dividimos del dicho eſtado y mayorazgo, y de las clauſulas, vinculos y condiciones d'el, los vienes y rentas, ſobreque impuſieredes y ſituaredes el dicho cenſo, y los hazemos libres, ni obligados, ni ſujettos a vinculo, ni reſtitucion alguna,* &c. quam ad literam adduximus *in hoc Labyrinth. 2. part. cap. 9. num.69. & numer.28. & 29.* nec non ex *numer. 60.* ubi innumeros penè Doctores congeſſimus, ut facultas ad alienandum bona majoratus, & feudalia, ea reddat libera, ſublato impedimento prohibitionis alienandi.

14 Cùm igitur hæc bona majoratus, quantumvis vinculata & inalienabilia ſint ex præcepto fundatoris, efficiantur libera ex facultate Regia ab initio contractus & hypothecæ, ad cujus effectum Rex diſſolvit vinculum ipſorum bonorum, nihil novi in illis ſupervenit, neque immutantur, per ſupervenientem libertatem propter extinctionem familiæ, nec in qualitate, nec in forma; nec in materia & ſubſtantia, unde induci poſſit aliquod mutationis ſeu alterationis veſtigium in hypotheca legitimè conſtituta præcedente in eiſdem bonis, quæ propterea debent præcisè permanere penes eundem debitorem & ultimum poſſeſſorem & cum ſua cauſa tranſire in ejus hæredes & particulares ſucceſſores inter quos eiſdem bonis diſpoſuerit, prout poteſt ex dictis *ſuprà num.1. & ſequentib.* cum eodem hypothecæ nexu.

Et ex hoc unico fundamento diluuntur omnia prorſus quæ in contrarium conſideravimus ex *num. 5. cum ſequentib.* ex quorum & ſingulorum ulterius reſponſione ſpeciali evidentior apparebit veritas noſtræ reſolutionis, de qua ex *n. 11. cum ſeqq.* 15

Non obſtat igitur primum, de quo *ſuprà numer. 5.* ubi quod mutata qualitate, ſtatu, & forma rei hypothecatæ, extinguitur hypotheca. Quia reſpondetur, veram non eſſe propoſitionem, quoties remanet ſubſtantia rei hypothecatæ; adhuc enim durat hypotheca, nec diſſolvitur per quamlibet accidentalem mutationem in forma ſeu qualitate: quod abundè probavimus *hac 4.part.cap. 4. ex num.38. & 40.cum multis ſequentibus* & iterum *ex numer. 54. cum ſequentib.* quibus locis ad ſaturitatem videbis per jura & varias doctrinas, comprobatam hanc firmiſſimam propoſitionem nullatenus extingui hypothecam per mutationem rei hypothecatæ in qualitate, forma, vel ſtatu; ſi non ſit mutata ſubſtantia, ſed ſalva permaneat, prout verificatur in caſu noſtræ quæſtionis, in quo licet bona antea vinculata reddantur libera amiſſa priori vinculi & prohibitionis 16
qualitate, bona tamen eadem ſunt, nec in ſe ipſis, prout requiritur ad extinctionem hypothecæ, patiuntur aliquam intrinſecam mutationem vel alternationem, ſed tantum in titulo poſſidendi, qui de temporali efficitur perpetuus ad commodum poſſeſſoris majoratus ultimi conſanguinei in vocatione comprehenſi, & ſuorum ſucceſſorum utilitatem, prout exactè comprobavimus in *d. cap.4.ex n.24. cum ſeqq.* ubi videre poteris.

Non obſtat etiam ſecundum & fortius argumentum, de quo ex *num. 6. 7. & 8.* ex *l. libertas, & l. ab eo, Cod. de ſervo pignor. dat. manumiſſ.* quibus probatur, ſervum, dum eſt in ſervitute, poſſe pignori & hypothecæ dari, ſed non impediri debitorem, illum interim manumittere, & per libertatem ſubſequutam creditoris hypothecam extingui, quod verum profitemur ſub diſtinctione inter generalem tacitam vel expreſſam obligationem, ut in hac procedat *dictarum legum* diſpoſitio. 17

At verò in hypotheca ſervi & pignore ſpeciali aliud determinant jura, ut debitor non poſſit in præjudicium creditoris hypothecarii libertatem ſervo dare, nec libertatem valere, ut eadem jura expreſsè probant, *d. l. libertas*: ibi, *libertas à debitore fiſci ſervo data qui pignori non eſt ex conventione ſpeciali,* &c. & in *d.leg. ab eo 3.* expreſsè diſtinguitur inter ſpecialem & generalem ſervi hypothecam, in hæc verba, *ab eo qui bona ſua pignori obligavit quæ habet, quæque habiturus eſſet, poſſe ſervis libertatem dari certum eſt: Non idem juris eſt in iis ſervis, qui pignoris jure ſpecialiter traditi, vel obligati ſunt.* Idem probat text. in *l. 3. ff. de manumiſſ.* his verbis, *ſervus pignori datus etſi debitor locuples ſit, manumitti non poteſt, de manumiſſ. l. 4. ff. qui & à quibus manum. liberi non fiant,* ibi: *ſervum pignori datum manumittere non poſſumus,* quod fallit in fiſco, ex *leg. 11. eod. tit.* Gloſſ. & DD. eamdem differentiam inter hypothecam generalem & ſpecialem ſervorum communiter 18

agnoſ-

agnoſcunt, & obiter notavit Acoſta *de privileg. credit. in præfat. ad regul. 3. ſub num. 29. fol. 195.* differentiæ tamen rationem non reddunt, nec ego concludentem reddere audeo, cùm videam de jure quoad præſervationem juris creditorum idem operari hypothecam generalem, quod ſpecialis operatur, & ſi attendimus favorem libertatis, in utroque diſtinctionis membro æqualiter verſatur: dicendum itaque quod hoc per quam durum eſt, ſed ita lex ſcripta eſt.

19 Cum eo tamen temperamento jus admittit libertatem, & hypothecæ diſſolutionem ſervi generaliter hypothecati, ut minùs præjudicet creditoribus, tum demum libertatem valere ſi debitor ſit ſolvendo, & bona alia habeat, ex quibus creditores ſua credita exigere poſſint: ſi verò non ſit ſolvendo libertatis dationem non admitti in præjudicium creditorum, jura ſunt expreſſa in *l. 5. §. ſi Titius*: *l. 8. §. ſi miles*, *l. 11. §. ſed divi fratres*: *l. 18. l. 23. l. 29. ff. qui, & à quib. manumiſſi liberi non fiant*: ſervi autem ſpecialiter pignorati libertas abſolutè negatur & invalida eſt, etiamſi debitor ſolvendo ſit: textus clarus in *d. l. 3. ff. de manumiſſ.*

20 Sed quantum ad nos attinet, præfatis legibus dupliciter reſpondetur, primò, quòd in caſu de quo agimus quantum ad creditores hypothecarios bona hypothecata ex facultate Regia nullam noviter conſequuntur libertatem, cùm antea à principio creatæ & formatæ hypothecæ bona illa vinculata facta ſunt libera, authoritate & poteſtate Principis interveniente, ut diximus *ſupr. num. 12.*

21 Secundò reſpondetur, jura impedientia libertatem ſervi ſpecialiter hypothecati juxta *dict. leg. 3. Cod. de ſervo pignor. dat. & leg. 4. ff. qui & à quibus*: favere noſtræ reſolutioni; quia hypotheca ſuper bonis majoratus non eſt generalis, ſed ſpecialis dicitur, ſi credimus doctiſſimo Ludov. Molinæ *de primogenit. l. 4. cap. 6. num. 29. & 30.* quem retulimus *in hoc Labyrinth. part. 2. cap. 5. num. 6.* legendus ipſe Molina ex *num. 17. & 20.* ſequitur Caſtillo *controverſ. tom. 4. cap. 26. num. 29. 31. & ſub nu. 32.* & Addition. ad Molin. *ibid. num. 17.* Nos *hac 4. part. cap. 2. num. 91. & ſequentib.* ubi hæc Molinæ doctrina, quæ tanquam nuda difficilis videbatur, validiſſimis juris fundamentis veſtitur, exornatur, & roboratur.

22 Inſuper confirmari poteſt ex ſtylo univerſali Notariorum qui in obligationibus bonorum omnium, & in hypotheca generali, communiter addunt, *omnia & ſingula*: per quæ verba intelliguntur obligata ſpecialiter ſingula bona debitoris, ut firmant Craveta *conſ. 381. num. 4. vol. 3.* Pacific. *in tract. de ſalv. interdict. inſpect. 3.* in magna impreſſ. *n. 4.* & in parva, *eod. num.* Scapuccin. *de ſingul. ſucceſſ. limit. 14. nu. 15.* Cardin. Tuſch. *ver. Pactum, concluſ. 25. num. 19. tom. 6.* Petrus Surdus *conſ. 567. num. 5.* Lanar. *conſ. 52. nu. 10.* & ex aliis idem probat Franciſ. Nig. Cyriac. *tom. 1. controverſ. 190. n. 8. 9. & 10. & contr. 10. n. 68. & contr. 347. n. 17.* Mantic. *de tacit. l. 4. tit. 30. nu. 18.* Fuſar. *de ſubſtit. quæſt. 674. n. 12. verſ. ſpecialis*; & quibuſdam ex illis Doctoribus relatis, aliiſque inſuper adductis, latè proſequitur, & validiſſimis fundamentis comprobat Merlin. *de pignor. lib. 1. quæſt. 11. ex num. 4. cum ſeqq. fol. 11.* Lanar. *de conſ. 42. n. 10. ex cap. ut circa, verb. omnia & ſingula.* ubi Gloſſ. *de elect. l. 6.* Baldus *conſ. 88. l. 2.* Ripa *l. 3. conſ. 5. in fin.* Oldrad. *conſil. 30.* Socin. *conſil. 330. & conſil. 3. num. 17. l. 3.* Bertrand. *conſ. 42. nu. 13.* Surd. *conſ. 331. n. 7.* Ant. Gomez *in l. 40. Taur. num. 19.* Gabriel. *conſil. 144. n. 63. & 69. l. 2.* Cephal. *conſil. 539. num. 29.* Caſtill. *deciſ. 10. num. 9.* Roderic. *de ann. reditib. l. 2. quæſt. 7. num. 14.* Roder. Suarez *in l. poſt rem, limit. 1. num. 11.* Milanenſ. *dec. 1. numer. 55. & ſequent. l. 2.* Petr. de Gregor. *de cenſib. quæſt. 6. nu. 40.* Scipio Rovit. *ad pragmatic. de cenſib. quæſt. 35. num. 9. & quæſt. 38. n. 6.* Anton. de Amat. *var. reſol. cap. 3. num. 37.* ubi *num. ſeqq.* ponit, quando juramentum adhibitum inducat ſpecialem hypothecam, & alia ſimilia quæ videri poterunt apud ipſum, *num. 38.* Igitur præfata jura in contrarium adducta omnino noſtræ reſolutioni veriſſimæ favere & aſſiſtere fateri debemus.

23 Minus obſtat Tertium argumentum adductum pro contraria parte, *num. 9.* quo diximus; qualitatem novam ſupervenientem enti, illud transfundere in diverſam naturam & ſpeciem, cui pariter dupliciter ſatisfit.

24 Primò, quod per libertatem ſupervenientem bonis majoratus hypothecæ ſubjectis, extincto & finito majoratu, nulla ipſi ſupervenit nova qualitas nec accidens, quia reſpectu hypothecæ & creditoris ab initio obligationis aderat ipſamet libertas, & ideo nihil reſpectu hypothecæ innovare poteſt, ſed permanet hypotheca omninò illæſa & integra, ut antea, non aliter diſſolvenda quàm per ſolutionem, vel conſenſum creditoris, nullamque ex præfatæ libertatis ſupervenientia patitur diminutionem ſeu extinctionem.

25 Secundò modo efficaciter reſpondetur, quod per novam qualitatem ſupervenientem enti, non mutatur ſubſtantia rei, Brunus *de augmento, in 3. quæſtion. princ. numer. 7.* Tuſchus *lit. A, concluſ. 81. numer. 12.* Sebaſtian. de Medic. *de regul. jur. reg. 6. numer. 5.* Barboſ. *axiomate 196. num. 5.* Alvar. Velaſc. *in eod. tractat. lit. Q. nu. 9. 10. & 11.* qui allegant ad id, *leg. ſi fundus, §. ſi res, ff. de pignor. & §. minus, Inſtit. de hæredit. quæ ab inteſt. defer.*

26 Sed ſic eſt quod mutatio rei in qualitate & forma, ſi tamen rei ſubſtantia remaneat, nihil immutat hypothecam; nec extinguit, juxta adducta & comprobata *ſupr. num. 15.* Ergo hæc hypotheca tanquam ab initio impoſita ſuper bonis liberis factis authoritate Regia, ſemper integra & illæſa manebit, creditorque ad concurſum horum bonorum ſemper graduandus erit ſuo loco & tempore, ut ex eiſdem bonis ſuum creditum exigere valeat.

27 Denique noſtra reſolutio probatur; nam hæc eadem bona ex qualitate hac ſupervenientes remanent apud ipſum debitorem, in quem etiam ſi fuerit Tertius poſſeſſor in quam noviter fuerunt hæc bona alienata, debent tranſire cum ſuo onere & cauſa reali hypothecæ, quæ licet adquiſierint libertatem, hoc contingit duntaxat reſpectu prohibitionis inductæ à fundatore majoratus ex cauſa familiæ conſervandæ; ſed cætera onera, quæ legitimè impoſita fuerunt, remanent; quia illa libertas, adquiſita operatur limitativè reſpectu & intuitu vinculi, quæ non extenditur ad alia gravamina & onera impoſita; quia ad id non deſtinatur libertas illa bonorum noviter ſuperveniens ex diverſa cauſa, cùm à

ſeparatis non fiat illatio: ut videmus in hypothe-
28 ca pluribus ſeparatim obligata; nam ſi uni creditori ſit ſatisfactum de ſuo credito, & proinde res hypothecata libertatem adquiſierit, intelligitur illius creditoris reſpectu, non cæterorum, quorum hypotheca remanet illæſa donec ſimiliter eis fuerit ſatisfactum.

29 Imò etiam ſequeretur aliud abſurdum, ſi hæc libertas ſuperveniens bonis majoratus ex cauſa extinctionis familiæ, tranſcenderet ſuos fines & terminos limitatos; ut nimirum cenſus ſeu penſiones, quibus erant ea bona gravata, extinguerentur, & amplius ea onera realia novus poſſeſſor vel ultimus de familia non teneretur præſtare dominis directis & proprietariis: quod dici non debet; ergo cùm hypotheca ſit onus reale legitimè impoſitum; non poteſt pariter extingui ex illa non libertate alienandi ſuperveniente, ſed ſequitur quemcunque poſſeſſorem bonorum hypothecæ ſubjectorum.

Et ad hanc noſtram reſolutionem illa ratio fundamentalis trahenda eſt; de qua *ſupr. cap.* 4. *per*
30 *tot.* præcipuè ex *numer.* 25. *cum ſeq.* ut hypothecato uſufructu, ſi debitor acquirat proprietatem rei, vel rerum, ſuper quibus habebat uſumfructum, licèt de uſufructu formali & temporali tranſeat in cauſalem, non ideo diſſolvitur hypotheca, nec ejus reſpectu operatur confuſio, cùm bona ipſa & emolumenta hypothecata remaneant penes ipſum debitorem, licèt mutato titulo & cauſa poſſidendi, quod nullo modo tangit ſubſtantiam rei hypothecatæ, & per conſequens non extinguitur, ſed permanet integra ut antea, quæ doctrina rectè convenit & adaptatur noſtræ veriſſimæ reſolutioni.

## CAPUT XI.

### Bonis Majoratus abſque Regia facultate hypothecæ ſubjectis ab eo, penes quem familiæ conſanguineum bona ipſa libera remanſerunt, an hypotheca convaleſcat.

### Et quid ſi iſte poſſeſſor uni priùs abſque facultate Regia, & poſtmodum alteri ex eadem facultate hypothecavit, quis horum creditorum in concurſu præferendus ſuper bonis ad libertatem reductis.

## SUMMARIUM.

*1 Argumentum hujus capitis, & ſtatus quæſtionis proponitur, quæ duas continet difficultates principales, & n. 2.*

*3 Ultimus conſanguineus majoratus poſſeſſor, bona ejuſdem tanquam jam libera poteſt ſubjicere hypothecæ, & n. 13.*

*4 Etiamſi contrahentes hanc bonorum libertatem ignorarent.*

*Quod eſt certum per naturam, eſt certum legi,* ibid.

*5 Actus ſeu contractus geſtus ſub conditione de futuro, habetur pro puro, ſi jam conditio erit purificata quamvis contrahentes ignoraſſent.*

*6 Majoratus poſſeſſor, tempore quò exiſtunt conſanguinei ad illum vocati, non poteſt jus bona obligare abſque facultate Regia.*

*7 Et quamvis ipſi vocati prædeceſſerint poſſeſſori, non videtur reconvaleſcere hypotheca, ipſis viventibus nulliter bonis majoratus impoſita.*

*Sed contrarium probatur n. 9.* & ſeqq.

*8 Quod ab initio non valuit, tractu temporis non convaleſcit.*

*9 Rei alienæ hypotheca regulariter non valet.*

*10 Rei alienæ hypotheca ſuſtinetur, quando debitor illam obligans aliquid juris in ea habebat, ex quo poſtea rei dominium acquirit.*

*11 Majoratus poſſeſſor habet verum dominium bonorum vita ſua durante.*

*12 Status ſecundæ difficultatis hujus capitis aperitur, quæ ſub diſtinctione reſolvitur,* & ſeqq.

*14 Hypotheca ab ultimo conſanguineo majoratus poſſeſſore impoſita eo tempore quo familia erat extincta, potior eſt illa quæ ab eodem poſtea imponitur ex facultate Regia.*

*15 Facultas regia hypothecandi bona majoratus inutilis eſt, quando bona re ipſa libera ſunt per extinctionem familiæ.*

*16 Diſpoſitio ſub aliquo ſuppoſito, quod falſum detegitur, nulla eſt.*

*17 Quid ſi poſſeſſor majoratus bona hypothecavit uni creditori abſque facultate regia, & poſtea obligavit alteri cum Regia facultate adhuc viventibus quibuſdam ex vocatis qui deinde prædeceſſerunt poſſeſſori, adeo ut vinculum majoratus extinctum ſit, quæ hypotheca prævaleat.*

*18 Aſſeruntur fundamenta quæ urgent pro primo creditore, ut* ſupr. n. 10.

*19 Hypotheca licèt ab initio nulliter conſtituta ex poſt facto convaleſcere poteſt, & ratificari.*

*20 Hypothecæ ratificatio retrotrahitur ad tempus prioris contractus in præjudicium ſecundi creditoris, ut probatur inductionibus.*

*21 Proponuntur rationes quibus reſolvitur quæſtio in favorem ſecundi creditoris.*

*22 Hypotheca ſecundi creditoris contracta cum facultate regia prævalet anteriori factæ ſine illa, licet poſtea ſequatur aſſenſus regius ad eam confirmandam; & n. 26. & 28.*

*23 Facultas regia ſuperveniens hypothecæ jam contractæ, confirmat tantùm illam ut ex nunc, non verò ut ex tunc.*

*Extremum inhabile ad quod refertur contractus impedit fictionem retroactivam,* ibid.

*24 Si res mea abſque meo mandato ſubjiciatur hypothecæ, quam poſtea ratam habeam, hæc ratificatio non nocet hypothecæ medio tempore contractæ.*

*25 Si minor bona ſua ſine decreto uni hypothecaverit, quæ poſtea major factus obligat alteri, licet priorem hypothecam expreſsè vel tacite deinde ratificet, poſterior tempore erit potior jure.*

*27 Ratihabitio nunquam retrotrahitur in præjudicium Tertii medio tempore jus acquirentis.*

EX reſolutione quæſtionis proximè antece- 1
dentis reſultat præſens difficultas, quando ſcilicet ultimus poſſeſſor majoratus, [in quo bona majoratus libera remanſerunt, ſublato prorſus nexu vinculi à fundatore ſuper eiſdem impoſito, per extinctionem totius familiæ,] ipſius bona hypothecæ

pothecæ ſubjecit abſque regia facultate, an poſtea dominio dictorum bonorum abſolutè quæſito hypotheca convaleſcat?

In qua quæſtione duplex incidit dubium, ſi bona illa majoratus eo tempore obligavit, quo nullus de familia conſanguineus ſupererat; vel obligavit tempore quo exiſtebant conſanguinei de familia vocati, qui deinde omnes præmortui ſunt & extincti.

3 In primo caſu firmiter tenendum erit, validam fuiſſe hypothecam jam inde ab initio impoſitam ſuper bonis majoratus, quia cùm revera nullus ſupereſſet conſanguineus vocatus, diſſolutum jam erat vinculum majoratus, cujus bona erant prorſus libera apud ipſum ultimum poſſeſſorem, ceſſante impedimento ex prohibitione alienationis ab initio fundationis appoſita; & ideo potuit illa ſine Regis licentia liberè alienare tam in vita, quàm in morte, & pro ſuo arbitrio de illis diſponere, ut ex Molina, Mierez, Caſtillo, Fuſario, Addit. ad Molin. plurimiſque aliis Doctoribus per ipſos conductis probavimus *cap.* 10. *anteced. ex n.* 1. *cum ſeqq.*

Et in terminis, quod is qui à jure, vel ab homine habet facultatem diſponendi de re aliqua, etiam aliena, & illam hypothecæ ſubjecerit, valet hypotheca, etſi expreſſè non dixerit ſe uti facultate ſibi conceſſa, quia tacitè cenſetur illa uti eo ipſo quo rem illam hypothecaverit, & ad favorem creditoris intelligitur ea uti voluiſſe; ut tenent ac probant Pacific. *de ſalviam. interd. inſpect.* 3. *capit.* 2. *numer.* 656. *&* 662. *cum ſequentibus.* Merlin. *de pignoribus liber.* 2. *quæſt.* 1. *numer.* 18. Quanto magis hoc procedet in ultimo majoratus poſſeſſore, qui à jure, & fundatoris voluntate hanc facultatem acquiſivit liberè diſponendi de bonis ipſius majoratus, illo extincto: quibus etiam convenit quod habens facultatem diſponendi de aliqua re, ſi diſpoſuit, & eam hypothecavit tacendo facultatem ſibi competentem, ea tamen uti intelligitur, ut actus valeat potius quàm pereat, de quo multa & pulcherrima videbis *in hoc Labyr. par.* 2. *cap.* 23. *ex n.* 4. *cum multis ſeqq.*

Quibus adde, quod facultatem habens à principio aliquid faciendi, ſi ſimpliciter fecit, nulla facta mentione facultatis, ejus virtute feciſſe intelligitur, Aymon. Cravet. *conſ.* 106. *numer.* 9. *&* 10. Alexand. *conſ.* 55. *col.* 2. *&* 3. *lib.* 5. Petr. Surd. *conſ.* 10. *num.* 18. *uſque ad num.* 32. *& conſ.* 431. *nu.* 40. *lib.* 3. optimè Gratian. *diſcep. tom.* 5. *cap.* 854. *ex num.* 1. *& ſeqq.* quibus adde Gigant. *de penſionib. quæſt.* 20. *per tot.* ubi quod penſio impetrata à ſpurio, non facta mentione & relatione diſpenſationis antea obtentæ, valida eſt & validè impetrata.

4 Et quia ſi revera tempore obligationis bonorum nullus apparebat, nec verè ſupererat conſanguineus, hypotheca juris cenſura & intellectu legitimè fuit impoſita ab eo qui verum & abſolutum habebat dominium in bonis majoratus, etiamſi id ignoraretur à contrahentibus, & ex tunc lex ipſa operatur & tribuit effectum actui ſeu contractui: etenim quod eſt certum per naturam, eſt certum legi, §. *conditiones* 8. *inſt. de verb. obligat. l. cum ad præſens* 37. *cum duab. ſeqq. ff. ſi cert. pet. l. conditio* 100. *ff. de verb. obligat. l. ſi pupillus* 9. §. 1. *ff. de novat. l. cum quidam* 30. *ff. ſuum hæredem certum, l. hæred.* 31. *ff. de acquir. hæred. l.* 1. *&* 2. *ff. de condit. & demonſt.* in quibus actus & contractus geſtus ſub conditione de futuro, ſi 5
in rei veritate jam tunc conditio extitit, contrahentibus ignorantibus, actus & contractus habetur pro puro, & non pro conditionali, & ex tunc à principio operatur & habet effectum puri contractus, & non conditionalis, quia quod eſt certum in ſe & per rerum naturam, lex habet pro certo & vero, *l. Titius* 25. §. *Lucius*, *& ibi* Bartol. Jaſ. & Alexand. *num.* 6. *&* 7. *ff. de lib. & poſthum. l. ita ſcriptum* 46. §. *ult. ff. de legat.* 2. *l. ſi jam* 11. *& ibi* Bartol. & Imol. *ff. de condit. & demonſ. l.* 12. *ad fin. tit.* 11. *part.* 5. plures allegat Schrader. *de feud. par.* 3. *cap.* 2. *num.* 5. *&* 53. *tom.* 1. Singularia ad propoſitum adſunt alia jura in *l. ſi aviam* 3. *Cod. de ingen. manumiſſ. & in l. fin. Cod. de lib. cauſ.* ubi natus lite pendente contra matrem ſuper virtute & libertate ipſius, ſi poſtea appareat ancilla, & talis per ſententiam declaretur, partus judicatur ſervus; ſi verò libera, etiam partus cenſebitur ingenuus: eſt quoque ſimilis textus in *cap. cum in apoſtolica*, *extr. de ſponſalib.* ubi ſecundum matrimonium celebratum pendente lite ſuper nullitate prioris, judicabitur ab initio nullum, vel validum, juxta declarationem quæ fiet per ſententiam ſubſequentem, ut ſi declaretur prius matrimonium nulliter fuiſſe contractum, ſecundum intelligetur fuiſſe validè celebratum etiam lite pendente: textus etiam ad idem in *l. dominus* 57. *de uſufruct.* ubi legata proprietate rei uſufructuario, ſi ſuper nullitate teſtamenti lis moveatur, & nullum poſtea declaretur, uſusfructus intelligitur manſiſſe & nunquam extinctus fuiſſe per conſolidationem, ibi: *manſiſſe uſusfructus jus integrum ex poſt facto apparuit*: quia quod eſt certum naturæ, eſt certum legi. Quare ſemper ab initio contractus legitimè potuit ultimus poſſeſſor majoratus, illius bona hypothecæ validè ſubjicere.

Secundus caſus magis difficilis eſt, quando 6
ſcilicet hypotheca conſtituta fuit à poſſeſſore majoratus, tempore quo exiſtebant aliqui de familia vocati qui poſſent ſuccedere in majoratu, & impedire ejus diſſolutionem & bonorum libertatem, & per conſequens eidem poſſeſſori adimere facultatem diſponendi de bonis vinculatis in præjudicium ipſorum? Et procul dubio, eo tempore, hypothecæ conſtitutio egebat ad ſui ſubſiſtentiam & validitatem facultate regia, ſine qua, hæc bonorum obligatio jure hypothecæ ab initio nulla fuit ipſo jure, obſtante prohibitione alienationis expreſſa per fundatorem, vel tacitè imbibita in ipſa majoratus & vinculi natura, quæ tunc temporis adhuc durabat, ad lattiſſimè tradita *in hoc Labyr.* 2. *par. cap.* 4. 9. 10. 11. atque etiam in *cap.* 22.

Unde ſequitur quod licet ex poſt facto, & pro 7
tempore defecerint prorſus omnes de familia conſanguinei, & bona ipſa facta ſint libera, & in eis ceſſaverit alienationis prohibitio, & debitori fuerit dominium illorum abſolutè ac pleno jure acquiſitum, ut jam de illis liberè diſponere poſſit, ex Doctoribus adductis *num.* 3. *ſup.* Id tamen non confirmat nec revalidat conſtitutionem hypothecæ nulliter à principio factam, ex *vulgari juris regula*, ut quod ab initio non valuit, 8
tractu temporis non convaleſcat, *de reg. jur. in* 6. *cap. quod ſicut, de elect. c. non firmatur* 18. *de reg. jur. in* 6. *l. quod ab initio ff. de reg. jur. l. ſi tutoris. ff. quod juſſu*: ad latè tradita per Merlin. *de pignorib. lib.* 2. *c.* 2. *ex n.* 1. *cum ſeqq.*

9 Contra-

9 Contrarium tamen verius arbitror ex nova dominii bonorum acquiſitione confirmari hypothecam nulliter à principio impoſitam: nam licèt rei alienæ hypotheca non valeat ab initio, *l. ſi probaveris*, *Cod. ſi aliena res pign. dat. ſit*: *l. 41. quæ prædium, leg. nexum, eod. tit. l. 1. §. 1. quæ res pign. oblig. poſſ. l. 1. §. 1. l. quæ nondum. § 1. & §. quod dicitur, l. rem alienam, & l. 41. ff. de pignor. act. l. ante omnia ff. de probat. leg. 31. tit. 23. part. 5. & l. 18. eod. tit. & part. 2.* abundè Nos in *hoc Labyr. 1. part. cap. 9. ex n. 73. cum multis ſeqq.*

10 Attamen licèt debitor rem alienam creditori ſuo hypothecaverit, quando ſaltem in ea aliquod jus habebat, ſuſtinetur hypotheca in illo jure, & ſi ex eo acquiſierit poſtea plenum rei dominium, convaleſcit procul dubio hypotheca præcedens in tota re: ut ex Neguſantio, Gaito, & aliis videre poteris apud Merlin. *de pignor. l. 2. q. 2. per tot. fol. mihi 39. & ſeqq.* & Nos *hac 4. part. cap. 4. ex n. 26. & 56.*

11 At cùm poſſeſſor iſte majoratus habeat verum dominium, ex legis diſpoſitione, vita ſua durante, de quo plurimos DD. adduximus *in hoc Labyr. 2. part. c. 9. num. 62.* & poſſeſſionem civilem & naturalem, ex *leg. 45. Tauri* & probavimus *ibid.* & ratione tam poſſeſſionis quàm dominii quod habebat in ipſis bonis majoratus, ſibi fuerint adquiſita poſtea eadem bona pleno jure, nam ſi non fuiſſet juſtus & legitimus poſſeſſor & ſucceſſor in majoratu, non ſibi fuiſſet acquiſitum nec applicatum dominium bonorum cum plena libertate de illis diſponendi; benè ſequitur ex hoc diſcurſu, omni jure confirmari hypothecam antea nulliter à ſe conſtitutam deficiente nimirum facultate regia, poſtquam pleno jure debitor ille dominium acquiſivit: quo ſuppoſito, creditor iſte hypothecarius debet graduari in concurſu ratione ſuæ hypothecæ in his bonis ad libertatem reductis.

12 Ad ſecundam partem hujus cap. accedendo, an hypothecatis bonis majoratus ab ultimo poſſeſſore illius, apud quem bona libera permanſerunt, in favorem unius creditoris abſque Regia facultate; & poſtea eadem bona alteri hypothecavit facultate interveniente? quis illorum creditorum in concurſu ſit præferendus? non levis eſt difficultas, in qua cum diſtinctione procedendum arbitror.

13 Aut enim tempore impoſitæ hypothecæ in favorem primi creditoris, nullus alius ſupererat conſanguineus ex familia vocata, qui ſpem haberet ſuccedendi, & poſſet impedire extinctionem & diſſolutionem majoratus, & per conſequens libertatem bonorum; & tunc aſſeveranter dicendum erit potuiſſe poſſeſſorem ultimum majoratus abſque facultate regia, pro ſuo arbitrio bona ipſa tanquam libera & ad ſe pleno jure pertinentia priori illi creditori hypothecare, cùm tunc temporis ſublatum jam eſſet prohibitionis impedimentum, ad tradita ſuperiùs ex *numer. 2. cum ſeqq.* & ideo ratione temporis debet præferri
14 ſecundo creditori hypothecario, cui ex facultate regia bona fuerunt obligata, quæ prorſus inutilis erat, nam talis facultas ad hypothecandum bona majoratus ſolùm impetratur & requiritur ut per eam tollatur impedimentum prohibitionis alienationis, prout ex plurimis diximus in *hoc Labyrinth. part. 2. c. 9. ex num. 61. per aliquot columnas*, ſed eo tempore jam impedimentum illud erat ſublatum, quia diſſolutus fuit majoratus, & in ultimo illo poſſeſſore & conſanguineo, finem accepit, bonáque ipſa facta fuerunt libera, ut de illis pro ſua voluntate & arbitrio liberè poſſet diſponere ut *ſup. cap. proximè*, latè probavimus ex *num. 1.* facultas igitur regia de nihilo ſervire potuit, nec adfuit ſubjectum ſupra quod cadere aut 15
ſubſiſtere poſſet; quia diſpoſitio facta ſub aliquo ſuppoſito, non operatur ſuppoſito deficiente, ex *vulgatis juribus*. Et diſpoſitio ſub aliquo ſuppo- 16
ſito, quod detegitur falſum, nulla eſt: plura allegavimus in *hoc Labyr. part. 2. cap. 10. ex nu. 29. cum ſeqq.* & actus præſupponit habitum, *l. decem 117. ff. de verb. oblig. l. 4. §. condemnatum, ff. de re judic. l. nec utilem 20. ff. ex quib. cauſ. majores: l. Titio uſusfructus, ff. de condit. & demonſtr. l. manumiſſiones, ff. de juſt. & jur.* cum mille aliis: & ideo facultas illa nihil ponit in eſſe, nec ex ea ſe juvare poteſt creditor ſecundus contra primum qui legitimè contraxit, & ideo meritò debet præferri ſecundo.

Aut verò prima hypotheca impoſita fuit abſ- 17
que regia facultate, de tempore quo adhuc exiſtebant aliqui conſanguinei de familia vocata, & poſtea eiſdem conſanguineis ſimiliter exiſtentibus, impoſita fuit ſecunda hypotheca per eundem majoratus poſſeſſorem cum facultate regia, tandemque extincti fuerunt omnes de familia, ita ut in poſſeſſore debitore finitus fuerit majoratus, & bona libera penes eundem remanſerint, ut jam de illis pro ſua voluntate liberè diſponere poſſet; utrum in concurſu utriuſque creditoris hypothecati primus ſecundo vel ſecundus primo præferendus ſit? quæſtio eſt præ cæteris difficilior.

Pro primo creditore urgent plura; quia licèt 18
à principio, dum majoratus nondum diſſolutus & finitus fuerat, hypotheca nulliter impoſita fuerit ex defectu regiæ facultatis, tamen diſſoluto vinculo, & libero bonorum dominio pleno jure quæſito debitori, convaleſcit hypotheca, ut latiùs probavimus *ſupr. ex n. 6. cum ſeq.*

Et hæc hypothecæ convaleſcentia & confirma- 19
tio operatur ut ex tunc, quia retrotrahitur ad tempus contractus: ut ratificatione hypothecæ nulliter à principio conſtitutæ probant jura expreſſa in *l. ſi fundus, §. ſine ſciente domino ff. de pignor. l. aliena res 20. ff. de pignor. act. l. ſi probaverit, Cod. ſi aliena res pign. dat. ſit*, cum multis aliis congeſtis in *hoc Labyr. par. 2. cap. 10. ex n. 4.* Ergo primus ille creditor debet præferri ſecundo ex facultate regia validè contrahenti.

Secundò, quia hæc ſubſecuta ratificatio hy- 20
pothecæ retrotrahitur in præjudicium alterius creditoris medio tempore contrahentis: text. eſt in *l. 1. ff. qui pot. in pign. hab.* ubi hypotheca dotis poſtea ſolutæ, retrotrahitur ad tempus promiſſionis in præjudicium creditoris medio tempore contrahentis: facit text. in *l. cum decem 71. §. 1. ff. de ſolut.* juncto textu in *l. ſi quis offerentis 58. in fin. ff. eod.* ubi ratihabitio retrotrahitur etiam ad Tertii præjudicium: facit textus in *leg. qui balneum, §. 1. ff. qui potior.* ubi hypotheca conditionalis, adveniente conditione, retrotrahitur ad tempus contractus in præjudicium alterius hypothecæ medio tempore celebratæ favore alterius creditoris: Igitur eodem modo dicendum erit in noſtra quæſtione, ut convaleſcentia hypothecæ, à principio nulliter contractæ debeat retrotrahi ad tempus contractus, & primus ille creditor ut potior tempore, debeat præferri ſecundo,

ſecundo, ſeu ſecundæ hypothecæ interim validè & ſub facultate regia impoſitæ in favorem ipſius ſecundi creditoris.

21 His tamen, & aliis, quæ conſultò omitto, minimè refragantibus, contrarium erit dicendum, ac firmiter tenendum, ut ſecundus creditor validè contrahens, præferatur primo creditori nulliter & ſine facultate regia hypothecam recipienti, non obſtante prioris hypothecæ convaleſcentia ſubſequuta.

22 Probatur primò, quia quando poſſeſſor majoratus, vel feudatarius, hypothecat creditori bona majoratus, vel feudi, abſque Regia facultate, ſeu aſſenſu, vel forte ſub conditione impetrandæ facultatis; & antequam primam ille impetret, idem poſſeſſor alteri cum facultate regia, eadem bona obligavit; deinde primus facultatem impetravit, ſecundus cum facultate contrahens præfertur primo creditori, quantumvis poſtea ſua hypotheca convaleſcat ex ſubſequuta facultate: innumerabiles penè Doctores conduximus in *hoc Labyr. par. 2. cap. 21. ex numer. 55. uſque ad fin. cap. & ex num. cum ſeqq.* quibus adde Velam *diſſertat. 19. numer. 45.* quem & Thomam de Mierez, & Franciſc. Soſſona refert Acoſta *de privileg. credit. regul. 1. ampliat. 1. ſub numer.*
23 67. quia cùm prior hypothecata fuerit nulliter conſtituta ex defectu facultatis, facultas ſuperveniens illam confirmans, non poteſt retrotrahi ad initium contractus, tum quia invenit extremum ad quod, inhabile, & tanquam nullum ab initio, ex nunc tantum convaleſcit hypotheca, non ut ex tunc; tum etiam quia fictio retrotractiva non operatur in præjudicium Tertii medio tempore contrahentis: videnda erunt multa *loco cit. ex numer. 42. cum ſeqq. ex num. 52.* Ergo in noſtro caſu prior hypotheca tanquam nulla à principio ex defectu facultatis regiæ debet poſtponi ſecundæ cum facultate legitimè contracta: eo tempore quo nondum diſſolutus erat majoratus, nec convaleſcentia prioris poſtea ſuperveniens retrotrahi debet in præjudicium Tertii legitimè & validè interim contrahentis.

24 Secundò pro hac parte fortiter facit, quod ſi quis ſine meo mandato hypothecavit rem meam Titio, poſtea eandem rem Petro hypothecavi, & deinde pro tempore ratificavi hypothecam Titii, in amborum concurſu Petrus poſterior in hypotheca præfertur Titio, quia hujus hypotheca à principio fuit nulla, & ex ratificatione veri domini ſuperveniente, non debet retrotrahi in præjudicium Petri medio tempore contrahentis; tum etiam quia cum non convalidetur prior hypotheca niſi ex nunc, & non ex tunc, ſemper eſt poſterior & ſic poſtponenda: hæc fuit doctrina originalis Speculatoris quem ſequuntur multi, inter quos Decius *conſ. 247.* Gozadin. *conſ. 28. num. 37.* Hieron. Gabr. *conſ. 186. num. 16. l. 1.* Corn. *conſ. 173. num. 27. l. 2.* Cephal. *conſ. 617. & 618, lib. 5.* Curt. jun. *conſ. 76. num. 5.* & iterum ipſe Gabriel. *conſ. 69. num. 11.* quos referens ſequitur Joan. Anton. Mangil. *de Evictione quæſt. 36. numer. 5.* & ulteriùs ex *num. 17.* Nos in *hoc Labyr. par. 2. d. c. 21. n. 52. & 53.* quibus adde Cyriac. *tom. 2. controverſ. 293. per tot.* Ergo convaleſcentia prioris hypothecæ ſuperveniens in noſtro caſu ex majoratus extinctione, & dominio bonorum pleno jure ſuperveniente debitori, non poteſt operari prælationem adverſus ſecundam hypothecam legitimè medio tempore contractam.

Tertiò probatur, quia ſi minor dum eſt in minori ætate ſine decreto bona ſua nulliter ſubjecit hypothecæ, & factus major eadem alteri hypothecavit, ac poſtea priorem hypothecam vel expreſsè ratificavit, juxta *leg. 2. Cod. ſi minor major fact.* vel tacitè per temporis tranſcurſum, etenim contractus à minore geſtus tacitè ratificatur completis viginti novem annis ſine reclamatione, ex *l. fin. Cod. ſi minor major fact.* ſecundus creditor, validè contrahens, præfertur in hypotheca, priori, non obſtante ratificatione expreſſa vel tacita inducta per illas leges, quia non admittit retrotractionem in præjudicium Tertii medio tempore validè contrahentis: quam reſolutionem poſt longam diſputationem pro utraque parte tenet & fortiter comprobat Petrus Surd. *deciſ. 245. per tot.* cujus fundamenta recenſens & ad partes diſputans idem noviſſimè tenet Acoſta *de privileg. credit. reg. 1. ampliat. 1. ex n. 60. cum ſeqq.* 25

Et ita tenendum eſt in noſtra quæſtione, ut prior creditor, cui à poſſeſſore majoratus bona fuerunt hypothecata abſque facultate regia, eo tempore quo nondum diſſolutus erat majoratus, cum adeſſent conſanguinei de familia fundatoris qui poterant ſuccedere, debeat poſtponi ſecundo creditori validè contrahenti aſſenſu regio licèt poſtmodùm ſubſequatur convaleſcentia prioris hypothecæ ob extinctam prorſus familiam in ultimo poſſeſſore debitore utriuſque; cum hæc convaleſcentia non retrotrahatur ad initium contractæ hypothecæ primi creditoris, ſed ex nunc tantum capiat vires, poſt jus validè quæſitum ſecundo creditori. 26

Ad argumenta ſuperiùs adducta ex *num.* 18. facilè reſpondetur, prout ſingulis reſpondent, & manifeſtè ſatisfaciunt Petr. Surd. & Acoſta locis proximè allegatis. Et pro omnimoda ſatisfactione advertendum erit, fictionem, tranſlationem & rationem nunquam retrotrahi in præjudicium Tertii medio tempore jus acquirentis, quia res non eſt ampliùs integra, nec invenit extremum ad quod habile; ut per plures doctrinas videre poteris per Surdum *ubi ſupr. ex nu. 5. cum ſeqq.* & per Acoſtam *d. ampliat. 1. ex n. 64. cum ſeqq.* & Nos abundè *in hoc Labyr. par. 2. c. 21. per tot.* 27

Quare in hac quæſtione noſtra firmiter aſſeverandum erit poſteriorem creditorem qui validè ſub facultate Regia contraxit hypothecam in bonis majoratus, tempore quo nondum erat extinctus, nec bona facta libera in ipſo debitore illorum poſſeſſore, eo quod tunc aderant aliqui, vl aliquis de familia, omninò præferendum eſſe in concurſu peracto, priori creditori, qui eodem tempore contraxerat cum eodem poſſeſſore majoratus ſub hypotheca, abſque tamen facultate regia, quantumvis poſtmodùm dominium bonorum fuerit pleno jure quæſitum ipſimet debitori, in quem tanquam ultimum de familia bona libera remanſerunt, & quantumvis ex hac nova dominii acquiſitione convaluerit hypotheca ab ipſo debitore impoſita, quia hæc convaleſcentia non poteſt retrotrahi, ut jam dictum eſt, ad initium primi contractus, in præjudicium ſecundi creditoris validè contrahentis ab initio, qui propterea reſpectu hypothecæ dicitur primus, ex tot fortiſſimis juris fundamentis pro hac parte concludenter conſideratis & applicatis. 28

CAPUT

## CAPUT XII.

Concurſu creditorum introducto, an ſolutio facta debitori liberet ſolventem, ſive ſcientem, ſive ignorantem decoctionem.

Et an ſententia lata in favorem ejus, qui concurſum ignorabat, ſuſtineatur.

Et quid in emptore bonorum, concurſus pendentiam ignorante, an valeat emptio.

## SUMMARIUM.

1 *Status quæſtionis proponitur.*

2 *Formato concurſus creditorum judicio, debitor privatur bonorum ſuorum adminiſtratione, & habetur pro mortuo.*

3 *Contractus à debitore geſti poſt formatum concurſum, ſunt ipſo jure nulli.*

4 *Debitor exigens ea quæ ſibi debentur pendente concurſu, tenetur crimine ſtellionatus.*

5 *Solvens perſonæ inhabili ſcienter, vel ignoranter, non liberatur.*

6 *Dominus alienans rem alienari prohibitam, non transfert dominium, ſed alienatio remanet nulla.*

7 *Pactum initum de non alienanda dote impedit tranſlationem dominii caſu quo alienetur in ſcientem vel ignorantem illud pactum: quod declaratur n.8. & 9.*

10 *Ignorantia revocati mandati & mutatæ voluntatis non validat actum poſt revocationem ignoratam geſtum.*

11 *Contrahens cum inſtitutore revocato per mortem domini, qui eum mercibus exercendis præpoſuerat, validè contrahit.*

12 *Solutio facta bona fide debitori decocto liberat ſolventem ignorantem judicium concurſus.*

13 *Actus judiciales geſti à procuratore revocato, adverſario & Judice ignorantibus revocationem, valent.*

14 *Actus extrajudiciales ut contractus, ſi fiant à procuratore revocato ignorante revocationem, ſuſtinentur.*

15 *Mandatum morte ſolvitur: ſi tamen per ignorantiam impletum eſt, competit utilis actio.*

16 *Solvens per juſtam ignorantiam debitori decocto excuſatur & liberatur, & n.10.*

17 *Secus, ſi ſciverit, vel ſcire debuerit, & num.18. 19.20.21. & 22.*

21 *Ignorantia præſumpta an & quando excuſet.*

23 *Ignorantia ſupina & affectata non excuſat.*

24 *Poſt formatum concurſus judicium debitor decoctus non eſt perſona legitima ad recipiendam ſolutionem à debitore ſuo faciendam; niſi ſolvens probabiliter ignoraverit concurſum & decoctionem, tunc enim propter juſtam ignorantiam debitor ſolvens liberatur.*

25 *Prohibitio alienationis ex pacto cum Tertio inito cujus intereſt rem non alienari, impedit dominii tranſlationem ſi alienetur, ſive acquirens ſciverit prohibitionem ſive ignoraverit.*

26 *Concurſus formatus impedit ne debitor res ſuas alienando poſſit transferre earum dominium in acquirentem in præjudicium creditorum.*

27 *Lex*, ſi pater 4. ff. de manumiſſ. vindicta, & *lex*, quæſitum 15. §. Julianus, ff. qui & à quibus: *declarantur, & conciliantur remiſſivè.*

28 *Mandatum ab Inſtitore ſuſceptum non finitur morte præponentis, & num. 29. juncto num. 53. & 54.*

30 *An ſententia lata contra debitorem decoctum, & in favorem ejus qui concurſum formatum ignorabat, valida ſit. Diſputatur ad partes* n.31.cum ſeq. uſque ad n.42.

31 *Debitor decoctus privatur rerum ſuarum adminiſtratione.*

32 *Sententia lata contra debitorem poſt hypothecam contractam, non nocet creditoribus ignorantibus litem ſuper hypotheca motam.*

33 *Maximè quando debitor bona ſua non poſſidet; ſed Tertius.*

34 *Sententia lata contra debitorem pendente concurſu, valida eſt, ſive adverſarius ſciverit, ſive ignoraverit concurſum: non tamen nocebit creditoribus non citatis. numer. 35. & 42.*

36 *Debitor in judicio concurſus eſt pars formalis provocans ſuos creditores ut contra ipſum ſua jura deducant, & legitimus contradictor.*

37 *Pendente concurſu, poteſt conveniri debitor coram alio judice competente, & convenire ipſe ſuos debitores & acta valebunt niſi opponatur exceptio concurſus.*

*Non tamen in præjudicium creditorum non citatorum qui adverſus ſententiam reclamare poſſunt. n.38.*

39 *Sententia lata contra debitorem non mandatur executioni contra tertios rerum hypothecatarum poſſeſſores.*

40 *Debitor etſi privetur rerum ſuarum adminiſtratione poſt formatum concurſum, non tamen deſinit eſſe dominus & poſſeſſor. & n.41.*

43 *An valeat alienatio facta à debitore poſt concurſum formatum, in eum qui concurſum ignorabat? Et videtur valere per jura hic allegata.*

*Contrarium verius eſt, & probatur numer. 44.* & ſeqq.

45 *Nulliter contrahitur cum his quibus bonorum adminiſtratio à jure vel judice interdicta eſt.*

46 *Etiamſi contrahens talem interdictionem ignoraverit.*

47 *Ignorantia non prodeſt illi qui acquiſivit rem alienare prohibitam.*

48 *Alienatio facta à debitore poſt ceſſionem bonorum, ſeu decoctionem, nulla eſt.*

49 *Emens ſcienter ab eo, cui bonorum adminiſtratio interdicta eſt non acquirit dominium.*

50 *Argumentum à contrario ſenſu non valet, quando abſonus inde reſultaret intellectus.*

51 *Lex operatur nullitatem contractus, ſive contrahens ſciverit prohibitionem alienandi, ſive ignoraverit.*

52 *Bona fideicommiſſo ſubjecta poſſunt alienari pro ſatisfactione creditorum teſtatoris.*

53 *Contrahens cum inſtitore poſt mortem præponentis, validè contrahit, ſive mortem domini ſciverit, ſive non: & n.54.*

55 *Quamvis*

*55 Quamvis ſolutio facta decocto liberet ſolventem ignorantem decoctionem; non tamen valet contractus cum eo celebratus.*

1 QUoad primam partem *hujus cap.* An lite concurſu introducto jam per debitorem communem inter ſuos creditores, ſolutio ipſi facta à ſuo debitore ſciente vel ignorante concurſum liberet ſolventem? Pro parte negativa, ut talis ſolutio facta debitori pendente concurſus judicio, non liberet ſolventem, ſive ſciverit, ſive ignoraverit concurſus pendentiam, multa urgere videntur.

2 Primò, quia debitor, poſtquam concurſus judicium formavit inter ſuos creditores, omnem à ſe abdicavit bonorum ſuorum adminiſtrationem, atque ita ſtatum ſuum mutavit, ut habeatur pro mortuo, nec deinceps habeat velle, vel nolle; ad quod quamplurima jura & Doctores adduximus in *hoc Labyrin.par.1.cap.14. ex num.1. cum multis*
3 *ſequentib.* & in tantum efficitur perſona illegitima, ut contractus à ſe geſti ſuper bonis ſuis,
4 ſint nulli ipſo jure, ut probavimus *ibid. ex nu. 4. cum multis ſequentib.* Imò ſi ſe ingerat debitor iſte decoctus in adminiſtratione bonorum ſuorum, & exactione quantitatum ſibi debitarum, ſtellionatus crimine tenetur, & à Senatu meritò criminaliter punitur, ut diximus *in dicto cap.14. ex n.92. uſque ad fin.*

5 Ex quibus ſequitur, quod ſolutio facta ei, qui non ſit legitima perſona ad recipiendum, non liberet debitorem ſolventem, ſive ſcienter, ſive ignoranter ſolverit carenti mandato; ſed iterum ſolvere cogi poteſt: plurima jura & Doctores ad id conduximus *in hoc Labyrin.par.1.cap.36. n.27. & 28.* Ergo cùm debitor communis careat prorſus adminiſtratione ſuorum bonorum, ſolutio ipſi tanquam perſonæ illegitimæ facta non debet liberare ſolventem.

6 Secundò probatur, quoniam quando quis rei dominus per contractum & pactum cum Tertio initum, fuit prohibitus alienare, ac promiſit ſe non alienaturum, ſi pacto contempto alienaverit alienatio nulla eſt, ſive alter contrahens ſciverit, ſive ignoraverit pactum prohibitivum procedens: prout etiam probavimus in *hoc Labyrin. part. 1. cap.38. ex num. 28.* & ſignanter *ex num. 38.* ubi plurimas doctrinas congeſſimus, & fundamenta in comprobationem hujus aſſertionis.

7 Quibus addere poſſumus communem quandam reſolutionem, quæ vult ut pactum de non alienanda dote initum cum Tertio cujus intereſt, juramento vallatum, impediat tranſlationem dominii in eum, in quem mulier alienavit etiam cum juramento, ſive ſciverit, ſive ignoraverit pactum præcedens prohibitivum alienationis, cùm hoc juramentum non arctet in præjudicium Tertii qui antea pactus fuerat de non alienando rem aliàs de jure, aliavè diſpoſitione alienari prohibitam: per *cap. intellecto, extr. de jurejur.* & ex *l. 28. tit. 11. par. 2.* Gloſſa communiter recepta *in cap. licet mulieres, de jurejur. l.6.* ſequuntur Doctores *ibid.* Imola *in cap. cum contingat, num. 81.* & *ibi* Alciat. *num. 43. extr. de jurejur.* Abbas *in d. cap. intellecto*, per text. *ibid.* Bartol. *in l. is cui bonis,ad fin.ff. de verb.oblig.* & in *l. ſi quis pro eo,num.9.verſ. adverte ff. de fidejuſſ.* Hoſtienſ. *in ſumma de jurejur.§. eo modo cenſeatur*: Angel. de Aretio *in princip. Inſtit. quib. alien. lic. vel non*: Ferdin. Valquez Menchaca *l. 3. de ſucceſſ. creat. §. 26.39. & ſeqq.* Chaſſan. *in conſuetud. Burgund. rubr.4. §.16. num.5.* Joan. Crot. *in l. filiusfam. §. divi, col.25.* & *ibi* Ferdin. de Loazez *num.431. ff. de legat.1.* Palat. Rubeus *in repetit. Rubr. de donat. int. vir. & uxor. §. 45. n.6.* Covar. *in relect.cap. quamvis pactum, de pact. l. 6. par.2. §. 1. num. 1. & 2.* Innocent. & Abb. & communiter Doctores in *d. cap. intellecto, de jurejur.* Bald. & moderni *in l. duobus, §. ult.* ubi Alex. *ff. de jurejur.* Jaſ. *in auth. ſacramenta puberum, n.60. Cod. ſi advers. vendit.* plurimos alios allegat Matienzo *in l.3.gl.3. à princip. nu.1. & 2. tit. 10. l. 5. recopil.* Guttierr. *de juram. confirmat. par.1. cap.1. num.79.* ubi plurimos alios refert, Anton. Gabriel. *l.2.commun.opin. concluſ.1. de jurejur. ex n. 1. cum ſeqq.*

Et quamvis nonnulli Doctores citati à Guttier. 8
*d. cap. 1. num.* 88. diſtinguant inter ſcientiam & ignorantiam ejus qui emit; ut ſi ignoravit juramentum mulieris antecedens de non alienando dotem, tunc valeat alienatio: quibus repugnant Covarr. Alciat. & Matienzo, *in d.l.3.§.13. nu.9.* quos etiam referens ſequitur Merlin. *de pignor. l.2. tit.1. quæſt. 18. n.76. & 77.* ubi quando pactum de non alienanda dote geſtum eſt cum Tertio cujus intereſt, in ejus præjudicium alienatio ſubſequens facta per mulierem non valet, ſive ſciverit emptor rei prohibitæ alienari, ſive ignoraverit pactum præcedens, adhuc advertendum erit: ut illi loquantur quando mulier ſimpliciter, & nullo Tertio interveniente, juravit ſe non alienaturam dotem; ſed ſecùs erit in caſu de quo loquimur, quando pactum hoc præceſſit cum Tertio initum, cujus intererat non 9
alienari: quo caſu communiter omnes tenent non valere alienationem poſtea factam, quia in Tertii præjudicium nullo modo tenet ſive emptor ſciverit, ſive ignoraverit: ut ex pluribus Juris exemplaribus per nos adductis *in hoc Labyrin. per 1. dict.cap.38. ex num.36. cum ſeqq.* & inſuper probat abſoluta & indiſtincta determinatio *dict.cap. intellecto, de jurejur. & d.l.2.tit.11.part.2.* abſolutè annullans alienationem factam à Rege etiam cum juramento contra juramentum præcedens de non alienando civitates & bona Coronæ in ejus detrimentum, cum prius pactum juratum ſit conforme diſpoſitioni juris, & ideo poſterius non poteſt illi derogare in præjudicium Regni, cujus intereſt non diſmembrari.

Tertiò & pro hac parte urgent notabilia jura, 10
in quibus apertè probatur, ignorantiam revocati juſſus & mandati, ac mutatæ voluntatis, non validare actum poſteà geſtum, text. *in l. ſi pater 4. ff. de manumiſſ. vindict.* cujus verba ſunt: *Si pater filio permiſerit ſervum manumittere, & interim deceſſerit inteſtatus; deinde filius ignorans patrem ſuum mortuum, libertatem impoſuerit, libertas ſervo, favore libertatis, contingit; cùm non appareat mutata eſſe domini voluntas: ſin autem ignorante filio, vetuiſſet pater per nuncium, & antequam filius certior fieret, ſervum manumiſiſſet, liber non ſit: nam ut filio manumittente ſervus ad libertatem perveniat, durare oportet patris voluntatem: nam ſi mutata fuerit voluntas, non erit verum volente patre filium manumiſiſſe.* Ad idem eſt etiam textus optimus & omnino diſſimilis in *l. quæſitum 15. §. Julianus, ff. qui & à quibus*; his verbis; *Julianus ait; ſi poſteaquam filio permiſit pater manumittere, filius ignorans patrem deceſſiſſe, manumiſit vindicta, non fieri eum liberum; ſed ſi vivit pater, & voluntas ejus mutata erit, non videri volente*

*patre filium manumiſiſſe.* Ex quibus juribus directè probatur, ignorantiam debitoris ſolventis ei, qui formando concurſum, mutavit ſtatum, & factus eſt non legitima perſona ob amiſſam bonorum ſuorum adminiſtrationem, non liberare ſolventem.

11 Quartò urget text. in *l. ſi quis mancipiis 17. §. certè, ff. de inſtitor. act.* ubi contrahens cum inſtitore præpoſito, revocato per mortem domini qui eum præpoſuerat ad mercem exercendam rectè & validè contrahere dicitur, quantumvis ſciverit mortem domini præponentis: verba textus ſunt; *Certè ejus contractus nomine qui ante aditam hæreditatem interceſſit, etſi furioſus hæres extiterit dandam eſſe actionem, etiam Pomponius ſcripſit: non enim imputandum ei eſt, qui ſciens dominum deceſſiſſe, cum inſtitore exercente mercem, contrahit.* Ex quo textu clarè probatur, quod ſcientia vel ignorantia poteſtatis revocatæ non eſt in conſideratione, ut ſolutio judicari debeat benè vel malè facta: quod etiam in §. *ſi impubes, ejuſd. l. 17.* probatur.

12 Quibus tamen & aliis minimè refragantibus, contraria ſententia verior & probabilior eſt; imò ſolutionem factam debitori communi, pendente lite concurſus ab ipſo moto in ſuos creditores, liberare ſolventem ignorantem concurſus judicium pluribus juribus probatur, loquentibus in revocatione mandati facti ad aliquid gerendum expreſſa, vel etiam tacita per mortem mandantis re integra, vel mandatarii, aut per mutationem ſtatus alterutrius: tam in judicialibus cauſis, quam in contractibus ſeu negotiis extrajudicialibus, & ſolutionibus factis ei, cui poſt revocatum mandatum ſolutum fuit, ignorante ſolvente revocationem, cùm debuiſſet ei intimari & ſignificari revocatio mandati, aliàs tam contractus & ſolutiones, quàm actus judiciales ſuſtinentur & valent, non obſtante mandati revocatione ignorata.

13 De actibus judicialibus geſtis à procuratore revocato, parte adverſa & judice ignorantibus revocationem, plurima jura probant valere, ut in *l. procuratorem 65. verſ. ult. ff. de procur. l. unic. §. itaque, Cod. de ſatiſdan. l. ſi ante 7. ff. judicat. ſolv.* text. in *cap. ex parte 33. verſ. omnis igitur, de reſcript. cap. 3. & 4. & cap. mandato 13. procurat. Clement. unic. de renuntiat.*

14 Actus quoque extra judiciales, contractus, & alia negotia valere, ſi gerantur à procuratore interim per dominum mandantem, ſeu præponentem revocato, ignorantibus tam ipſo procuratore ſive mandatario, quàm eo qui cum ipſo contraxit, cùm utrique debuerit intimari revocatio ne deciperentur, multa jura ſingulariſſima probant, ut in *l. ſi tamen 14. ff. ad ſenatuſc. Macedon.* cujus verba ſunt: *Si tamen ſciente patre creditum ſit filio, dicendum eſt ceſſare ſenatus conſultum: ſed etſi juſſerit pater filio credi, deinde ignorante creditore mutaverit voluntatem, locus ſenatus conſulto non erit, quoniam initium contractus ſpectandum eſt.* Alius text. *l. 1. §. ſed ego quæro an revocari hoc juſſum antequam credatur poſſit? Et puto poſſe, quemadmodum ſi mandaſſet, & poſtea ante contractum contraria voluntate mandatum revocaſſet & me certioraſſet, ff. quod. juſſu.*

Eſt alius text. in *l. ſi mandaſſem tibi, ut fundum emeres, poſtea ſcripſiſſem ne emeres, tu antequam ſcias me vetuiſſe, emiſſes, mandati tibi obligatus ero, ne damno afficiatur is qui mandatum ſuſcepit. 15. ff. mandati:* alius text. in *l. inter cauſas mandati omittendi etiam mors mandatoris eſt, nam mandatum ſolvitur morte: ſi tamen per ignorantiam impletum eſt, competere actionem utilitatis cauſa dicitur. 26. ff. mandati.* text. in *l. ſed & ſi pupillus, §. de quo, & §. proſcribere, ff. de inſtitor. act.* in quibus deciditur, publicandam eſſe prohibitionem à præponente factam, ne quis cum ſuo inſtitore ulteriùs contrahat: alioquin contractus cum eo per ignorantiam celebratos valere, & domino præponenti præjudicare, *l. quicunque 5. §. ſi ab alio inſtitor ſit præpoſitus, is tamen deceſſerit, qui præpoſuit, & hæres ei extiterit qui eodem inſtitore utatur, ſine dubio teneri eum oportebit: nec non ſi ante aditam hæreditatem cum eo contractum eſt, æquum eſt, ignoranti dari inſtitoriam actionem.* Item in *l. ſi quis mancipiis 17. §. Proculus ait, ſi denuntiavero tibi, ne ſervo à me præpoſito crederes, exceptionem dandam, ſi ille illi non denuntiaverit, ne illi ſervo crederet, ff. de inſtitor. act.* 15

In ſolutione facta debitori, pendente concurſu ab eo moto, an valeat ſolutio, ita ut liberet ſolventem, minor eſt difficultas; cùm favore liberationis, ignorantia concurſus & decoctionis prorſus excuſet ſolventem: ad quod plurima jura adſunt, quæ in variis & ſcitu dignis caſibus diſponunt, per tacitam mandati revocationem, videlicet per mortem re integra; vel per expreſſam, cujus notitiam ſolvens non habuerit, prorſus liberetur: ut in *l. ſi ſervus peculiari nomine crediderit, eique debitor, cùm ignorat dominum mortuum eſſe ante aditam hæreditatem ſolverit. Idemque juris erit, etſi manumiſſo ſervo debitor pecuniam ſolverit cùm ignoraret eo peculium conceſſum non eſſe: neque intererit vivo, an mortuo domino pecunia numerata ſit, nam hoc quoque caſu liberabitur debitor; ſicut is qui juſſus eſt de creditore pecuniam Titio ſolvere, quamvis creditor mortuus fuerit, nihilominus rectè Titio ſolvit, ſi modo ignoraverit creditorem mortuum eſſe. 23. ff. de ſolutionib.* 16

Id ipſum probatur in *§. rectè, Inſtitut. de mandato:* verſic. *ſed utilitatis cauſa receptum eſt, ſi eo mortuo qui tibi mandaverat, tu ignorans eum deceſſiſſe executus fueris mandatum, poſſe te agere mandati actione: alioqui juſta & probabilis ignorantia tibi damnum afferret. Et huic ſimile eſt quod placuit, ſi debitores, manumiſſo diſpenſatore Titii per ignorantiam liberto ſolverint, liberari eos: cùm alioqui ſtricta juris ratione non poſſent liberari, quia alii ſolviſſent quàm cui ſolvere debuerint.*

Textus etiam in *l. vero procuratori 12. §. 1. ff. de ſolution.* ibi, *ſed etſi quis mandaverit ut Titio ſolvam, deinde vetuerit eum accipere: ſi ignorans prohibitum eum accipere, ſolvam, liberor: ſed ſi ſcivero, non liberor.* Alius text. in *leg. qui hominem 44. §. ſi Titium omnibus negotiis meis præpoſuero, deinde vetuero eum (ignorantibus debitoribus) adminiſtrare negotia mea, debitores eis ſolvendo liberabuntur.* Alius text. in *l. cum quis ſibi 38. §. ſi debitorem meum juſſero Titio ſolvere: deinde vetuerim Titium accipere, & debitor ignorans ſolverit, ita eum liberari exiſtimavi, &c. ff. de ſolutionib.* Alius text. in *l. diſpenſatori, qui ignorante debitore remotus eſt ab actu, rectè ſolvitur: ex voluntate enim domini ei ſolvitur; quam ſi neſcit mutatam qui ſolvit, liberatur, 51. ff. eod.* facit optimus text. in *l. ſi fidejuſſor 29. §. ſi cum debitor ſolviſſet ignarus fidejuſſor ſolverit, puto eum mandati*

*mandati habere actionem : ignoſcendum enim eſt*
*ei ſi non divinavit debitorem ſolviſſe : debet enim*
*debitor notum facere fidejuſſori jam ſe ſolviſſe ,*
*&c. ff. mandatis* idem in *l. inter cauſas 26.*
ibi ; *nam madatum ſolvitur morte : ſi tamen*
*per ignorantiam impletum eſt , competere actio-*
*nem utilitatis cauſa dicitur* , &c. & iterum , ibi:
*Si quis debitori ſuo mandaverit ut Titio ſolveret ,*
*& debitor mortuo eo cùm id ignoraret ſolverit ,*
*liberari eum oportet , ff. mandati* : item alius
text. in *l. Ejus qui in provincia Stichum ſer-*
*vum calendario propoſuerat , Romæ teſtamentum*
*recitatum eſt , quo idem Stichus liber & ex*
*parte hæres erat ſcriptus ; qui ſtatus ſui igna-*
*rus pecunias defuncti aut exegit , aut credidit ,*
*ut interdum aut ſtipuletur , aut pignora accipe-*
*ret , &c. placebat , debitores quidem qui ei ſol-*
*viſſent liberatos eſſe ; ſi modo ipſi quoque domi-*
*num deceſſiſſe ignoraſſent , &c. 41. ff. de reb. cre-*
*dit.* Urget etiam ratio text. in *l. ſi putatur 31.*
*ff. ad leg. Aquil.* ibi , *nam culpa ab eo exigenda*
*non eſt , cum divinare non potuerit* , &c. textus
etiam in *l. ſi non ſortem 26. ſi §. filiofam. ſolvit,*
*cùm eſſet ejus peculiaris debitor ; ſiquidem igno-*
*ravit ademptum ei peculium , liberatur ſi ſcit ,*
*& ſolvit condictionem non habet , quia ſciens in-*
*debitum ſovit : ff. de condict. indeb*
17 Ex quibus juribus claré apparet debitorem
ſolventem ſuo creditori, poſtquam concurſus ju-
dicium formavit inter ſuos creditores , quan-
tumvis careat ſuorum bonorum adminiſtratio-
ne, omnino conſequi liberationem , ſi probabi-
liter ignoravit concurſus exiſtentiam : ſecùs au-
tem ſi ſciat fallimentum ſui creditoris ob con-
curſum cauſatum : & ita noviſſimè tenet Olea
*de ceſſ. jur. & act. titul. 1. quæſt. 1. num. 41. &*
42. ex iis quæ ex *num. 26. & ſequentib.* addu-
xerat de ſolvente procuratori revocato , igno-
18 rante revocationem , & quod ſolvens debitori
fallito ſciens fallimentum non liberetur , ſecus ſi
ignoret : tenet Curia Philippica *lib. 2. cap. 11.*
*del commercio terreſtre , num. 42. & 46.* pro
qua diſtinctione adeſt *lex 2. tit. 19. lib. 2. re-*
*copil.* in illis verbis , *y mandamos à qualeſquier*
*perſonas, en cujo podes eſtubieren qualeſquier deu-*
*das , o mercaderia o mercaderias , o otros qualeſ-*
*quier bienes de los que a ſi ſe alçaren , o ſupieren*
*qui en los tiene , no pagen las dichas deudas a las*
*perſonas que aſi ſe ubien alçado como dicho es ,*
*ni les acredan con los dichos bienes , ni con parte*
*dellos : y retro de treinta dias , deſpues que en*
*qualquier manera viniere a ſu notitia , que el tal*
*mercades , o cambiador , o factor ſe ha alçado*
*vengan a manifeſtarlo que tienen ſujo, y les deben,*
*&c. ſo pena que lo que les pagaren , ſe aja por no*
*pagado, y lo tornen a pagar otravez,* &c. Idem diſ-
ponit *lex 6. ejuſdem tit.* quas leges ita etiam intel-
ligit Curia Philipp. *loc. cit.*
19 Nos etiam in *hoc Labyrint. part. 1. capit.28. ex*
*num. 29. cum multis ſeqq.* reſolvimus , multis
Doctoribus citatis , multiſque fundamentis ju-
ridicis adductis , quod nimirum licèt mandatum
datum à debitore ad exigendum , exercendum ,
adminiſtrandum ſua bona & negotia , extin-
guatur ipſo jure ſtatim quod mandator for-
mavit concurſum ita ut ejus virtute geſta ,
ſint nulla & inefficacia , etiamſi non præcedat
monitio , & intimatio concurſus , & revocatio-
20 nis talis mandati , tamen ſolutiones factæ huic
mandatario revocato per debitores ignorantes
revocationem ex concurſu , liberant ſolventes ;

ad quod adduximus plurimos Doctores ita in his
terminis tenentes ; unde rectè infertur ad ipſum
debitorem dominum conſtituentem , ut ei igno-
ranter ſolventes liberentur.
Et nondum , quod licèt præſumatur ignoran- 21
tia , ubi ſcientia non probatur , ex *vulgata ju-*
*ris regula* , tamen ſi aliqua ſit præſumptio , vel
legitimum indicium , ex quo probabiliter indu-
catur ſcientia debitoris adeſſe concurſum for-
matum à debitore , nihil ei proderit ignorantia
allegata , nec juris præſumptio , Maſcard. *de pro-*
*bat. concluſ. 879. n. 11. cum ſeqq.* vel quando ra-
tione officii quis ſcire & indagare tenetur factum
alienum , quia tunc præſumitur ſcientia : ſcire ,
enim , & ſcire debere , à pari procedunt , ad 22
quod jura & Doctores refert Valaſc. *in axiomat.*
*litt. S, n. 4.*
Neque ignorantia ſupina & affectata , quan- 23
do quis facilè ſcire potuit , excuſat : de quo
plura cumulat Auguſtin. Barboſ. *in Regul. Igno-*
*rantia facti , ex n.7. cum multis ſeqq.* Maſcard. *d.*
*concluſ.879. n.31. cum duob. ſeqq.* Pacian. *de pro-*
*bat. l.2. cap. 19. ex n.60.*
Quibus ſuppoſitis , non obſtant argumenta in 24
contrarium adducta : non primum ex *n. 2. ſupr.*
nempe debitorem formantem concurſum , non
eſſe legitimam perſonam ad recipiendam ſolutio-
nem ſibi à ſuo debitore factam. Quoniam reſ-
pondetur , quod datâ ignorantiâ probabili & non
affectata in ſolvente , quod fuerit adempta libera
adminiſtratio bonorum creditori ſuo cum quo à
principio contraxerat , ſolutio liberat ſolventem ,
etiamſi pecunia ſoluta non pertineat ad recipien-
tem , ſed ad creditores decocti ; ut latiſſimè pro-
bavimus *in hoc Labyrint. par. 1. c.27. ex n.83. cum*
*multis ſeqq. & cap.28. ex n. 28. & ſeqq. & par.2.*
*cap.9. ex n.114.* & urgent tot expreſſima jura ad-
ducta *ſupr. ex n.12.*
Non obſtat ſecundum ex *nu. 6.* quia loquitur 25
in prohibitione alienationis facta ex pacto cum
Tertio inito , cujus intereſt rem non alienari ,
impeditivo tranſlationis dominii , ſive contra-
hens cum prohibito ſciat , vel ignoret pactum
præcedens : quia ex contraventione non poteſt
inferri præjudicium Tertio ſic paciſcenti ſuper
re aliàs de jure probibita alienari ; ut de dote
& bonis majoratus : videnda ſunt quæ abundè
diximus *par. 1. cap. 38. ex numer. 32.* & ſignan-
ter ex *num. 35. & ſeqq.* quæ etiam procedunt
in debitore amittente bonorum ſuorum admi-
niſtrationem , formato creditorum concurſu , ut 26
ab eo alienatio facta non transferat dominium in
emptorem ſive ſcientem , ſive ignorantem concur-
ſus pendentiam, de quo inferiùs , *ad 3. partem hu-*
*jus cap. ex n.43. cum ſeqq.*
Nec obſtat etiam tertium argumentum ex *l.* 27
*ſi pater 4. ff. de manumiſſ. vindict. & l. quæſitum*
*15. §. Julianus. ff. qui & à quib.* ut *ſupr. num.10.*
quæ jura licèt videantur inter ſe pugnare, tum
concedendo libertatem datam à filio ignorante
mortem patris , tum contrarium determinando ,
tum etiam revocationem mandati admittendo
antequam nuntius , ſeu epiſtola perveniat ad
notitiam filii mandatarii ; adhuc tamen hæc ju-
ra ita conciliantur per Doctores , ut nullo modo
repugnent iis quæ latè probavimus hactenus ,
quòd actus judiciales & extrajudiciales valeant
geſti à procuratore revocato , quando tam
ipſe , quàm qui cum eo contrahit , ignorant re-
vocationem : ſed quia dictarum legum concor-
dia requirit longum examen , lectorem remitti-

mus ad ea quæ copioſè tradit Vela *poſt diſſertationes in tom. 2. ad repetit. cap.fin. de procur.l.6. in 4. par. repetit. ex num.2. cum multis ſeqq.* & ſignanter de concordia dictarum legum agit ex profeſſo *n.17. cum ſeqq.* ubi abundè & eleganter videndus omnino erit.

28 Non obſtat tandem quartum & ultimum argumentum de quo *ſupr. n. 11.* ex *l. ſi quis mancipiis 17.§. certè, ff. de inſtitor. act.* ubi dicitur, contractum celebratum cum inſtitore præpoſito ad negotiandum cum ſcientia mortis domini

29 præponentis, valere. Quia reſpondetur, illius textus determinationem à juris regulis procedere, nam mandatum inſtitoris non finitur morte domini præponentis, ſed durat ut antea quouſque ab hærede revocetur, & inſtitor ipſe removeatur: & ideo rectè quilibet cum eo contrahit ſive ſciat, ſive ignoret mortem præponentis, cùm inſtitor ſemper remaneat perſona legitima virtute mandati non revocati ſed durantis, per innumerabiles pene Doctores, quos congeſſimus *in hoc Labyrinth. part. 2. c. 9. ex num. 111. 112. & 113.* Neque obſtat *l. quæſitum 5. §. ſi ab alio, ff. eod.* in illis verbis ibi, *ignoranti dari inſtitoriam actionem*: quaſi deſideret ignorantiam in contrahente; de cujus textus intellectu inferiùs agendum erit in *3. par. hujus. c.*

30 Quoad ſecundam partem *hujus cap.* An ſententia lata contra debitorem, & in favorem ejus qui concurſum formatum ignorabat, valida ſit? quam ad partes noviſſimè diſputavit Olea *in ſuo erudito tractat. de ceſſ. jur. & act. titul.1. quæſt.1. ex num. 21. cum ſequent. & ex num. 30. & ſeqq.* ubi tandem reſolvit abſolutè, ſententiam obtentam contra debitorem pendente judicio concurſus, prorſus eſſe nullam, ſive obtinens ſciverit, ſive ignoraverit concurſus pendentiam, tribus potiſſimùm motus argumentis.

31 Primò, quia debitor poſt concurſum formatum & ceſſionem bonorum factam, ita à ſe eorum adminiſtrationem abdicavit, ut eidem ſit prorſus denegatum exercitium actionum, cum quo ideo nullus potuit litigare, nec judicium movere, ex *l. item ſi unus, ff. de recept. arbitr.* & ideo ſententia contra eum lata nulla eſt ipſe jure, ſciente vel ignorante collitigante.

32 Secundò, quia ſententia lata contra debitorem poſt hypothecam contractam, non nocet creditoribus ignorantibus litem ſuper hypotheca motam, ex *l. judicatæ, 29. §. ſi debitor, ff. de except. rei judic. l. ſuperatus, ff. de pignorib. l. ſi mater, §. fin. ff. de except. rei jud.* Gloſſ. & Doctor. *in l. ſæpe, ff. de re judic.* Paul. de Caſtr. *in l. ob executorem, §. alio, ſub num. 2. ff. de appellat.* Menoch. *l. 3. præſump.124. numer. 64.* Ariſmin. Tepat. *variar. titul. 501. cap. 20. verſic. ſententia lata*: Petr. Surd. *deciſion. 259. num. 6.* Carrocc. *de exceptionib. except. 123. à num. 53.* (qui refert *Covarruv. & Neguſant.*) Anton. de Amat. *tom. 2. var. reſol. cap. 79. num. 18.* Ann. Robert. *l. 3. rer. judic. cap.19. in allegatione pro creditore*, & noviter Acoſta *de privil. creditor. in præfat. ad reg.1. n.19.* quorum nullus loquitur quando adverſarius ignorabat rem eſſe hypothecatam.

33 Tertiò, Olea *loc. citat. num. 32. & 33.* movetur hoc argumento, quoniam licèt ſententia lata contra debitorem noceret creditoribus hypothecariis, ex Noguerol. *allegat 33. & ſequentib.* & Giurb *deciſion.92. num.12.* Id tamen non haberet locum quando debitor bona non poſſidet; ſed alius Tertius, quia tunc cum illo Tertio rei hypothecatæ poſſeſſore noviter agendum erit: ex multis Doctoribus ab ipſo Noguerol. allegatis *ex num.78. & ſequentib.* Sed ſic eſt, quod formato jam concurſu debitor non poſſidet bona ſua, quia omnia dimiſit creditoribus, ergo ſententia contra eum lata, nulla eſt, nec poterit præjudicare creditoribus ejuſdem.

Quibus tamen non obſtantibus, abſolutè tenendum erit, ſententiam latam contra debitorem pendente concurſu, omnino validam eſſe, ſive adverſarius collitigans ſciat, ſive ignoret pendentiam concurſus. In quo tamen diſtinctè procedendum eſt, aut enim loquimur reſpectu debitoris, aut reſpectu creditorum: & utroque caſu valida eſt ſententia, ſciente, vel ignorante adverſario: reſpectu quidem debitoris, quia cum Parte formali, & cujus principaliter intereſt, litigavit: reſpectu etiam creditorum valida erit, quo valet cum parte principali, quanquam eiſdem præjudicium non afferet ſi non fuerint citati, quia poterunt contra eam allegare vel colluſionem, vel indefenſam cauſam à debitore convento, vel omiſſas ab eo exceptiones; quibus diſcuſſis, vel declaranda erit valida ſententia, vel annullanda, vel reſcindenda: quod probatur ex contrapoſitione argumentorum quæ ab *Olea* fuerunt conſiderata. 34 35

Nam principale ejus fundamentum; nempe debitorem, judicium concurſus formantem, non habere exercitium actionum, nec eas movere vel defendere poſſe, omnino negamus: imò verò aſſerimus eſſe partem formalem introducentem judicium, & provocantem ſuos creditores, ut à ſe petant & deducant jura ſua, ideoque ei, & in eum, omnes diriguntur actiones activæ & paſſivæ, de quo latè egimus, & manifeſtè comprobavimus in *hoc Labyr. par.1. cap. 4. ex num.46. cum multis ſeqq.* ubi abundè diſceptatur pro utraque parte, & *hac 4. par. cap. 1. ex num. 2. cum ſeqq.* quibus quidem locis ſatisfit dictæ legi, *ſi unius, ff. de recept. arbitr.* ut *ibi* videre poteris ad ſaturitatem: quod teſtatur praxis omnium Tribunalium in cunctis concurſibus creditorum, admittens abſque ulla controverſia debitorem movere actiones contra ſuos creditores, vel debitores, tertioſvè alios poſſeſſores: ideoque ulteriùs hæſitandum non erit. 36

Præterea ſupponitur, quod pendente concurſu, quilibet poteſt extra illius judicium coram alio judice competente movere litem contra debitorem, vel debitor contra alios, & illud judicium quod fit extra concurſum validè currit; niſi oppoſita exceptione concurſus pendentis, lis mota ad judicium concurſus trahatur; alioquin ſententia tenet, ut copioſè fundatur in *hoc Labyrint. par.1. cap.4. §. 2. & 3. per tot. & cap.5. ex n.17.* 37

Si tamen, creditoribus concurſus non citatis, lis mota & ſententia lata fuerit, licèt in ſe valida ſit, creditoribus tamen non nocet, ſed eis reclamantibus, trahenda eſt ad concurſus judicium, & iterum poterunt contra eam opponere novas exceptiones à debitore omiſſas, vel etiam colluſionem & fraudem debitoris: ut abundè poſt alios fundavimus *in hoc Labyr. par.1.cap. 40. ex num.1. uſque ad 8. & cap.13. nu.53. & 24. & d. cap.4.§.2. & 3. & cap.5. ex n.17.* 38

Quare

Quare is qui contra debitorem movet litem & obtinet ſententiam ; judicium ſuſtinetur & ſententia valida eſt , ſive ſciat, ſive ignoret pendentiam concurſus ; quanquam , ut dictum eſt non præjudicatur creditoribus concurſus non citatis., prout debebant citari, ut pareret illis præjudicium.

Ex quibus ſatisfit primo & ſecundo argumento in contrarium conſideratis.

Non obſtat etiam tertium de quo *ſupra n.*33. 39 ex Noguerol. & aliis, ut ſententia contra debitorem principalem non mandetur executioni contra tertios rerum hypothecatarum poſſeſſores non citatos : in quo caſu loquutur Doctores in argumento allegati : Et ideo cùm debitor poſt dimiſſionem bonroum non poſſideat, ſed creditores , in quos tranſlatam bonorum poſſeſſionem ſupponit argumentum, eis non poteſt præjudicare ſententia.

40 Cui argumento ſatisfit : ſententiam contra debitorem obtentam non præjudicare ejus creditoribus non citatis ; fatemur, ratione ſui intereſſe, quibuſcum in concurſu aſſiſtentibus ſimul debebat lis agitari, ut hactenus probavimus, non tamen ratione & intuitu poſſeſſionis : cùm improbabile valde ſit, in eos ex dimiſſione adminiſtrationis bonorum , tranſlatam fuiſſe poſſeſſionem , 41 nam imdubitabile eſt , utrumque , tam dominium quàm poſſeſſionem remanere penes ipſum debitorem communem durante judicio concurſus : ut comprobavimus *par.*1. *cap.* 14. *ex num.*1. *cum ſeqq.* ubi de dominii retentione, & ex *num.* 1. *uſque ad num.* 45. & de poſſeſſione non amiſſa per ceſſionem bonorum , nec tranſlata in creditores, in Curiam nec in adminiſtratorem concurſus, ſed quod remaneat integra & illæſa penes eundem debitorem, *ibid. ex num.* 68. *uſque ad nu.* 88. & ideò nullo ex capite procedit argumentum : ſed omnino in hac quæſtione concludendum eſt , ſententiam latam contra debitorem, 42 pendente judicio concurſus, eſſe validam ſive eam obtinens ſciverit, ſive ignoraverit concurſus pendentiam.

43 Ad tertiam partem noſtri capituli accedendo, quæritur an alienatio facta à debitore poſt concurſum formatum , in eum qui concurſum per actum ignorabat , valida ſit ; Et validam eſſe , datâ ignorantiâ , emptoris probant mirabilia jura determinantia quod emptio facta ab eo cui per Prætorem interdicta erat bonorum alienatio , ob timorem diſſipationis , non erit valida , ſi emptor ſciverit interdictionem, nec præſtabit ei cauſam præſcribendi , quia talis venditio non eſt titulus dominii tranſlativus : textus eſt in *l. ſi ab eo emas , quem Prætor vetuit alienare , idque tu ſcias , uſucapere non potes* 12. *ff. de uſucapion.* textus etiam ſimilis in *l. qui fundum* 7. §. *qui ſciens rem emit ab eo quem prætor ut ſuſpectum heredum diminuere vetuit , uſu non capies , ff. pro emptore* : mirabilis textus ad propoſitum in *l. ſi ſciens emam ab eo , cui bonis interdictum ſit , vel cui tempus ad deliberandum de hereditate ita datum ſit , ut ei diminuendi poteſtas non ſit : dominus non ero*, 26. *ff. de contrah. empt.* Ecce jura apertiſſima, & valde adaptabilia debitori poſt concurſum formatum inter ſuos creditores , qui omnino privatus eſt ſuorum bonorum adminiſtratione , & per conſequens alienandi poteſtate , ut ſimiliter dicamus , alienationes ab eo factas validas eſſe , & dominium , & uſucapiendi facultatem ex illis tranſire in emptores , vel donatarios ignorantes concurſum peractum à debitore alienante licèt ſecus ſit quando emptor conſcius eſſet interdictionis & concurſus pendentis.

Contraria tamen ſententia , imò alienationem 44 bonorum factam per debitorem communem , poſt peractum & à ſe motum judicium concurſus , nullam eſſe & invalidam ipſo jure , ſive is in quem facta fuit alienatio , ſciverit vel ignoraverit concurſus pendentiam ; longè verior, & probabilior eſt ; prohibita enim eſt debitori bonorum ſuorum adminiſtratio ; & alteri à Curia data ſeu commiſſa , in cujus commiſſionis vim bona ſequeſtrata ſunt in favorem creditorum, ne diſtipentur & alienentur , ſed ut in tuto ſint poſita ; & propterea cùm debitor jam deſierit eſſe legitima perſona ad contrahendum , alienatio ab ipſo facta prorſus erit nulla , ita ut nec ex ea transferatur dominium , nec poſſeſſio : ut probant text. *in l. Julianus* 10. *ff. de curat. furioſ. dum l.*19. *& l. furioſi* 41. *de reg. jur. l. is cui* 6. *ff. de verb. oblig. l.*9. *tit.*15. *par.*5. comprobant etiam in his terminis per *l. item ſi unus, ff. de recept. arbitr.* Bald. *in conſil.* 390. incip. *In libris Theſaurariæ, n.*3. *&* 4. *vol.*5. Maria. *vot.*78. *n.*10. Valenzuela Velaſqu. *conſ.* 189. *num.* 14. *& conſ.* 19. *num.* 43. *cum ſeqq. vol.*1. Noguerol. *alleg.*19. *num.*128. & per *dict. leg. is cui bon.*6. *ff. de verb. oblig.* probarunt in noſtris terminis Scacc. *de commerc.* §.1. *gloſ.*5. *n.*329. *&* 330. Stracha *de decoctorib. par.*3. *num.*28. Gait. *de credito, cap.*2. *tit.*7. *n.*34. Catallan. *de indulto* , *cap.* 55. *n.*83. idem Noguerol. *alleg.* 16. *num.*101. quibus adde Oleam *de ceſſ. jur. & tract.* 1. *quæſt.* 1. *ex num.* 34. *cum ſeqq.* latiſſimè variis juris fundamentis nos quoque probavimus *in hoc Labyrin.* 1. *par. cap.*14. *ex nu.*1. *uſque ad num.* 21. ubi multa ad propoſitam materiam videre poteris , & ex *num.*8. *uſque ad* 12. ſequeſtrum inducere prohibitionem alienationis & impedire tranſlationem dominii ac poſſeſſionis.

Prædicta etenim jura abſolutè prohibent contrahere 45 illos quibus bonorum adminiſtratio à jure vel à judice interdicta fuerit annullando contractus ipſo jure ab illis celebratos , nulla facta diſtinctione ſcientiæ vel ignorantiæ contrahentium , quia lex prohibitiva operatur ſtatim & per ſe, *l. prohibitum, Cod. de jur. fiſci* , *l. non dubium* , *Cod. de legib.* poſt plures DD. diximus *hac* 4. *par cap.* 9. *ex n.* 9. ſi enim alienationis prohibitæ à jure , vel ab homine , nullitas penderet à 46 ſcientia vel ignorantia contrahentium , facillimè leges eluderentur , & ſubverterentur diſpoſitiones prohibentes alienationem ſub prætextu ignorantiæ , quæ regulariter à jure præſumitur.

Et in terminis quod quando adeſt prohibitio 47 alienationis legitimè facta , ignorantia contrahentium illis non proſit , neque impediat quominus alienatio deſinat eſſe ipſo jure irrita & nulla ; probant expreſsè Corneus , Capra , Ruinus , Cephal. Riminald. Jun. Honded. Surd. Peregrin. Graſſ. Senatus Pedemont. Fuſar. Joan. Ant. Mangil. & infiniti pene alii , quos congeſſimus in *hoc Lab.* 2. *par. c.* 12. *ex num.*15. & noviſſimè , nullo ex illis adducto , optimè probat Olea *ubi prox. tit.*1. *d. quæſt.* 1. *ex n.*34. ubi probat nullam 48 eſſe alienationem factam à debitore communi poſt motum concurſus judicium , & factam bonorum ceſſionem , ſive qui cum illo contraxit , ſciverit vel ignoraverit concurſus moti exiſtentiam : & urgent quæ diximus *ſupr. ex n.* 6. & ita firmiter tenendum erit in judicando & conſulendo.

49 Nec obſtant jura in contrarium adducta ex *n.* 43. *verſic. ad tertiam partem noſtri cap.* nempè *lex*, *ſi ab eo*, *ff. de uſuc. l. qui fundum*, §. *qui ſciens*, *ff. pro empt. & l. ſi ſciens*, *ff. de contrah. empt.* dum dicunt, quod qui ſciens emit ab eo cui bonis interdictum eſt non adquirit dominium: & ideo videntur requirere ſcientiam interdictionis, ut nulla ſit alienatio.

50 Quibus acutè reſpondit Olea *loco cit. d. tit.* 1. *quæſt.* 1. *ex num*37. ſcilicet argumentum à contrario ſenſu eſſe debile; nec ex illis juribus deduci poteſt, ſtante ignorantia valere contractum, quando præceſſit prohibitio alienationis à jure vel homine facta; quia inde reſultaret abſonus intellectus & repugnans tot juris diſpoſitionibus adductis *ſupr. ex n.*44. *vers. Contraria tamen, &c.* quoties enim abſurdum ſequitur, non admittitur argumentum à contrario ſenſu, ut videre eſt per Alvar. Valaſc. *in loc. communib. lit. A*, *n.*377.

51 Et quod illa jura debent operari nullitatem actus, ſive contrahens cum prohibito alienare ſciat prohibitionem, ſive ignoret, conſtat ex Gloſſ. *in l. pater filium*, §. *idem quæſiit ff. de legat.* 3. nam cùm textus dicat, ignorantem bona eſſe fide commiſſo ſubjecta, atque illa ementem ad ſolvendum creditoribus hæreditariis, rectè emere, & valere venditionem: Gloſſ. *ibid. verb. ignoranti*, ita ait: *maximè*, *nam idem eſſet ſi ſciviſſent*: cùm bona fideicommiſſi, quamvis adſit
52 alienationis prohibitio, libere alienentur pro ſatisfactione creditorum defuncti, ex multis juribus & Doctoribus adductis *in hoc Labyr.* 2. *par. cap.*7. *ex n.*43. & dictam Gloſſam communiter ſequuntur Doctores *ibid.* & Olea *loc. cit. n.*58.

53 Quod magis expreſsè probatur ex *l. quicumque* 5. §. *ſi ab alio*, juncta *l. ſi quis mancipiis*, §. *certè*, *ff. de inſtitor. act.* nam cùm utraque lex loquatur in contrahente cum inſtitore poſt mortem domini præponentis: utraque probat contractum valere: ſed Juriſconſultus *in d.* §. *ſi ab alio*, loquitur in ignorante mortem, ibi: *nec non ſi ante aditam hæreditatem cum eo contractum eſt*, *æquum eſt ignoranti dari inſtitoriam actionem*: at in *d.* §. *certè*, dat actionem contrahenti etiam ſcienti mortem domini, ibi: *non enim imputandum eſt ei*, *qui ſciens dominum deceſſiſſe*, *cum inſtitore exercente mercem contrahit*, & ideo Gloſſ. *in d.* §. *ſi ab alio verb. ignoranti*, addit, *maximè*: ex *d. l. ſi quis*, §. *certè*: quaſi dicat, ſi cum ſcientia valet contractus, multo magis
54 cum ignorantia, quia mandatum inſtitoris non revocatur per mortem domini, donec ab hærede fuerit revocatum; & ideo cum eo rectè contrahi poteſt ſive ſcienter ſive ignoranter, ut *ſupr. n.* 28. & 29.

55 Sed qua ratione in ſolutione facta decocta & fallito ignorantia concurſus excuſet & liberet ſolventem, ut probavimus & reſolvimus *ſupr. n.* 12. *cum ſeqq.* in aliis verò contractibus celebratis cum debitore fallito, ignorantia fallimenti & concurſus ab ipſo formati non profit contrahenti quominus contractus ipſo jure nullus remanet? Rationem differentiæ abundè ſcripſimus *in hoc Labyr.* 2. *par. cap.*9. *ex nu.*114. *cum ſeqq.* & *ſupr. ex n.*86. *cum multis ſeqq.* ibid. quibus addo Oleam *in tit. quæſt.* 1. *num.*43. & Nos referens *in pluribus locis*: noſtram theoricam, & veriſſimam hanc differentiam inter contractus voluntarios & neceſſarios ſequutus fuit idem ipſe Olea *in tit.* 5. *q.*9. *ex n.*7. *cum ſeqq. fol.*425.

## CAPUT XIII.

Creditor contrahens cum poſſeſſore majoratus ſub pacto impetrandæ facultatis, quam, poſſeſſore jam decocto, & lite concurſus formata, impetravit; an graduari debeat.

## SUMMARIUM.

1 *Status quæſtionis proponitur.*
2 *Debitor qui bonis ceſſit habetur pro mortuo circa actus tangentes bonorum ſuorum adminiſtrationem.*
3 *Facultas alienandi bona vinculata poſt mortem alienantis poſſeſſoris impetrata, non prodeſt ad validandum alienationem.*
4 *Mors civilis æquiparatur naturali.*
5 *Diſpoſitum in uno æquiparatorum, cenſetur etiam diſpoſitum in alio.*
6 *Æquiparatorum idem eſt judicium, ac diſpoſitio eadem.*
7 *Mandatum ad negotia à debitore datum finitur ipſo jure abſque alia revocatione ſtatim atque formavit judicium concurſus inter ſuos creditores*: & n. 12. verſ. nec obſtat.
8 *An facultas alienandi bona feudalia, vel majoratus, impetrata pendente concurſus judicio valida ſit. Reſolvitur negativè*, *n.* 16.
9 *Facultas alienandi impetrata ſuper bonis majoratus virtute pacti præcedentis decoctionem, valida eſſe poteſt. Sed contrarium probatur num.* 21.
10 *Mors civilis falliti non adimit ei dominium nec poſſeſſionem bonorum ſuorum.*
11 *Mors civilis non æquiparatur naturali, niſi ubi eadem milita ratio.*
12 *Æquiparatorum diverſum eſt judicium, ubi dari poteſt diverſitatis ratio.*
13 *Feudatarius alienans ſalvo aſſenſu regio, ſi bonis ceſſerit ante aſſenſum impetratum, an proſit aſſenſus poſt decoctionem obtentus*; &, *nu.* 14.
15 *Status quæſtionis* hoc cap. *agitatæ declaratur*; *ejuſque reſolutionem ab aliis juris principiis quàm præmiſſis pendere oſtenditur.*
16 *Facultas alienandi bona vinculata pendente concurſu impetrata, ſera nimis eſt & invalida.*
17 *Facultas contrahendi ſuper bonis vinculatis à quo poſſit vel debeat impetrari.*
18 *Facultatem alienandi vel hypothecandi bona majoratus à ſolo poſſeſſore impetrari poſſe probatur.*
19 *Poſſeſſor majoratus poſt formatum curſum nihil poteſt agere in præjudicium creditorum*; *nec impetrare reſcriptum confirmatorium præcedenis alienationis.*
20 *Mandatum debitoris ad impetrandum aſſenſum regium ſuper alienatione bonorum majoratus, expirat ſtatim poſt formatum concurſum, adeo ut creditor jam eo uti non poſſit.*
21 *Facultas contrahendi ſuper bonis vinculatis impetrata nomine poſſeſſore ſine ejus mandato inutilis eſt.*
22 *Niſi poſſeſſor illam ratam habeat expreſsè, vel tacitè.*

23 *Quæ ratificatio poſſeſſoris poſt decoctionem nullius eſt momenti.*
24 *Facultas Regia ad contrahendum ſuper bonis majoratus operatur tantum ex tempore datæ, non ex tempore contractus.*
25 *Actio retrotractiva requirit utrum extremum habile.*
26 *Debitor decoctus non habet velle, neque nolle.*
27 *Contractus ſuper bonis vinculatis celebratus ſub conditione impetrandi aſſenſum regium, ante impetrationem non obligat contrahentes, qui ab illo recedere poſſunt.*
28 *Feudum alienare promittens ſine aſſenſu domini, poteſt pœnitere, nec tenetur ad intereſſe.*
29 *Beneficiarius conſentiens reſignationi ſalvo beneplacito ſedis Apoſtolicæ, poteſt interim revocare conſenſum.*
30 *Alienatio rerum Eccleſiæ ſalvo beneplacito ſummi Pontificis, poteſt revocari ante beneplacitum obtentum.*
31 *Alienatio rerum Eccleſiæ ſub beneplacito Apoſtolico, ſi obtentum fuerit, pœnitentiam non admittit, etiam ante ejus executionem.*
32 *Reſervatio beneplaciti Principis ſuſpendit contractum, & interim partes contrahentes pœnitere poſſunt.*
33 *Secus, poſt expeditionem beneplaciti.*
34 *Clauſula*, reſervato beneplacito, *&c. in contractibus rerum alienari prohibitarum, quid operetur.*
35 *Rejicitur Carleval. dicens non eſſe pœnitentiæ locum in contractu ſuper rebus feudalibus ſub conditione impetrandi aſſenſum, domini directi.*
36 *Facultas regia à creditore impetrata etiam in vim pacti præcedentis decoctionem debitoris dicitur impetrata ſine debitoris conſenſu.*
37 *Fictio retrotractiva non nocet contrahentibus quibus medio tempore jus quæſitum eſt.*
38 *Contractus ſuper bonis majoratus ex defectu facultatis regiæ nullus eſt ab initio, licèt ſub conditione illam impetrandi factus ſit.*
39 *Contractus inchoatus & nondum perfectus, incidens in caſum à quo incipere non potuit, vitiatur.*
40 *Creditor impetrans aſſenſum regium poſt formatum concurſum à debitore, graduari non poteſt ad bona majoratus.*
41 *Quæ fiunt tempore prohibito, vel conferuntur in tempus prohibitum, irrita ſunt & nulla.*
42 *Creditores, quibuſcum formatum eſt concurſus judicium, eo pendente poſſunt ex jure & perſona debitoris communis validè impetrare facultatem regiam pro validitate contractuum ſuper bonis majoratus, in favorem ipſius debitoris celebratorum ſub conditione impetrandi regium aſſenſum: & n.43. & 44.*

1 HUjus quæſtionis reſolutio ex viſceribus juris haurienda erit, utrum ſcilicet creditor, qui ſuper bonis majoratus cum poſſeſſore contraxit ſub pacto de impetranda facultate Regia, quam poſſeſſore ipſo poſtea decocto, & poſt formatam litem concurſus, facultatem à Rege obtinuit, an poſſit ipſi prodeſſe, ita ut tanquam legitimus creditor debeat graduari inter cæteros creditores concurſus ad bona majoratus?

2 Et pro parte negativa, ut nimirum ea facultas tunc temporis impetrata, nequeat revalidare contractum præcedentem, urgent ſequentia fundamenta. Primò, quoniam debitor communis poſtquam bonis ceſſit, ita ſtatum mutaſſe cenſetur, ut ex juris cenſura & legis intellectu habeatur pro mortuo quoad omnes actus tangentes adminiſtrationem bonorum: ut probant *l. ſi cui bonis, ff. de verb. oblig.* Scacc. *de commerc.* §. 2.*gloſ.*5.*n.*329. & 330. Stracha *de decoctorib.*3.*par. n.*28. Gait. *de credito*, *c.*2.*tit.*7.*n.*2359. & 2049. & 2421. Noguerol. *allegat.*16.*n.*101. Catalan. *de indult. quæſt.*55.*n.*83. Nos in *hoc Labyrin. par.* 1. *c.*14. *n.*18. & 19. quibus adde Carleval. *de judic. tom.*2.*l.*1.*tit.*3.*diſpu.*6.*n.*36. Bellon. *decis.*10.*n.*21. & 13. & *decis.*131.*n.*3. & 4. Petr. Surd. *cons.*405. *n.*9. & *n.*12.*l.*3. Tuſch.*lit.D*,*concluſ.*105. Azeved. *in l.*2. *à princip. tit.*19. *l.*5. *recopil.* & ita in noſtris terminis conſideravit Camil. de Laratha *in theatr. feudor. tom.*1. *par.*8. *dilucidat.*76.*n.*1.

Sed ſic eſt, quod poſt mortem vaſſalli, emphyteutæ, vel poſſeſſoris majoratus alienantis, ſeu hypothecantis bona feudalia & vinculata ſub clauſula & pacto de impetranda facultate, non valeat, nec poſſit facultas impetrata validare contractum præcedentem, ut probant Paris de Puteo *de reintegrat. feud. cap.* 272. *cum trib. ſeqq.* Iſernia *in cap. imperialem*, *n.*15. *de prohibit. feud. alien.* Vincen. de Franch. *decis.*86.*n.*1. & *dec.*126. *n.*7. & *dec.*120.*n.*3. & *dec.*120. *ex n.*3. Capyc.*dec.* 115. *n.* 4. Camerar. *in d. cap. imperialem*, *fol.*88. Carleval. *de judic.tom.*2.*l.*1.*tit.*3.*diſp.*23. *num.*18. Cephal. *cons.*617.*n.*168. idem Iſernia *in c.*1.§. *donare qualiter olim feud. alien. pot. in uſib. feud.* cujus reſolutionem refert & ſequitur Matth. de Afflict. *dec.*435.*num.*12. *cum ſeqq.* Roland. à Vall. *cons.*2.*n.*145. Molin. *de primogen.lib.*2.*c.*7. *ex n.*20. *cum ſeq.* Marin. Freccia *de ſub feud.l.*2.*cap.*3. *per tot.* Fontanell. *de pact.nuptial.tom.*1.*clauſ.*4.*gloſ.*3. *par.*2. *ex n.*23. & *ſeqq.* Joan. Ant. Mangil. *de eviction.quæſt.*36. *n.*18. Nos in *hoc Labyrin.*2.*par. c.* 10. *n.*53.56.57. & 58. & *par.* 1. *cap.*33. *ex num.*1. *cum ſeqq.* ubi plures alii DD. recenſentur, quibus adde Burſat. *cons.*89.*n.*29.*l.*1. Paris *cons.*18. *n.*10. *l.*1. & *cons.*14.*n.*2. & 3.*eod.lib.* Urſil. ad Afflict. *d. dec.*335.*n.*9. Joan. Vincen. Anna *alleg.*66. *n.*4. & *alleg.*67.*nu.*3. Scrader. *de feud.par.*8.4.*cap.*4. *n.*3. Roland. à Vall. *cons.*97. *ex n.* 46. *uſque ad* 54.*l.*1. Gratian. *diſcept. forens.tom.*3.*c.*514.*n.*14. & 15. 3

Igitur facultas impetrata poſt formatum concurſum, & abdicatam bonorum adminiſtrationem à debitore, qui habetur pro mortuo, nullo modo debet admitti, nec ejus virtute poteſt graduari creditor, qui cum poſſeſſore majoratus nulliter contraxit à principio ex defectu facultatis. 4

Secundò quia mors civilis æquiparatur naturali, text. *in l. Deo nobis, C. de epiſc. & Cler.* Chaſſan. *in conſuet. Burg. Rubr.*4.§.4. Mierrez. *de majorat. par.*2.*qu.*9.*n.*36. Medices *in tract. Mors omnia ſolvit par.*1. *n.*47. Menoc. *cons.*388.*num.*23. & *cons.*980. *lib.*10. Alex. Trentacinq. *ſubſtit. par.*4. *cap.*6.*n.*4. Avendann. *in l.*4. *Tauri, gloſ.*4.*n.*2. & 3. Guttier. *canonicar.l.*2.*cap.*1.*n.*44. & *n.*60. *cum. ſeq.* & *pratic.l.*3.*quæſt.*71.*n.*10. Ceval. *commun. contr. comm. quæſt.*63. *n.*1. Surd. *cons.*90. *n.*23. & *ſeqq.* Hieron. Gonzal. *de menſib. & alternat.*§.5.*proœm. n.*26. Gracian. *diſcept.*102. *n.*7. Caldas Pereyra *de emp. & vendit. cap.*15.*n.*34. Caſtill. *de uſufr.c.*64. *n.*2. & *cap.*67.*num.*18. & *l.*3. *controv.cap.*12.*n.*23. & *ſeqq.*

Sed quando duo caſus æquiparantur à jure, 5

quod noviter fuit diſpoſitum in uno, etiam in altero diſpoſitum intelligitur: per plura quæ adduximus *in noſtris Commentar. de ſupplicat. ad ſanctis.par.2.cap.21.n.8. & cap.27.n.44. & cap.31. ex n.21. & ſeqq.* & quia æquiparatorum eadem eſt
6 ratio, & idem judicium, ac diſpoſitio, *l. 1. ff. de legat.* 1. Gloſſ. in *l. ſi quis ſervo, Cod. de furt. & in cap. ſi poſtquam, §.fin. de elect. l.6.* Menoch. *de arbitrar. caſu* 88.*n.*8. Anton. Monach. *decis. Bononien.*68.*n.*19. Flamin. Paris. *de confiden.quæſt.*27. *n.*74. *& qu.*28. *&* 82. Mar. Antonin. *variar. reſol.c.*25.*n.*10. Novar. *in prax. elect. & variat. for. quæſt.*8.*ſect.*1.*n.*9. *& quæſt. for.*143.*n.*13.*l.*1. plenè Farinac. *in fragm. crim. par.* 1. *lit. E, à num.*102. *cum ſeqq.*

7 Et ideo videmus, quod ſicut morte naturali mandantis extinguitur mandatum re integra; ita mandatum datum per debitorem ad agendum, vendendum, alienandum, & tranſigendum extinguitur & finitur ipſo jure abſque alia revocationis intimatione, ſtatim atque debitor formavit concurſum inter ſuos creditores: quia cùm ſit revocatio facta à jure, per ſe ſtatim operatur abſque ulla interpellatione, ita ut geſta per mandatarium ex illo die nullius ſint momenti: per *leg. ſi cum Cornelius* 72.*ff. de ſol. l. ſi quis alicui, ff. de acquir. hæred.* & ex Gomez. Arias Decio, Stracha, Scaccia, Fabio de Anna, aliis probat Noguerol. *allegat.*16. *num.*101. *&* 102. *& ſeqq.* quos etiam ſequitur Olea *de ceſſ. jur. & act.tit.*1. *quæſt. n.*36. Nos latiſſimè quoque probavimus *in hoc Labyr.par.*1.*cap.*28. *per tot.* Atque pariformiter dicendum venit, facultatem impetratam poſt concurſum formatum à debitore non poſſe revalidare contractum abſque ea celebratum cum poſſeſſore majoratus, cùm, eo tempore, pro mortuo habeatur juris cenſura, & intellectu.

8 Sed pro contraria parte, plura ſimiliter fundamenta conſiderari poſſunt, hactenus adductis fortiora quæ ſuadere videntur quod facultas impetrata ſuper bonis feudalibus, vel majoratus, valida ſit, etiam pendente concurſus judicio, peracto à vaſſallo, vel majoratus poſſeſſore, cum quo antea creditor contraxerat ſub pacto de impetrando aſſenſu regio.

9 Nam licèt verum ſit debitorem fallitum haberi pro mortuo, ut *ſupra num.* 2. non tamen ex eo poteſt impediri facultas impetranda virtute pacti præcedentis, quia in hac morte ficta, ceſſat penitus ratio, per quam ex morte naturali contrahentis impeditur impetratio facultatis in pactum & contractum deductæ à poſſeſſore feudi, vel majoratus, quoniam per mortem naturalem ita jus ipſius extinctum eſt circa bona majoratus, vel feudi, ac ſi nunquam fuiſſet in rerum natura, ut per plures diximus *in hoc Labyrint.*3.*par. cap.*14. *ex n.*33. *cum ſeqq.* ſed ſtatim & ipſo jure transfertur in ſucceſſorem legitimum eorum dominium, in cujus ſucceſſoris præjudicium & abſque expreſſo & novo ejus conſenſu facultas impetrata ad firmandum contractum cum prædeceſſore celebratum, nullius eſt momenti: quam rationem reddunt omnes illi Doctores in contrarium adducti *ſupr. n.*3.

10 At ex morte civili, fallito non adimitur dominium, nec poſſeſſio bonorum ſuorum, ſed omnino retinet utrumque dum judicium concurſus durat, & quouſque per ſententiam graduationis diſtrahantur cum effectu pro ſatisfactione creditorum, vel eis dentur in ſolutum, ut ſæpe diximus & abundè, per jura & DD. variaque juris fundamenta probavimus *in hoc Labyr.par.*1.*cap.*14. *per tot.* & ſignanter ex *n.*30. *uſque ad* 45.

Ex quo ſequitur, quod mors civilis nunquam æquiparetur morti naturali, niſi ubi eadem militat ratio, & in caſibus à jure expreſſis vel mens diſponentis ita ſuadet, ut probant jura & DD. *ſuprà* relati *n.*4. quibus adde Barboſ. exactè tractantem *in locis communib. loc.* 74. *per tot.* nec caſuum æquiparatorum eadem erit diſpoſitio ſeu idem jus, quoties dari poteſt inter eos rationis diverſitas, ut notant Jaſ. & cæteri communiter DD. *in l.*1.*n.*9.*ff. de verbor.obligat.* Alvar. Valaſc. *de privileg. pauper. p.*1. *quæſt.*35. *n.*15. 11

Nec obſtat quod ultimo loco dicitur *ſupr. n.* 7. de mandato revocato ipſo jure dato per debitorem poſtquam concurſum formavit. Nam cùm debitor ipſe formando concurſum abdicet à ſe bonorum ſuorum adminiſtrationem, ita ut ampliùs in ea ſe intromittere non poſſit, eo ipſo revocatur mandatum à ſe antea datum ad res ſuas adminiſtrandas; quia cùm ipſe debitor dominus ſit privatus adminiſtratione bonorum ſuorum fraus fieret legi & creditoribus ſi duraret mandatum; quia qui per procuratorem adminiſtrat, per ſe ipſum adminiſtrare videtur, ex regula juris, *qui per alium*, & ulteriùs infrà comprobabitur: atque ideo in illo caſu eadem militat ratio, quæ in morte naturali. 12

Hanc quæſtionem tetigit Camill. de Laratha *in theatr. feud. tom.*1.*par.*8. *dilucidat.*76. in qua quærit, ſi aliquis feudum poſſidens contraxit debita, pro quibus ſolvendis obligavit bona feudalia, ſalvo aſſenſu regio, & ante ipſius aſſenſus expeditionem poſſeſſor feudi decoxit, poſteaque creditor aſſenſum impetravit, an talis aſſenſus profit, Et pro Negativa *num.* 1. adducit, quod decoctus, pro mortuo reputatur, & poſt mortem poſſeſſoris feudi aſſenſus nec conceditur, nec prodeſt conceſſus. Deinde *num.*2. dicit contrarium eſſe verius, & fuiſſe judicatum per Regentem Levarium in decoctione Banci Ravaſcherii, per hanc rationem, quia dominium bonorum feudalium, debitore adhuc vivo exiſtente, quamvis decocto, nulli erat quæſitum, & propterea aſſenſum regium poſſe operari ſuum effectum. Et *n.* 3. ait, quod contrarium foret, ſi debitor revera fuiſſet mortuus, quia tunc ſtatim dominium rerum feudalium hæredi quæritur, in cujus præjudicium Rex aſſenſum præſtare non poterat ſine novo ipſius conſenſu, ut ſæpe dixerat: & ex *Iſernia* hoc idem firmaverat Camill. de Curte *in ſuo diverſor. jur. feudal. cap.* 5. *n.*131. *par.* 2. qui ea omnia refert. 13 14

Quid igitur dicendum in hac controverſia? 15
Et fatemur quod ſi noſtra quæſtio ſolum penderet à difficultate & argumentis propoſitis, & per Nos conſideratis & altiùs illuſtratis ex *num.* 2. opinionem & reſolutionem *Camilli de Laratha, & Camilli de Curte*, veram eſſe. Sed vereor ne ipſi Doctores difficultatem non penetraverint, ideoque viam veritatis non calluerint; cùm difficultas hujus quæſtionis & ejus reſolutio pendeat ex aliis juris principiis: & conſequenter contra hos Doctores reſolvendum arbitror, ut facultas lite ſuper concurſu pendente impetrata, nihil creditori impetranti prodeſſe poſſit. 16

Moveor primò, quia facultas, ſive aſſenſus regius à nullo alio poteſt impetrari quàm vel ab ipſo majoratus, aut feudi poſſeſſore, vel ab ipſo creditore recipiente in eodem contractu man- 17

mandatum & poteſtatem illam impetrandi nomine poſſeſſoris, vel ab aliquo alio extraneo nomine poſſeſſoris nullum habente mandatum: ſed nullo horum caſuum facultas validè impetratur poſt peractam & formatam litem concurſus: ergo nullo modo convalidari poteſt contractus & hypotheca procedens ex tali aſſenſu ſic impetrato, cùm in omnibus his caſibus deficiat habilitas ſeu idoneitas perſonarum in tali impetratione intervenientium.

18 Nam reſpectu poſſeſſoris majoratus quod ipſe ſolus poſſit impetrare facultatem ad alienandum, vel hypothecæ ſubjiciendum bona majoratus, probant Ludov. Molin. *de primogen.l.4.cap.3. in princip.* Avendan. *de cenſib.cap.63.num.2.3. & 7.* Nos *in hoc Labyrint. par.2.cap.11.num.129.* ſed ſi

19 ipſe impetraverit poſt motum à ſe judicium concurſus inter ſuos creditores, nullius erit momenti, cùm jam inhabilis omnino factus ſit ad contrahendum vel tranſigendum, aut quovis alio modo diſponendum de bonis ſuis in concurſus judicium deductis, eo quod à ſe eorum adminiſtrationem abdicaverit, adeo ut ſi aliqua bona in concurſum deducta alienare præſumpſerit, non transferat dominium nec poſſeſſionem illorum in contrahentem, nemo enim bonorum ſuorum adminiſtratione privatus validè poteſt illa alienare: text. in *l. Julianus 10. ff. de curat. furioſ.l.19. de reg. jur.l. is cui bonis 6.ff. de verb. oblig.* bonus text. *in l. furioſi 41. ff. de reg. jur.* per quæ jura hoc probant Scaccia *de commerc.§. 2.gloſ.5. n.329. & 330. & n.445.* Stracha *de decoctor. par. 3. n.28.* Gait. *de credito, cap.2. ad tit. 7. n. 2049.* Catalan. *de indulto, cap.55. num. 83.* Franchis *dec.55.n.5.* Boer. *dec.203.n.3.* Noguerol, *allegat.16.n.101. & ſeq. & cap.19. nu.138. & 139.* Valenz. Velaſquez, *conſ.111.n.7. cum ſeqq. lib.2. & conſ.19. ex n.43. & 44.* adde Oleam *de ceſſ.jur. & act.tit.1.quæſt.1. n.34. & 35.* licèt neminem alleget; Nos abundè *in hoc Labyrint.par.1. cap.14. ex n.4. & ex n.11. cum ſeqq. uſque ad n.18.* incluſivè: Ergo ipſe debitor non poterit impetrare facultatem, cùm ſit deſtinata ad hypothecandum & alienandum bona majoratus, aut feudi quorum adminiſtratione poſt concurſum formatum interdictus eſt.

20 Reſpectu creditoris qui cum poſſeſſore majoratus contraxit, ante decoctionem, cui in contractu data fuit poteſtas & mandatum ad impetrandum aſſenſum regium, etiam reſolvendum eſt non valere impetrationem, eo quod tale mandatum, ſtatim poſt concurſum formatum à poſſeſſore majoratus, fuit extinctum & reſolutum ipſo jure; facultas autem impetrata poſt mandati revocationem nullius eſt momenti, quantumvis creditor ignoret mutationem ſtatus debitoris, & concurſum ab ipſo motum; ut abundè probant Doctores ſuperiùs adducti *nu.7.* ergo ejuſmodi facultatis obtentu impetrans creditor graduari non poteſt ad bona majoratus.

21 Multo minus facultas impetrata ab eo extraneo nomine poſſeſſoris majoratus, neque ſibi, neque alteri proderit: nam cùm eam impetret nomine poſſeſſoris, ſi cum mandato expreſſo poſt concurſum facto, impetratio nulla ſit & inefficax, ex dictis proximè; multo minus admittenda erit ſub mandato ficto, & nomine ejus qui per

22 ſe illam impetrare non poteſt, quia tantum poteſt quis per alium facere, quantum per ſeipſum, & non amplius: prout conſideravimus *in par.1. cap.28. ex n.20. & ſeq.* & quod alicui ſuo nomine facere non licet, nec alieno licebit; *ex reg. quod alicui 67. de reg. jur. in 6.*

Et quamvis ex ſtylo Curiæ per extraneum impetretur facultas ad alienandum, vel hypothecandum bona majoratus nomine poſſeſſoris, non docto de mandato, ut ad longum probavimus in *par.1.cap.39. per tot.* tamen hæc facultas inutilis eſt quo uſque poſſeſſor eam ratificet expreſsè, 23
vel tacitè, eâ utendo: ut videre eſt *in eod. cap. 39. ex n.31. cum ſeqq.* ubi adde Maſcard. *de probat. tom.1. concluſ. 368. ex num. 21.* Rotam apud Barboſ. *de penſion.par.1.quæſt.1. ex n.19. cum ſeqq.* Sed hæc ratificatio facta tempore decoctionis & concurſus pendentis, non poteſt prodeſſe, ut ſtatim probabitur: ergo nullo modo valere poterit facultas impetrata poſt concurſum formatum à debitore; nam in his, in quibus principalis eſt inhabilis ad actum, multominus peragi poterit per procuratorem, quantumvis expreſsè conſtitutum, cùm inhabilitas conſtituentis influat in mandatum.

Secundum & efficax fundamentum reddens 24
inutilem & invalidam hanc facultatem, concurſu à debitore formato pendente, impetratam, ex eo provenit, quod facultas regia operatur tantùm ex nunc, à tempore datæ; non ex tunc, à tempore contractus & conſenſus præſtiti à poſſeſſore majoratus; quia ille prior contractus, deficiente aſſenſu ſeu facultate regiâ, fuit nullus & inefficax, & robur dumtaxat recipit ac validitatem à tempore impetratæ facultatis, & non in antea: de quo innumerabiles penè Doctores, & Rotæ Deciſiones, contra Carlevalium congeſſimus, *in hoc Labyrinth.2. part. cap.21. ex n.31. uſque ad n.41. & ſeq.* & alios etiam quamplurimos, ac Rotæ deciſiones cumulavimus *par. 1. cap.33. ex num.19. cum ſeq. & à princip. ejus cap.* ſed eo tempore reperitur poſſeſſor majoratus inhabilis ad contrahendum, ut latiùs remiſſivè diximus *ſuprà ex num.18. & ſeq. & ex n. 2.* ex quo jam novum conſenſum ad hypothecandū præſtare ſit inhibitus, prior autem fuerit inutilis ante aſſenſum regium, ad latiſſimè comprobata *in hoc Labyr. part.2.cap.10. ex n.58.* & ſuperiùs *ibid.* ergo talis facultas ſubſiſtere non poterit.

Tum etiam quia cùm ille prior contractus fuerit nullus, ad illum non poteſt retrotrahi facul- 25
tas in contractu poſita ſub conditione, quia fictio retrotractiva requirit utrumque extremum habile, nempe extremum à quo, & extremum ad quod: & in terminis quod facultas impetranda poſita conditionaliter in contractu inito cum poſſeſſore majoratu ſuperveniens non retrotrahatur ad tempus contractûs, cum conſenſus fuerit inefficax, ex plurimis Doctoribus probavimus *d. cap.21. ex num. 42. cum multis ſeqq. & ex num. 55. & ſeqq.* Ergo multo minus admittenda erit retrotractio quando in utroque extremo deficit habilitas; nam facultas accedit poſt formatum concurſum per debitorem, & eo tempore quo inhabilis reperitur ad contrahendum & conſenſum præſtandum: juxta ea quæ ſignanter diximus *d.c.21. ex n.42. uſque ad 45.* quia iſte de- 26
bitor jam non habet velle aut nolle, ut probant omnes illi Doctores citati *ſup. n. 2. & 19.*

Et quod contractus celebratus ſuper bonis ma- 27
joratus, vel feudi, vel emphyteuſis, ſub conditione impetrandæ facultatis, ſit nullus & inefficax ab initio, & pœnitentiam interim admittat, ita ut liceat cuilibet ex contrahentibus liberè ab eo reſilire, ad differentiam aliorum contractuum

tractuum conditionalium ſuper rebus alienari non prohibitis initorum, cùm ſint à principio validi, nullo jure illis reſiſtente, nullus ex contrahentibus poteſt pœnitere, quia efficaciter & validè manſerunt obligati contrahentes ſub conditione caſuali, quæ ſi poſtea purificentur, facile retrotrahitur ad tempus contractus.

At verò ſuper bonis alienari prohibitis ab initio jus reſiſtit, & contractus manet inefficax, & ideo ſuperveniens facultas ex nunc tantùm validat contractum, niſi interim aliquis ex contrahentibus ab eo diſceſſerit, prout poteſt impunè: ut ultra innumeros penè Doctores, & Rotæ deciſiones cumulatas in *hoc Labyrint. part.1.dicto cap.33. ex n.19. & multis ſeq. & par. 2. cap. 21. ex n. 40.* plurimi alii addi poſſunt idem tenentes; latiſſimè & eleganter tractat & ita reſolvit Schrader *de feud. tom.1. par.8.cap.4. ex n.10. cum ſequentib. & à princ.* & iterum idem Schrader. *tom. 2. p. 10. ſect. 1. ex num. 173. cum ſeqq.* ubi dicit quod vaſſallus ſicut nequit feudum alienare abſque domini conſenſu, ita nec compromittere ſuper bonis feudalibus, quod ſi fuerit, licitum erit cuilibet parti antea pœnitere, & à compromiſſo diſcedere: videndus etiam erit *tom. 1. par. 8. cap.1. à n.43. & ſeqq.*

Et in optimo caſu idem probavit Rota *in dec. 68. ex num. 10. poſt tract. de manutent. Ludov. Poſthii*, his verbis: nec dicatur ſteriſſe per dominum Flaminium, quominus donatio effectum ſortita fuerit, qui debuit ex conventione impetrare aſſenſum regium, *arg. leg. jure civili, ff. de condit. & demonſtr.* Quia cùm talis conſenſus potuerit quandocunque impetrari, ut per Afflict. *in conſtitut. Reip. l. 3. rubr. 5. de revocand. alien. feud. n.75.* ejus impetrationem antevertit D. Anton. eandem terram Foſſæ cœcæ alteri vendendo, ex quo donationem, quæ ante obtentum aſſenſum regium erat in pendenti, Lucas de Penna *in l.civili, n.14.Cod.de fund. patrim.lib.1.* intelligitur revocaſſe: ad tradita per Jaſon. *in l. non omnis, num.4. ff. ſi cert. pet.* & ita impedivit ne aſſenſus regius ad favorem Flaminii impetrari poſſet, quandoquidem ille non retrotrahitur in præjudicium Tertii, cui interim ex tali alienatione jus fuit quæſitum: ut tradit idem Afflict. *ubi ſuprà n. 74. & in deciſ.286.* ex Bart. *in l. inſtar. n.18. Cod. de jur. fiſci*, Bald. *in l. obſervare, §. poſt hæc, num.9. de offic. Procons.* & notatur in *l. bonorum, ff. rem rat. hab.* &c. hactenus Rota.

Et quotieſcunque actus ſine conſenſu ſuperioris fieri non poteſt, actus non habet effectum, donec conſenſus ſuperioris ſupervenerit, & interim non eſt obligatorius, ſed remanet nullus, ex celebri doctrina Baldi, & plurimorum aliorum Doctorum comprobavimus latè in *hoc Labyrint.par.1. cap.35. ex n.32. cum ſeqq.* ubi plura applicantur fundamenta, quibus adde pulchra ſimilia ex *par.2. cap. 4. ex n.36. uſque ad n.42. & cap.21. ex n. 55.* adeſt etiam pulchra definitio ad hanc materiam, Ant. Fabri, in *ſuo Cod. lib.7.tit.3. de liberr. defin. 2. per tot. fol.788.*

28 Conſonat Thoro *in compend. deciſ. tom.2. verb. revocans, fol.607. col. 2. poſt med.* ubi poſt alios dicit, quod promittens ſine aſſenſu domini alienare feudum, poteſt pœnitere, nec tenetur ad intereſſe: & latiùs *in verb. revocatio alienationis. fol. 608. col. 3. ad med.* dum ex aliis tenet, in venditione feudi cum clauſula de impetrando aſſenſu, poſſe interim re integra, & gratia nondum data, quemlibet ex contrahentibus pœnitere. Ipſe Thoro etiam *in eod. compend. par.1. verb. aſſenſus an præferatur*: probat quod contractus celebratus ſub conditione impetrandi aſſenſum, nullam habet firmitatem, & poteſt interim quælibet pars pœnitere, & liberè ab eo reſilire: & ex *afflict.* idem firmat Capycius Galeota *controvers. lib.1. controv. 66. à n.15. & n.26. & 27.* & quod iſte contractus interim nullum jus tribuat contrahentibus ante aſſenſum impetratum; tenet Ricc. *in prax. alien. rer. Eccleſ. in deciſ.85. & deciſ. 36.*

Similiter Auguſt. Barboſa *in vot. deciſ. lib. 3. vot.126.n.68,* poſt Achill. de Graſſ. *dec.2. de pact.* Verall. *deciſ.12.par.3.* Jacob de Puteo *deciſ.343. lib.1. in correct.* Mareſcot. *l.1.var.reſol.cap.14. in princ.* Rot. *deciſ.624.n.12. par. 1. recent.* affirmat quod contrahens perfectè per ſcripturam publicam ſub conditione impetrandi aſſenſum Pontificium aut Regium, poteſt interim qui contraxit liberè pœnitere ante impetrationem aſſenſus, & ſic à contractu liberè recedere, quicquid dicat Molina *de primogen. lib.1. c.3. n.48.*

Et quod quamdiu non eſt impetrata facultas, 29 interim nullum jus nec in re, nec ad rem ſit quæſitum emptori, arg. text. *in l. ſi quis ſub conditione, ff. ſi quis omiſſ.cauſ.teſtam.* Aretin. *conſ.11. col.1.* Caſſador. *deciſ.24. ſuper Reg. Cancell.* Ricc. *in prax. alienat. rer. Eccleſ. reſol.70. nu.3.* ubi affirmat ita tenuiſſe Rotam *in una Romana Domus, 9. Decemb.* 1588. *coram Seraph.* & ideo in alienatione rerum Eccleſiæ ſub beneplacito Sedis Apoſtol. ante illud obtentum poteſt quilibet ex contrahentibus pœnitere: ut pluries tenuit *Rota*, ut videre eſt apud Puteum *deciſ.353.num.1. & 2. lib. 1.* Achill. *dec.59.* aliàs 1. *de pact.* Caputaqu. *dec.184.* aliàs 12. *par.3.* Rot. *diverſ. deciſ.573.n. 2.par.1.* Farinac. *deciſ.255.tom.2.par.2. in recent.* hanc etiam opinionem ut certiſſimam tenet Gonzal. *reg.8. Cancel. de alternat. gloſ.12. ex num.81. cum multis ſeqq.* plures Doctores, & Rotæ deciſiones allegans, ad hoc, ut quilibet ex contrahentibus poſſit interim liberè pœnitere, & à contractu reſilire: & quod ante beneplacitum ſeu aſſenſum impetratum contractus non obliget efficaciter, poſt varios DD. & octo Rotæ deciſiones tenet Ricc. *in deciſ. Cur. Archiepiſ.deciſ.31. per tot.* Convenit Lotter. *de re benefic. l.1.quæſt. 44. n. 67.* ut conſentiens reſervationi penſionis, aut reſervationi beneficii ſub beneplacito Sedis Apoſtolicæ, poſſit interim liberè pœnitere: multa quoque in propoſito congerit Gonzal. *de Alternativ. gloſ.12. n.82.*

Et in materia alienationis rerum Eccleſiæ, ſalvo beneplacito Apoſtolico, optimè loquitur 30 Oliver. Beltramin. *in adnotat. ad Alex. Ludoviſ. dec.410. poſt n. 9.* dicens Rotam ſequi diſtinctionem, quod aut nondum eſt impetratum beneplacitum, & tunc erit locus pœnitentiæ, ex Puteo *deciſ.343.lib.1.* Achill. de Graſſ. *deciſ.2. de pact.* Rot. *deciſ.206.par.4. in noviſſim.& deciſ.624.in fin. par. 1. recentior.* & teſtatur fuiſſe dictum in Romana *Reſciſſionis, coram Blanchetto.* impreſſa penes Marcheſan. *de commiſſ. tom. 2. fol. 98. ſub num. 6.* & in alia *Nullius de Vaſtalla coram Cardin. Lancell.* impreſſa penes eundem Marcheſan. *d. tom. 1. fol.100. nu. 1.* & in altera Romana *Garræ 5. Decemb.* 1616. *coram Pamphil.* ubi de reſignatione officii tractabatur, & per plures alias deciſiones Rotæ relatas à Mareſcotto *var.reſol.lib.1.ca.14. num. 5.* Mantic. *deciſ. 201.* ita tamen ut poſt obtentum beneplacitum nullus 31

ex

ex contrahentibus poſſit amplius pœnitere, etiam ante ejus executionem, ex Rota *deciſ.* 205. & meliùs *deciſ.* 206. *par.* 4. *in noviſſ.* Manric. *ubi prox.* & per plures alias deciſiones adductas à Mareſcotto *d. cap.* 14. *num.* 1. ad quod alias etiam duas deciſiones Rotæ adjecit ipſe Beltramin. *d. num.* 9. *ad fin.* & quod contrahentes ſub beneplacito Apoſt. Sed vel aſſenſu impetrando poſſit interim pœnitere, optima adeſt *deciſio* Farinac. 537. *fol.* 400. *par.* 1. *recent.* ubi quod talis contractus interim non valet etiam firmatus juramento, ubi ad idem aliæ citantur deciſiones.

32 *Gratianus diſcep. forenſ. tom.* 3. *cap.* 514. latè controvertit, & à princip. adducit Doctores denegantes pœnitentiam ante obtentum beneplacitum Apoſtol. & aſſenſum: ſed poſtmodum ex *num.* 7. *cum ſeqq.* poſt plurimas Rotæ deciſiones & Doctorum authoritates idem concludit quod Oliver. Beltram. ut ante aſſenſum & beneplacitum obtentum, poſſit quilibet ex contrahentibus ſub conditione illud impetrandi pœnitere, cum eadem beneplaciti & aſſenſus reſervatione inducatur contractus imperfectio
33 nullum producens effectum; ſecùs poſt beneplacitum expeditum, licèt nondum executioni mandatum, ubi latiſſimè videbis: & ſatisfacit juribus quæ incautè adduci ſolent ad probandum quod in contractibus conditionalibus non liceat interim pœnitere: quia illa jura loquuntur in rebus alienabilibus, & in quibus non adeſt alienandi prohibitio, & ſic in contractibus ab initio validis, & omni jure permiſſis.

34 Auguſtin. Barboſa *de Clauſul. cap.* 135. aſſerit hanc clauſulam, *reſervato beneplacito*, in contractibus ſuper rebus alienari prohibitis appoſitam, operari ut contractus nondum ſint perfecti, ſed ut evitetur pœna Commiſſi, ad quod plurimos Doctores conducit.

Et pro fundamento hujus noſtræ certiſſimæ reſolutionis adeſt doctrina Baldi *in l. ſi in certos. §. deportatos. ff. de legat.* 3. ibi, *factum, quod eget approbatione vel confirmatione Superioris, non trahit ſuum effectum donec approbetur & confirmetur à Superiore*: quam doctrinam ſequuntur quamplurimi, quos ad longum congeſſimus *in hoc Labyrint. par.* 1. *cap.* 5. *ex num.* 33. *& ex num.* 17. *cum multis ſeqq.* ubi ex *num.* 29. *cum ſeqq.* probatur quod cùm ad perfectionem venditionis aliquid remanet agendum etiam ex voluntate partium, venditio interim dicitur ineſficax & inutilis quoad omnes juris effectus, ita ut interim poſſint contrahentes, vel alter eorum liberè pœnitere: quibus locis multa alia videbis omnino conducibilia: & pro eadem doctrina plura quoque obſervare poteris, *part.* 2. *cap.* 1. *ex num.* 36. *uſque ad n.* 42. & optimè *ead.* 2. *par. cap.* 21. *ex n.* 55. *cum multis ſeqq.*

35 Hæc adduxi, ut evidentiùs convincatur *Carleval*, autumans non eſſe locum pœnitentiæ in contractu feudali ſub conditione impetrandi aſſenſum, & quod ſit ab initio validus, & retrotrahatur aſſenſus poſtea ſubſequutus: quem ex ipſiuſmet doctrina reprobavimus *in hoc Labyr. par.* 1. *c.* 33. *ex num.* 3. & latiùs *par.* 2. *c.* 21. *ex n.* 33. *& ex num.* 55. ipſum tamen ſub dubio obiter ſequi videtur Olea *de ceſſ. jur. & act. tit.* 8. *quæſt.* 3. *ex n.* 22. *& ſeqq.*

Quo ſuppoſito, ex ceſſione bonorum ſubſequuta, duo reſultant quæ impediunt effectum futuræ facultatis; alterum eſt, revocatio contractus præcedentis tanquam informis & imperfecti atque inefficacis, nullum tribuentis jus in re, vel ad rem, contrahentibus, ante facultatem obtentam; ex pœnitentia debitoris, & diſſenſu inducto ex juris diſpoſitione; quo caſu facultas ſuperveniens nihil prodeſſe poteſt, quia non reperit ſubjectum ſuper quod ſubſiſtere valeat, Gloſſ. *in cap. per tuas*, 6. *verſ. prementdum de condit. appoſit.* ubi notat Abb. *num.* 18. Afflict. *in conſtit. Conſtitutionem, numer.* 48. & *deciſ.* 335. *numer. & ſeqq.* Marin. Frecc. *de ſubfeud. l.* 2. *in commentar. ejuſd. conſtitut. num.* 86. *& ſub titul. de aſſenſu, eod. lib. quæſt.* 30. *per tot.* A Ponte *de poteſt. proreg. tit.* 6. §. 1. *num.* 22. & 23. Franciſc. de Amic. *in repetit. tit. de his qui in feud. dar. poſſ.* §. 17. *ſed quia in hypotheca*, *pag.* 21. Paris de Puteo *de reintegr. feud. c.* 298.

Secundum fundamentum eſt, quia per concurſum formatum, reperitur mutatus rerum ſtatus eo tempore quo accedit facultas, & ideo nihil operatur, Freccia *d. quæſt.* 3. *nu.* 3. *ex n.* 8. *ad fin. quæſtionis*, facit Molin. *de primogen. l.* 2. *n.* 6. *ex n.* 20. *& ſeqq.*

Conſonat reſolutio Thori *in compen. deciſ. par.* 1. *verb. aſſenſ. an præferatur*: ubi ait, quod ſi aſſenſus, ſub cujus conditione celebratus fuit contractus, ſupervenit ante pœnitentiam & revocationem, revocatio ſubſequuta non tenet: ſi verò ante impetratam facultatem, iſta non tenet, quia non reperit ſubjectum habile ſuper quo ſubſiſtat: ubi etiam quærit, quid ſi eadem die appareant revocatio, & aſſenſus, quis actus præſumatur præceſſiſſe? & reſolvit revocationem præſumi præceſſiſſe. Idem tenet Galeota *d. contr.* 66. *à num.* 49. niſi alter contrahens poſſideat, ut opinatur Olea *tit.* 8. *d. q.* 3. *n.* 25. videndus *à d. n.* 22.

Tertium fundamentum deſtruens facultatem 36
impetratam poſt concurſum formatum à poſſeſſore majoratus, ex eo oritur, quod ipſa facultas reperitur impetrata abſque conſenſu debitoris, qui licèt à principio adfuerit ante concurſum, eo tamen ſequuto interim, conſenſus ille defecit, quia concurſus interveniens impedit ne facultas poſtea impetrata cum eo jungatur, nam medium inhabile, ex quo tempore perſona debitoris annihilata fuit, & inhabilis facta ad contrahendum impedit extrema conjungi, quia quando medium eſt inhabile influit inhabilitatem in extrema, *l. fin. ff. de flumin. l. qui ſella, §. fin. ff. de ſervit. ruſtic. l. tria prædia, ff. de ſervit. urban. cons.* 8. *præd.* jun. *cons.* 15. *num.* 4. *l.* 4. Surd. Socin. *num.* 17. *& cons.* 136. *num.* 34. Anton. Monac. *deciſ. Florent.* 62. *n.* 18. Tuſch. *lit.* 5. *lit. M, concluſ.* 173. *num.* 31. Rot. *deciſ.* 61. *impreſſa penes Vivian. poſt. tract. de jure patron.* Caſtrenſ. *conſ.* 422. *num.* 3. ubi loquitur quod quando extremum debet tranſire per medium inhabile, vires ſuas amittit, Florian. de Sancto Petro *quæſt.* 3. 1. *num.* 22.

Tum etiam quia fictio tranſlativa non opera- 37
tur in præjudicium Tertii, cui medio tempore fuit jus quæſitum, prout ſunt creditores, quibus interim facta fuit ceſſio bonorum & ex ea jus quæſitum valde conſiderabile, ed latè traditum *in hoc Labyrint. part.* 1. *cap.* 40. *à princip. & hac c. par. cap.* 1. *per tot.* in quorum præjudicium tranſlatio de tempore impetratæ facultatis ad tempus contractus præambuli fieri nequit, ut ex pluribus probavimus *in noſtris commentar.*

*de*

*de ſupplicat. ad Sanctiſſ. par. 2. cap. 17. numer. 52.*

38 Deinde quia ille prior contractus & conſenſus de alienando bona majoratus, ex defectu facultatis regiæ fuit ab initio inefficax, informis, imperfectus, & nullus, quamvis ſub conditione impetrandæ facultatis, ut latiùs dicitur *num. 24. & ex nu. 27.* ita ut facultas recipiat tantùm robur ex nunc à tempore conceſſionis, juxta Doctores adductos *ſuprà num. 24.* ideo talis contractus imperfectus & inefficax ſumit initium ab eo caſu, quo non poterat inchoari, facto nempe concurſu, ex quo privatur facultate contrahendi, ut *ſup. num. 18. & 19.* quia quando actus non eſt ex

39 omni parte perfectus & conſummatus, corruit omnino, ſi deveniat ad eum caſum à quo initium capere non potuiſſet, *l. pluribus, §. etſi placeat. ff. de verb. oblig. l. inter ſtipulantem, §. ſacram. l. exiſtimo, ff. eod. l. ſi metallum, §. ſi ſervo alieno, ff. de his quæ pro non ſcript. hab. l. pro parte, ff. de ſervitut. l. poſt finitam, ff. de ſuſpect. tutorib.* Decius *in l. ambiguis, §. non eſt novum, num. 2.* ubi etiam Cagnol. *num. 2. ff. de reg. jur.* Petrus Surd. *deciſion. 51. num. 7. & conſil. 211. num. 10.* ſecus ſi actus fuiſſet conſummatus & perfectus, *l. ſi Gaudentius, Cod. de contrah. empt. l. in ſubſtitutione, ff. de vulgar. l. ſi hæredi, ff. ad Trebell. l. generaliter, Cod. de Epiſcop. & cleric. l. fin. Cod. de nupt.* Tiraquell. *in tract. ceſſante cauſa, limit. 11. num. 15. & limit. 12. num. 1.* Ant. Gomez. *in l. 6. Tauri, num. 11. & leg. 40. num. 22. & l. 48. num. 5. & variar. par. 1. c. 19. num. 14.* Matienzo *in l. 1. gloſ. 4. num. 20. tit. 8. lib. 5. recopil.* Mierez. *de majorat. part. 2. quæſt. 6. num. 38.* Cevall. *commun. contra com. quæſt. 666. nu. 10. & quæſt. 729. n. 18.* Surd. *conſ. 116. n. 47. & conſ. 250. num. 14.* Marta *deciſ. 22. num. 2.* Ergo nullo modo facultas regia validare poteſt priorem illum contractum, *arg. c. factum legitimè retractari non debet, licet caſus poſtea evenerit, à quo non poterat inchoari, de regul. jur. l. 6.* ubi Auguſt. Barboſ. *in remiſſ.*

40 Ex quibus evidenter deducitur, creditorem, qui cùm poſſeſſore majoratus contraxit ſub conditione ſive clauſula impetrandæ facultatis, non poſſe graduari ad bona majoratus in concurſum deducta, virtute facultatis impetratæ & obtentæ tempore quo poſſeſſor majoratus debitor bonis ceſſit, & concurſum formavit inter ſuos creditores, quia multis de cauſis ipſa facultas nulla eſt, & prorſus inutilis habilitas; etenim in utroque extremo defecit, ut probavimus hactenus, imò utrumque tempus, contractus ſcilicet, & facultatis obtentæ, reperitur inhabile, cum in utroque juris prohibitio adfuerit; nam facere aliquid tempore prohibitio, vel con-

41 ferre ejus perfectionem in tempus prohibitum, para ſunt, & tale factum ſemper remanet nullum, *l. in tempus, ff. de hæred. inſtit. l. ſtichus ſervus meus, ff. de manumiſſ. teſtam. l. quod ſponſæ 4. Cod. de donat. ant. nupt.* Decius *in l. eum qui, num. 4. ff. de juriſdict. omn. judic.* Cravet. *conſ. 175. num. 8.* Tuſc. *lit. P, concluſ. 88. num. 3.* Thom. Sanch. *in præcep. Decalog. lib. 7. cap. 2. num. 54.* Tiraquel. *in tract. de jur. Conſtit. par. 3. limit. 2. num. 3. cum ſeqq. & in tract. de jur. marit. gloſ. 1. & in tr. de primogen. quæſt. 40. num. 178.* Maſcard. *de probat. concluſ. 1078. nu. 1.* Valaſc. *conſult. 77. n. 4.* Connanus *commentar. l. 8. cap. 2. num. 7.* Stephan. Gratian. Cald. Pereira *conſil. 17. num. 12.* quanto magis irrita erit & inanis hæc facultas trahens originem ab actu & contractu inutili & prohibito, & ſimul intenditur perfici in tempore ſimiliter prohibito, & à quo incipere non potuit.

Hæc tamen reſolutio veriſſima, fallit in creditoribus, qui etiam concurſu pendente, poſſunt ex jure & perſona debitoris valide impetrare facultatem, ſub qua impetranda debitor communis ad ſui utilitatem contraxerat cum feudatario, vel poſſeſſore majoratus: ut ex pluribus Doctoribus probavimus *hac 4. part. cap. 1. numer. 37.* Et ratio differentiæ eſt; quia in quæſtione de qua agimus, facultas impetratur per creditorem contra bona debitoris communis ad ſui ipſius utilitatem & commodum privatum, atque in damnum & præjudicium tam debitoris communis quàm cæterorum creditorum, quia ex tali facultate diminuitur ipſius debitoris patrimonium: quod admitti non debet, ex hactenus comprobatis, *num. 15. cum ſeqq. & n. 37.* 42

At verò quando creditores ipſi impetrant facultatem ad commodum debitoris communis decocti, & ex ejus perſona & nomine, ceſſant omnes rationes & fundamenta hactenus conſiderata in altero caſu, quia in iſto creditores juſtè tractant de augendo & conſervando patrimonio debitoris; in quo nulla adeſt prohibitio, ad latè comprobata *hac 4. par. cap. 1. per tot.* cùm hoc tendat ad commodum & utilitatem omnium creditorum, & ceſſant omnes rationes, propter quas debitor contrahere prohibetur, quæ tendunt ad diminutionem ſui patrimonii prout latiſſimè per varia jura & fundamenta probatum reliquimus *in hoc Labyr. par. 1. cap. 14. ex num. 62. cum ſeqq.* & cum contractus celebratus inter debitorem ad ſui favorem, & poſſeſſorem majoratus ſub pacto & conditione impetrandi facultatem, ſit de juribus debitoris decocti, ſi creditores, qui in ejus locum ſubrogati ſunt, illam non impetrarent ejus nomine, debitor ipſe amitteret jus ſibi quæſitum ex tali contractu, quæ jactura cederet in damnum creditorum; & propterea ipſi, non ſecus ac debitor ipſe, ratione ſui intereſſe, ex perſona & nomine ſui debitoris poſſunt impetrare hanc facultatem, ut bona ipſius conſerventur, & augeantur, aut ſaltem nullam patiantur diminutionem; prout abundè ex variis exemplis ex fontibus juris deſumptis oſtendimus *ſupr. in d. cap. 1. cum §§. ſeqq. hujus 4. part.* 43 44

## CAPUT XIV.

### Utrum creditor poſſit gradum aſſequi in concurſu, & agere ex priori contractu poſtea novato, quando novatio vel nulla fuit, vel reſciſſa.

### SUMMARIUM.

1 *Species quæſtionis proponitur.*
2 *Novatio inducitur ex voluntate contrahentium.*
3 *Voluntas elici poteſt & probari ex actu nullo.*
4 *Voluntas teſtatoris deduci poteſt ex diſpoſitione etiam nulla & irrita.*
5 *Confeſſio facta in inſtrumento nullo ſuſtinetur, vitiato inſtrumento.*

6 Per

6 *Per obligationem ex cauſa tranſactionis factam contrahitur nova hypotheca in augmentum primæ obligationis, ſi tranſactioni non ſtetur.*

*Etiamſi tranſactio facta ſit animo novandi præcedentem obligationem, num. 8. quod declaratur remiſſivè n. 22.*

8 *Pignora data pro contractu innovato, remanent obligata acceſſoriè pro primo contractu, licèt nullus irritus ſit ſecundus.*

9 *Prior obligatio non novatur per poſteriorem & irritam, vel reſciſſam: & n. 16.*

10 *Creditor conſentiendo alienationi rei ſibi obligatæ, recuperat hypothecam; ſi contractus alienationis ſit nullus.*

11 *Uſusfructus non extinguitur per ſolidationem ſubſequutam reſciſſam, vel irritam factam; & num. 15.*

12 *Actus validus præcedens non tollitur per ſubſequentem invalidum & nullum.*

13 *Per contractum ſecundo loco factum non cenſetur receſſum à primo, ſi ſecundus ſit inutilis.*

14 *Conductio reviviſcit, nec extinguitur per emptionem rei conductæ nulliter factam.*

17 *Renuntiatio obligationis principalis nulliter facta non extinguit acceſſorius.*

18 *Creditor poteſt agere ex priori contractu nulliter innovato, & debet graduari in concurſu.*

19 *Voluntas teſtatoris declarari poteſt per diſpoſitionem nullam; ſecus eſt in contrahentibus.*

20 *Contrahentes non dicuntur habere animum novandi, ſi ſecundus contractus ſit inutilis & nullus.*

21 *Rejicitur Ludoviſ.* deciſ. 76. *ex aliis Rotæ deciſionibus, & communi Doctorum ſententia.*

1 HÆc quæſtio ingentes patitur difficultates, non conſideratas à Doctoribus illam tractantibus, quæ majoris elucidationis gratiâ in hanc hypotheſim reducitur. Titius creditor centum mutuavit Sempronio debitori ſub hypotheca generali, vel ſpeciali: poſtmodùm per ſecundum contractum inter eoſdem celebratum, prior novatus fuit: pro tempore, ſecundus iſte contractus propter aliquem defectum, vel fuit reſciſſus, vel nullus declaratus: quæſtionis eſt, an creditor ex priori contractu ſic novato agere poſſit, & creditum ſuum in judicio concurſus deducere, ac per ſententiam inter cæteros creditores gradum obtinere debeat.

2 Pro parte negativa, multa urgent: Primò, quod novatio inducitur ex voluntate contrahentium, *l. 1. & toto tit. ff. de novat. l. 3. & toto tit. Cod. eod.* ſed per ſecundum contractum innovantem, 3 quantumvis nulliter & inutiliter celebratum probatur voluntas, quæ de per ſe operatur: textus eſt *in l. qui à patre tutor ſcriptus eſt aut non juſto teſtamento, perinde ac ſi ex teſtamento, aut non ut lege præcipiebatur, confirmandus eſt ad tutelam gerendam, perinde ac ſi ex teſtamento tutor eſſet, id eſt ut ſatisdatio ei remittatur, 3. ff. de confirm. tut.* item text. in *l. Paulus reſpondit, etſi teſtamentum patris irritum eſſe apparuerit, tamen tutores pupilli, ſive curatores filii, nihil contra orationem divorum Principum feciſſe videri, ſi ſecundum voluntatem defuncti teſtamento ſcriptam, prædium ruſticum pupillare vendiderunt: ff. de reb. eor.* alius text. in *l. etſi transferam legatum in eum, cum quo nobis teſtamenti factio non eſt; ſive in ſervum proprium cui ſine libertate legavero, licet eis non debeatur, nec illi tamen debebitur cui fuerit ademptum. 20. ff. de adimend. leg.* quibus adde *leg. legatum 24. ff. eod. tit. l. puberem, Cod. de jur. deliber. l. 3. §. qui habet, ff. de ſervit. ruſtic. præd.*

Ex quorum jurium determinatione deducunt communiter Doctores, quod ex diſpoſitione nulla, irrita, & inutili deduci & inferri poteſt voluntas teſtatoris: poſt alios Tiber. Decian. *conſ. 3. num. 36. & conſ. 49. numer. 30. l. 1.* Alvarad. *de conject. ment. defunct. l. 3. cap. 2. §. 1. num. 5. fol.* 140. Alvar. Valaſc. *conſult. 61. num. 15. 16. & 17.* Mantic. *de conject. ult. vol. l. 3. tit. 20.* Mierez *de majorat. initio 2. par. n. 29.* Burſat. *conſ. 5. num. 3.* Maſcard. *de probat. concluſ. 1417. num. 40.* Menoch. *conſ. 483. num. 10. l. 5. & præſumpt. 15. per tot. l. 4.* junct. *præſumpt. 17.* Pereyr. *de fideicom. art. 25. num. 35. & conſ. 62. numer. 24. l. 2.* Surd. *deciſ. 152. num. 18. & 19. & de aliment. tit. 2. quæſt. 15. num. 103. & tit. 9. quæſt. 25. num. 92.* idem Surd. *conſ. 28. numer. 50. & 51. l. 1.* ubi ex hac doctrina deducit quod confeſſio facta in inſtrumento nullo, ſuſtinetur, vitiato inſtrumento, 4 quia eſt quid diverſum ab eo, quem refert Caſtill. *controv. tom. 5. c. 108. ſub n. 3. ubi per tot. c.* plurimis Doctoribus citatis, latè de hoc fundamento & doctrina agit. Ergo idem videtur dicendum in noſtra quæſtione ut licèt ſecundus contractus ex aliquo juris defectu & impedimento ſit nullus & irritus, novatio tamen prioris debeat permanere, cum proveniat à voluntate contrahentium. 5

Et per hoc fundamentum hanc partem tenuit expreſsè Rota apud Alex. Ludoviſ. *deciſ. 76.* quâ fuit reſolutum, quod novatio expreſſa per ſecundum contractum, etiam nulliter celebratum, ſuſtinetur & permanet, cùm ex voluntate contrahentium reſultet, quæ probatur etiam per actum nullum.

Secundò & pro hac parte Negativa facit text. 6 *in l. fin. ff. in quib. cauſ. pignor. vel hypot. tac. contr.* ubi hæres tutoris pro adminiſtratione tutelæ debitor extitit, & per viam tranſactionis partem debiti ſolvit, partem ſolvere promiſit ſub hypotheca; deinde ad ejus petitionem tranſactio fuit reſciſſa, dicit Conſultus, quod hypotheca remanet pro veteri obligatione ad quam minor redit reſciſſa tranſactione, ex *l. cum proponas 21. Cod. de pact. & l. ſive apud acta 28. C. de tranſ.* & per *d. leg. fin.* hanc concluſionem deducit Bartol. *ibid.* per obligationem ex cauſa tranſactionis factam contrahi novam hypothecam tacitam in augmentum primævæ obligationis, ſi tranſactioni non ſtetur: ſequuntur Fulgoſ. *in d. l. fin. num. 1.* Neguſant. *de pignor. part. 2. membr. 4. num. 164. verſ. vigeſimus primus caſus:* Mantic. *de tacit. convent. lib. 11. tit. 14. num. 5.* Merlin. *de pignorib. lib. 3. tit. 3. quæſt. 98. per tot.* qui *in verſ. fin.* poſt Gloſſ. Bart. & Fulgoſ. extendit, etiamſi tranſactio fuerit facta animo novandi præcedentem obligationem: valde quoque 7 conſonant quæ ipſe Merlin. *l. 5. tit. 1. quæſt. 43. num. 2.* tradit: ergo licèt contractus ſecundus ſit nullus, novatio in eo contenta debet remanere valida.

Tertiò fulcitur hæc pars: quoniam ſi ſecundus 8 contractus per quem primus novatur, reddatur nullus & irritus, pignora pro ſecundo data adhuc

hoc remanent obligata acceſſoriè pro obligatione primi contractus, accedantque & adjiciuntur pignoribus pro prima obligatione datis, ut per *l. ſi paternam* 8. *Cod. ad Vellejan.* Bald. *ibidem* Neguſant. *de pignor. part.*6. *membr.*3.*nu.*4. Mantic. *de tacit. lib.*11. *titul.*31. *num.*23. Merlin. *eod. tract. lib.*5.*tit.*1.*q.*30.*n.*27. igitur & novatio debet ſuſtineri & manere ex ſecundo contractu quantumvis nullo & irrito.

9 Quibus tamen minimè refragantibus, contraria ſententia, quod prior obligatio & contractus non movetur per ſecundum nullum, irritum, vel reſciſſum; ſed imo novatione facta per ſecundum non obſtante, prior integra remaneat obligatio, conſtanter ſtabilitur ex pluribus juribus & Doctoribus.

Primò, per text. *in l.* 1. §. 1. *ff. de novat.* ibi; *qualiſcumque igitur obligatio ſit, quæ præceſſit, novari verbis poteſt: dummodo ſequens obligatio aut civiliter teneat, aut naturaliter, ut putà ſi pupillus ſine tutoris authoritate promiſerit;* item per text. *in l. novatione legitime facta, & hypothecæ liberantur & pignus, & uſuræ non currunt,* 18. *ff. eod. tit. de novat.* & per alium text. in *l. novatione legitime perfecta debiti in alium tranſlati, prioris contractus fidejuſſores vel mandatores liberatos eſſe non ambigitur, Cod. de fidejuſſor.* textus eſt etiam in *l. ſi debitor* 4. §. *quæritur, ff. quib. mod.*

10 *pign. vel hypot. ſolv.* ubi deciditur, quod quamvis obligatio rei hypothecatæ per conſenſum creditoris alienationi præſtitum novetur & diſſolvatur, ſi tamen alienatio facta per debitorem ex aliquo juris defectu & impedimento annulletur, pignoris obligatio permanet: textus verba ſunt, *Quæritur, ſi forte venditio rei ſpecialiter obligatæ non valeat, an nocere hæc res creditori debeat, quòd conſenſit, ut putà, ſi qua ratio juris venditionem impediat; dicendum eſt, pignus valere.* Ad idem eſt text. in *l. ſicut* 8. §. *venditionis autem appellationem generaliter accipere debemus: ut & ſi legare permiſit, valeat quod conceſſit: quod ita intelligemus, ut & ſi legatum repudiatum fuerit, convaleſcat pignus,* item in *l. voluntate creditoris, pignus debitor vendidit; poſtea placuit inter eum & emptorem, ut à venditione diſcederetur, jus pignorum ſalvum erit creditori: nam ſicut debitori, ita & creditori priſtinum jus reſtituitur; neque enim omnimodo creditor pignus remiſit, ſed ita demum ſi emptor rem retineat, nec reddat venditori,* &c. & iterum in fin. *ſed in priſtinam cauſam res redit, ſoluta venditione:* 10. *ff. quib. mod. pign. vel hypoth. ſolv.*

11 Textus etiam optimus ad hanc concluſionem refertur ex *l.* 64. *ff. de uſufruct.* ubi uſufructuario prædii proprietatem legaverat, uſufructuarius agnovit legatum & poſſedit; poſtmodùm filius teſtatoris reſciſſionem teſtamenti obtinuit: & deciditur jus uſuſfructus non fuiſſe extinctum per conſolidationem ſubſequutam revocabilem: verba *text.* ita ſe habent. *Dominus fructuario prædium, quod ei per ſervitutem ſerviebat, legavit: idque prædium aliquandiu poſſeſſum legatarius reſtituere filio, qui cauſam inofficioſi teſtamenti rectè pertulerat, coactus eſt; manſiſſe uſusfructus jus integrum ex poſt facto apparuit.* Item in *l. eleganter,* §. *qui reprobos, ff. de pignorat. act.* ubi ſolutio inutiliter facta non diſſolvit priorem obligationem.

12 Quod generaliter verum eſt in qualibet materia, ut per actum ſubſequentem, qui nullus, aut inefficax eſt, non tollatur præcedens validus, ſed ſubſiſtat ſub hac tacita conditione, ſi ſubſequens non habeat effectum: text. in *l. ſi jure* 18. *ff. de legat.* 3. ibi: *ſed vix id obtinere poteſt fortaſſis ideo quod ita demum à priori teſtamento recedere velit ſi poſterius validum ſit;* item in *l. ſancimus, Cod. de teſtam.* & in *d. l. voluntate,* illic; *nec enim omnimodo creditor pignus remiſit; ſed ita demum, ſi emptor rem retineat, nec reddat venditori.* item in *l. ſi quis ante,* 10. §. *ſi quis conduxerit, & rogaverit precario uti poſſideret: ſiquidem nummo uno conduxit; nulla dubitatio eſt, quin ei precarium ſolum teneat, quia conductio nulla eſt, ff. de acquir. poſſeſſ.* hanc conſtantem concluſionem probarunt Bartol. in *d.* §. *ſi quis conduxerit:* & Jaſo. *n.*13. Socinus etiam *nu.* 13. Alex. *num.* 8. idem Alexan. *in conſ.* 193. *n.*3. *vol.* 6. Menoch. *conſ.* 381. *ex nu.* 40. *& de arbit. l.*2. *centur.*3.*caſu* 202.*n.*62. *&* 64. copioſè Petr. Surd. *dec.* 51. Coſta *de ſcient. & ignor. centur.*2.*diſtinct.* 89.*num.*10. Giurb. *deciſ.*63. *n.*1. Gratian. *diſcept.* 36.*num.*55. Thom. Sanch. *de matrim. l.*8.*diſp.*22. *ex num.* 17. *cum ſeqq.* Nos abundè *in commentar. de ſupplicat. ad Sanctiſs. part.*2.*cap.*12.*n.*34.*n.*46. *&* 49. *cum aliis ſeqq.*

Facit etiam text. *in l. juris gentium,* §. *ſed ſi fraudandi, ff. de pact.* ex quo probatur, quod per contractum ſecundo loco factum non cenſetur receſſum à primo, ſi ſecundus ſit inutilis. Ad idem eſt text. *in l. à liberto, ff. de bon. libert.* Bartol. *in l. pacta noviſſima, in princ. in* 1. *oppoſit. Cod. de pact.* Alberic. *in* 2. *oppoſit.* Decius *num.*5. Purpur. *num.*14. Surd. *deciſ.*51.*nu.*14. *&* 15. ubi alia jura adducit ad idem, qui ex *numer.*13. *cum ſeqq.* abundè probat, quod ſi conductor emat rem conductam, videtur recedere à conductione, ſi emptio ſit valida; nam ſi eſt nulla, durat & reintegratur conductio. Et idem ex *num.* 23. quod ſi uſufructuarius emat rem in qua habet uſumfructum, extinguitur uſusfructus: ſecus tamen eſt ſi emptio ſit nulla, vel aliter evincatur, vel non habeat effectum, quia tunc durat uſusfructus: per text. *in l. ſi fructuarius, ff. uſufructuar. quemadm. cau. l. ſi tibi, & ibi* Bald. *ff. quib. mod. uſufr. amitt. l. is cujus ff. de legat.* 2. Cyn. Angel. & Caſtrenſ. *in l. ſi maritus, Cod. de inoffic. teſtam.* Afflict. Cremen. Cagnol. & Boër. quos citat & ſequitur Tiraq. *de retr. lignag.* §. 1. *gloſ.* 7. *n.*64. *& ſeq.* plurimos alios recenſet Giurb. *deciſ.*63. *ex num.*1. Hodierna *in addit. ad d. deciſ.* 51. *Surdi,* ubi allegat Gratian. Coſtam, & Cancerium.

13

14

15

Et individuo, quod contractus, & obligatio præcedens valida non novetur per ſecundum contractum expreſsè novantem, ſi eſt nullus, vel inefficax, probarunt communiter innumerabiles penè Doctores, per text. *in d. l.* 1. §. 1. *& l. novatione, ff. de novat.* & text. in *d. l. novatione, Cod. de fidejuſſ.* & ubique Gloſſ. & Doctores *in l.* 1. *Cod. etiam ob chirograph. pecun.* Neguſ. *de pignor.* 6. *part. membr.* 3. *num.* 3. Petr. Surd. *deciſ.* 51. *num.*16. Gaſp. Rodriq. *de annu. reditib. r.* 2. *quæſt.*16.*numer.*58. 60. *&* 61. & per eum Giurb. *deciſ.*63. *num.*4. & per eum Gaſp. Rodriq. idem firmat Caſtill. *controverſ. tom.* 4. *cap.* 59. *numer.* 48. Alex. *conſ.* 193. *num.*4. Bellon. *conſ.* 87. *num.* 15. Gratus *conſ.* 123. *num.* 17. Purpur. *in l. pacta noviſſima, n.*14. *Cod. de pact.* Menoch. *l.*3. *præſumpt.* 134. *num.* 45. Cavalcan. *deciſ.*18. *num.*11. *par.*4. Bardell. *conſ.* 7. *num.* 18. Nos confirmavimus *in Commentar. de ſupplic. ad Sanctiſſ. par.* 2. *cap.* 12. §. *unic.* 16

*unic. num.*49. Coſta *de jur. & fact. ignor. centur.* 2. *diſtinct.* 89. *num.* 10. Hodier. *in add. ad Surd. deciſ.* 266. *n.* 4. *& ad d. deciſ.* 51. Cancer. *var. reſol.* 3. *part. c.* 3. *num.* 309. per quem, & Giurbam, noviſſimè, licèt obiter, dixit Olea *in tract. de ceſſ. jur. & act. tit.* 6. *quæſt.* 7. *ſub num.* 9. Pacific. *de Salvian. interd. inſpect.* 5. *cap.* 1. *num.* 80. Mareſcot. *var. reſol. l.* 2. *cap.* 56. *num.* 19. Honded. *conſ.* 30. *num.* 18. Mantic. *de tacit. convent. l.* 11. *tit.* 31. *n.* 24. ubi addit *l. ſi ita ſtipulatus fuero*, 3. *princ. ff. de verb. oblig.* & per Menoch. *de præſump. lib.* 3. *præſump.* 134. *nu.* 45. & per Rot. *deciſ.* 8. 5. *num.* 8. *part.* 1. *diverſ.* idem tenet Oliver. Beltram. *in addit. ad Alex. Ludoviſ. deciſ.* 70. *num.* 8. &
17 noviſſimè Merlin. *de pignor. l.* 5. *quæſtion.* 30. *numer.* 26.

Et iterum ipſe Merlin. *in eod. l.* 5. *quæſt.* 43. ubi *per tot. q.* agit, quod exiſtente nulla, & nulliter facta renunciatione crediti principalis, etiam hypothecæ renunciatio nulla & inefficax eſt: per text. *in l. debitum* 5. *Cod. de remiſſ. pignor.* quæ ita ait: *Debitum, cujus meminiſti, quod per pacti conventionem inutiliter factam remiſiſti, etiam nunc petere non vetaris, & uſitato more pignora vindicare*: ubi Gloſ. *verb. inutiliter*: Bartol. & Salycet. *verſ. alia ſolatio.* Neguſan. *de pignor.* 6. *memb.* 3. *n.* 47. *verſ. fallit*, Mantic. *de tacit.*
18 *convent. l.* 11. *tit.* 31. *num.* 49. de quo altiùs videndus Merlin. *loc. cit.*

Ex quibus reſultat veriſſima concluſio, creditorem ex prima obligatione novata per ſecundum contractum nulliter celebratum, poſſe agere in judicio concurſus, & pro eodem credito gradum accipere: quia prima obligatio non fuit novata: ſed non præſtat impedimentum quod de jure non ſortitur effectum, ex *regul. jur. in* 6.

19 Non obſtant argumenta in contrarium conſiderata: non primum ex *n.* 2. *& ſeqq.* voluntatem probari ex diſpoſitione nulla. Nam reſpondetur, hoc procedere in diſpoſitione teſtamentaria, quæ pendet à ſola unius teſtatoris voluntate, quæ quomodocumque appareat, ſequenda eſt, ut probant jura, & DD. *in argumento* allegati. At nos verſamur in contractu qui perficitur voluntate
20 duorum contrahentium, qui nullo modo intendunt recedere à primo contractu valido, ſi ſecundus ſit inefficax, & ſub hac tacita conditione præſumuntur novare priorem, ſi nimirum ſecundus ſubſiſtat, non aliter, ad jura, & Doctores ſuperiùs *ex n.* 12. allegatos: & foret abſurdum, unum ex contrahentibus amittere ſuum jus, & alium indebitè illud lucrari, cùm ex ſecundo contractu nullo ad nihil teneatur, & actus non debeant operari ultra intentionem agentium.

21 Eodem modo ſatisfit Rotæ *deciſioni* 76. *de qua ſupr. ſub num.* 5. cujus determinatio confunditur ex tot juribus hactenus allegatis, & uniformi Doctorum reſolutione, de qua *ſupr. ex num.* 9. *& ſeqq.* imò eadem Rota pluries contrarium, & juxta noſtram communem reſolutionem determinavit, ut videre eſt ex Mareſcoto, Merlin. & Beltraminio *locis ſupr. cit. n.* 16. & ipſemet Beltramin. tenet expreſſè contra præfatam deciſionem.

22 Non denique obſtant cætera argumenta, de quibus *ſupr. num.* 6. 7. & 8. ubi quod licèt reſcindatur tranſactio, manet tamen hypotheca bonorum adjecta ad aliam hypothecam prioris obligationis; quia reſpondetur hoc ita ſe habere ob ſpecialem rationem quæ videri poterit apud Doctores *ibidem* allegatos.

## CAPUT XV.

Patre privato adminiſtratione bonorum adventitiorum filii, vel majoratus, propter ipſorum dilapidationem, an teneatur filius creditoribus patris viventis ſatisfacere ex fructibus.

### SUMMARIUM.

1 *Pater legitimus adminiſtrator bonorum filii, ſi malè perdat & diſſipet illa, privatur eorundem adminiſtratione.*
*Idem de poſſeſſore majoratus, vel fideicommiſſi.* ibid.
2 *Quamvis offerat cautionem de bene adminiſtrando, cogitur ante tempus reſtituere.*
3 *An facta reſtitutione bonorum adventitiorum filio ex cauſa dilapidationis, filius teneatur ſatisfacere creditoribus patris ex fructibus dictorum bonorum.*
4 *Privatus adminiſtratione bonorum non propterea privatur uſufructu quem in illis habebat. & n.* 5. *&* 6.
7 *Aliud eſt jus uſusfructus, aliud commoditas fructuum.*
8 *Uſufructu amiſſo, durat hypotheca ſuper commoditate impoſita.*
9 *Hypotheca ſuper uſusfructus, vel penſionis commoditate impoſita non extinguitur per conſolidationem uſusfructus, vel per adquiſitionem tituli in beneficio.*
10 *An filius habeat hypothecam ſuper fructibus bonorum adventitiorum ad conſequenda alimenta, & n.* 11.
12 *Filius non debet præferri creditoribus patris in fructibus adventitiorum. Sed contrarium probatur, n.* 13. & ſeqq.
13 *Ob dilapidationem bonorum adventitiorum pater non ſolùm privatur adminiſtratione, ſed etiam fructibus, qui pleno jure conſolidantur cum proprietate ad filium ſpectante & n.* 14. 15. & aliis ſeqq.
*Idemque dicendum eſt in majoratu, vel fideicommiſſo*, ibid.
*Nec tenetur filius, vel ſucceſſor in majoratu aut fideicommiſſo, ſatisfacere creditoribus patris ex fructibus conſolidatis*, ibid.
14 *Uſusfructus patris bonis adventitiis filii finitur per abuſum ſeu dilapidationem, non ſecus ac per mortem: & n.* 15.
16 *Uſufructuarius emphyteuta feudatarius, & poſſeſſor majoratus, bona vinculata malè diſſipantes, privantur omni jure, & commoditate illorum: & n.* 17.
18 *Patre privato tum adminiſtratione, tum commoditate bonorum adventitiorum filii ob diſſipationem culpabilem, extinguitur hypotheca ſuper fructibus eorum à patre debitore impoſita; & n.* 19.
20 *Pater interdictus ſola adminiſtratione bonorum filii, non privatur uſufructu: ſed ſecus eſt ſi privetur ob malam diſſipationem.*
21 *Pater privatus uſufructu adventitiorum filii ob dilapidationem, intelligitur privatus non jure*

*tantùm, ſed etiam commoditate fructuum.*

22 *Hypotheca ſuper uſufructu impoſita à debitore fructuario non extinguitur, quando ipſe acquirit proprietatem fundi fructilis.*

23 *Extinctio omni jure quod patri competebat in adventitiis filii, extinguitur & reſolvitur hypotheca ſuper eorum fructibus à patre impoſita.*

24 *Renuntiatio uſusfructus à patre facta in favorem filii, ante illius acquiſitionem, præjudicat creditoribus patris.*

25 *Secus poſt adquiſitum patris uſumfructum & jam acceptatum.*

26 *Jus patris quæſitum in bonis filii non poteſt ſponte à patre remitti in præjudicium ſuorum creditorum.*

*Secus ſi pater privetur uſufructu ex diſpoſitione juris ob dilapidationem, n.27.*

28 *An pater poſſit, emancipando filium, ipſi remittere uſumfructum bonorum adventitiorum in præjudicium creditorum? remiſſivè.*

29 *Lex*, Imperator 50. ff. ad Trebell. *conciliatur cum* l. jubemus, §. in ſupra dictis, Cod. eod. tit. & authen. unde ſi parens, Cod. de inoffic. teſtam.

30 *Ut pater privetur uſufructu & legitima adminiſtratione adventitiorum filii, non requiritur dolus ex propoſito, ſed ſufficit dilapidatio re ipſa facta, non ſolùm in committendo, ſed etiam in omittendo, & n.31.*

1 PAter, qui tanquam legitimus adminiſtrator habet uſumfructum in bonis adventitiis filii, vel poſſidet fideicommiſſum aut majoratum, ad quem poſt ejus mortem filius vocatur, ſi malè & fraudulenter, vel doloſè diſſipaverit bona adventitia, vel fideicommiſſi, ſeu majoratus in evidentem filii, aut ſucceſſoris jacturam, privatur ex diſpoſitione legis, adminiſtratione bonorum, & ipſa reſtituere tenetur ante mortem, & adventum conditionis, filio ſuo vel ſucceſſori in majoratu, juxta determinationem textus capitalis in *l. Imperator* 50. *ff. ad Trebell.* quam latè exornant Pinel. *in l. 1. par. 2. nu. 33. cum ſequentib. verſ. etiam ceſſante dolo, ſi pater diſſipet: & 3. par. n. 74. Cod. de bon. mater.* Roderic. Suar. *allegat. 4.* Fuſar. *de ſubſtit. & fideicomm. quæſtion. 519. per tot.* Surd. *de aliment. tit. 9. quæſt. 25. ex numer. 57. & titul. 8. privileg. 88. n. 2.* Peregrin. *de fideicomm. art. 40. ex num. 10.* Petrus Barboſ. *in l. maritum, ex num. 19. ff. ſolut. matrim.* Coſta *de rem. ſubſid. remed. 4. à numer. 1.* Pacian. *conſil. 83.* Mierez *de majorat. 4. par. quæſt. 34. ex nu. 16. cum ſequentib.* Azeved. *in l. 4. tit.... ex num. 48. uſque ad 55. lib. 5. recopil.* Aſcan. Clemens *in tract. de patr. poteſt. cap. 6. effectu 12. numer. 14.* Franciſc. Burſat. *conſil. 133. num. 56. lib. 2.* Chaſſan. *in conſuet. Burgun. rubr. 6. §. 5. gloſ. legitimè adminiſtratur;* Baëça *de decima Tutor. præſtan. cap. 4. n. 8.* Mend. de Caſtro *in repetit. leg. cum oportet, part. 2. nu. 131.* Molina *de juſtit. & jur. tractat. 2. diſput. 228.* latiſſimè & eruditè Petr. Surd. *conſ. 116. per tot.* omnino videndus Caſtillo *de uſufr. cap. 3. n. 99.* Gutier. *in tract. de tutel. c. 3. ex n. 3.* & præ cæteris, pro lata expoſitione & declaratione *dict. leg. Imperator*, videndus erit Ludov. Molina *de primogen. lib. 1. cap.*
2 *16. ex nu. 7. & per tot. cap.* Qui omnes hoc dicunt procedere, etiamſi pater offerat cautionem & fidejuſſionem de bene adminiſtrandis bonis adventitiis, vel fideicommiſſi, ſeu majoratus; & cum Paſchali *de virib. patr. poteſt. par. 1. cap. 2. numer. 92.* Eſcobar. *de ratiocin. cap. 6. numer. 3. & ſeqq.* Boër. *deciſ. 61. numer. 14.* Molina, Baëça, Pinello, & Caſtillo, tenet Giurba *ad conſuetud. Meſſan. part. 1. cap. 7. gloſ. 17. nu. 4. & gloſ. 3. num. 33.*

Quo ſuppoſito, ſubintrat noſtra quæſtio, an 3
facta reſtitutione bonorum adventitiorum filio ante tempus, vel fideicommiſſi, ſeu majoratus, ob diſſipationem à patre factam, filius teneatur ex fructibus prædictorum bonorum ſatisfacere creditoribus patris, qui fructus ipſos habebant hypothecæ ſubjectos? Et pro parte affirmativa, ſcilicet creditores patris jus habere ad dictos fructus, probatur multis mediis.

Primò, quia etſi pater, ob diſſipationem bo- 4
norum adventitiorum filii, vel fideicommiſſi, ſeu majoratus, privetur ipſorum adminiſtratione, juxta *d. leg. Imperator*, 50. *ff. ad Trebell.*
& Doctores *ſup. numer. 1.* cumulatos, plurimoſ- 5
que alios ab ipſis adductos; adhuc tamen fructibus, ſeu jure uſusfructus pater non privatur: nam cui bonorum adminiſtratio adimitur, non propterea amittit jus quod habet in illis, tam circa dominium, quoad poſſeſſionem, & alias omnes utilitates ex dictis bonis provenientes, prout abundè probavimus *in par. 1. cap. 14. per tot.* ergo creditores ſemper jus hypothecæ, quod prius habebant ſuper fructibus ad patrem ſpectantibus, conſervare debent illæſum.

Et in his terminis, quando bona adventitia ex 6
ſola culpa patris diſſipantur, & ſola adminiſtratione, non etiam uſufructu pater privatur: & quod ejus creditores non amittant jus quod habent ad fructus eoſdem, tenet Arias de Meza *variar. reſol. lib. 3. cap. 37. n. 9.*

Secundò manifeſtè probatur; nam quovis ca- 7
ſu, quo pater ex juris vel hominis diſpoſitione privatur uſufructu in bonis adventitiis filii, eorumque legitima adminiſtratione, non tamen privatur commoditate bonorum, quia aliud eſt jus ipſum uſusfructus, aliud commoditas; ut tenet Angelus ex aliquibus fundamentis, relatis per Cald. Pereir. *in l. ſi curatorem, ex num. 135. verſ. licèt autem hujuſmodi prohibitio, Cod. de in integr. reſtit.* idem tenet Aretin. *in §. 1. Inſtit. per quas perſon. nob. acqu.* quam limitationem vocat ſingularem *ibid.* & Jaſ. *in l. cum filio, num. 157. ff. de legat. 1.* poſt Cuman. *ibid.* & Jacob. de Belviſ. & Bald. & Dilect. *de arte teſtan. tit. 6. cautel. 16. nu. 3.* Pariſ. *conſ. 157. num. 5. vol. 4.* Boër. *deciſ. 199. num. 8.* ita ut ratione hujus commoditatis patri reſervatæ impediatur filius agere, vivente patre; ſicuti impeditur ratione uſusfructus ad
patrem ſpectantis: Ergo ſi commoditas uſuſ- 8
fructus reſervatur patri, licèt jus uſusfructus admittatur, durare debet hypotheca ſuper ea per uſufructuarium impoſita; ad latiſſimè comprobata, & variis juris fundamentis reſoluta *in hac 4. part. cap. 4. & cap. 6. per tot. & cap. 7. à nu. 1. cum ſeq.* ubi probatur, quod licèt uſufructuarius, & pen-
ſionarius acquirant proprietatem rei, vel titu- 9
lum beneficii, & propterea per conſolidationem extinguatur jus uſusfructus atque penſionis; tamen hypotheca antea impoſita ſuper commoditate uſusfructus, vel penſionis, remanente penes debitorem, & titularium, perſeverat illæſa, non obſtante conſolidatione prædicta.

10 Tertiò

10 Tertiò probatur hæc pars; nam licèt Dilect. *de art. teſtan. titul. 3. cautel. 17. num. 2.* exiſtimaverit, filium habere hypothecam ſuper fructibus bonorum adventitiorum ad conſequenda alimenta, cujus hypothecæ intuitu poteſt filius excludere creditores patris, & latè defendit Mo-
11 ron. *in tract. de treug. & pac.* Adhuc tamen contraria ſententia verior eſt, ut filius nullam habeat hypothecam in illis, nec in aliis bonis patris; cùm pater ſolùm ex pietate & vinculo charitatis teneatur alere filium, non verò contemplatione bonorum: ut docet Covar. *de ſponſal. par. 2. cap. 8. §. 6. numer. 22.* Lara *in l. ſi quis à liberis, §. idem reſcripſit, numer. 8. ff. de liber. agnoſc.* quos referens ſequitur Arias de Meza *var. reſol. l. 3. cap. 37. numer. 1. 2. & 3. & numer. 11.* latiſſimè: Nos etiam *in hoc Labyrintho* poſt innumera fundamenta & Doctores, *par. 1. cap. 24. ex nu. 88. uſque ad fin. cap.*

12 Ex quo infert & rectè Arias de Meza *loco proximè citato, numer. 4. & 5.* contra *Joan. Andr.* filium in fructibus bonorum adventitiorum ſpectantibus ad patrem, non poſſe præferri creditoribus patris: ergo licèt pater propter diſſipationem privetur bonorum adminiſtratione juxta ſupra dicta *à num. 1.* poterit tamen filius excludere creditores patris, neque impedire quominus ex fructibus dictorum bonorum ſatisfactionem conſequi poſſit.

13 Quibus tamen, quæ apparenter fortiſſima ſunt, minimè refragantibus, contraria ſententia verior eſt, ut filius, cui bona adventitia, vel majoratus ſeu fideicommiſſi, ob dilapidationem à patre factam traduntur, non teneatur ex fructibus eorum ſatisfacere creditoribus patris: quod manifeſtè probatur, quia Pater ob diſſipationem doloſam re ipſa, & culpabilem profuſionem privatur omnibus bonis, & filio applicantur pleno jure & integrè, ac ſi veniſſet conditio, vel mors naturalis, per quam finitur uſufructus patris, vel fideicommiſſum ſeu majoratus devolvitur ad immediatum ſucceſſorem, ut per textum expreſſum in *dict. leg. Imperator*, & alia jura probant abundè Doctores omnes *ſuprà* allegati ex *n. 1.*

Et quod pater non ſolùm privetur bonorum prædictorum adminiſtratione, ſed omni etiam jure quod in illis habebat, & nominatim uſufructu, ita ut propter dilapidationem bonorum finiatur & extinguatur in ejus perſona; non ſecus ac extingueretur per mortem ipſius, probatur manifeſtè *in ead. l. imperator*: ubi pater propter diſſipationem privatus fideicommiſſo, & applicatur filio, ita ut filius ex ejus fructibus alimenta præſtet patri; ſi ſit inops, ut tradunt Bald. *in l. 2. numer. 3. Cod. ſi in fraud. patr.* & poſt Jaſon. Caſtren. Angel. Alexandr. & Aretin. Morot. *conſil. 18. num. 29.* Coler. *de alimen. l. 1. cap. 5. numer. 14.* Fontanell. *de pact. nuptial. claus. 4. gloſ. 9. part. 5. num. 29. gloſ. 22. nu. 28.* Milanen. *deciſion. 3. numer. 116. lib. 2.* Gratian. *diſcept. 519. num. 39.* Surd. *de aliment. tit. 1. quæſt. 58. num. 6. & quæſt. 30. numer. 30.* & plurimi alii adducti per Mar. Giurb. *ad conſuetud. Meſſan. cap. 7 gloſ. 9. par. 1. numer. 25. fol. 432.* & ex Cald. Pereira *in l. ſi curatorem gloſ. ſua facilitate, & gloſ. læſis, nu. 150.* Anton. Gomez *ad leg. 9. Tauri. num. 45.* & ex Deciano *conſ. 12. numer. 52. l. 5.* tenet Giurb. *ubi mox, cap. 7. gloſ. 3. n. 29.* ex quibus clarè deducitur, patrem ob dilapidationem privari uſufructu, & fructus omnes ad filium pertinere.

Et quod pater iterum privetur bonis adven- 14
titiis, vel fideicommiſſo ſuppoſitis ob eorum dilapidationem, non expectata ejus morte, vel conditione fideicommiſſi, ſed ipſa pleno jure applicentur & acquirantur filio, probant expreſſè omnes Scribentes *in d. l. Imperator*, ut obſervat Alexand. *ibid. num. 5. 6. & 8.* Molina *de primogen. l. 2. cap. 16. nu. 17. & 31. & à princ. ejuſd. cap.* & exactiſſimè per plurima fundamenta Petr. Surd. *in conſ. 116. ex num. 24. & 48.* ubi allegat Alexandr. & Caſtrenſ. *num. 4. in d. l. Imperator*, & Palacium Rubeum *in cap. per veſtras, §. 17. n. 12. de donat. int. vir.* & plures alios Boër. *dec. 61. n. 17.* Mend. de Caſtro *in repetit. leg. cùm oportet, par. 2. n. 131.* Molina Theolog. *de juſt. & jur. tract. 2. diſput. 228.* Caſtill. *de uſufr. cap. 3. ex nu. 100. cum ſeqq.* optimè etiam Fuſar. *de ſubſtit. fideicom. quæſt. 554. num. 11.* latè Hieron. Gabriel. *conſ. 118. ex numer. 11. uſque ad fin. lib. 1.* Surd. *deciſ. 142.* ibi teſtatur ita fuiſſe judicatum, Gallus *de except. ſucceſſ. tit. 2. except. 4. num. 33. part. 3.* & ex Fuſario *ubi proximè* idem tenet Addit. ad Molin. *dict. cap. 16. ſub nu. 31. verſ. ampliatur quartò.* Et his Doctoribus omiſſis, alios ad idem quamplurimos congerit Giurba *ad conſuet. Meſſan. part. 1. cap. 7. gloſſ. 9. numer. 5. & ſequentib. & gloſ. 17. num. 4.* Et quod quan- 15
do pater propter diſſipationem bonorum adventitiorum filii privatur ipſorum adminiſtratione, privetur etiam uſufructu & commoditate, poſt Alexandr. Gutier. Caſtill. Baëçam, Pinell. Suarez, Molin. Mend. de Caſtr. Barboſ. & Theſaur. probat idem Giurb. *loc. cit. part. 1. cap. 7. gloſ. 3. numer. 31. fol. 413.* qui ex *numer. 30. cum ſequentib.* abundè diſputat, quando & quibus caſibus aliàs per teſtatorem prohibita fuit patri adminiſtratio bonorum filio relictorum, cenſeatur etiam privatus uſufructu & commoditate ipſorum, iterum poſt plurimos DD. probat ipſemet Giurb. *cap. 7. gloſſ. 9. num. 16. part. 1.*

Quæ doctrina comprobatur, quia uſufructua- 16
rius, emphyteuta, vel feudatarius, ſimiliter privantur uſufructu, & rebus ipſis in uſumfructum, emphyteuſim, vel feudum conceſſis, quando illas malè diſſipant; de quo plura cumularunt Chaſſan. *in conſuet. Burgund. rubr. 4. §. 6. gloſſ. ult. à num. 6.* Barbat. *conſ. 36. num. 12. lib. 2.* Afflict. *deciſ. 265. à numer. 72.* Roland. à Valle *conſ. 49. numer. 19. & num. 21. l. 2.* Baëza *de inope debit. cap. 15. à num. 26. & de decim. Tutor. cap. 13. à num. 1. cum ſeqq.* Menoch. *de arbitr. lib. 2. centur. 1. caſu 78. per tot.* quam doctrinam pro fundamento patris diſſipantis, ut uſufructu bonorum ſimul privatus ſit, dum privatur adminiſtratione ob illam cauſam, adduxerunt Caſtillo *de uſufruct. dict. cap. 3. ex numer. 101.* Molina *dict. cap. 16. num. 31.* Petr. Surd. *dict. conſ. 116. ex num. 24. uſque ad num. 30.* ubi adducit hæc & 17
quamplurima alia fundamenta quibus probatur, quod quando ob culpam ſeu dolum patris malè verſantis in bonis adventitiis filii, privatur eorum adminiſtratione, & filio applicantur, privetur pater etiam uſufructu, & omni jure quod in illis habebat; ideoque videndus erit omnino ipſe Surdus *dict. conſil. 16.* quia mirabiliter loquitur in hoc articulo, & eadem fundamenta repetit poſt plures alios Doctor. Giurba *ad conſuetud. Meſſan.*

*Meſſan. dict. cap. 7. gloſſ. 9. ex numer. 15. part. 1. fol. 431.*

18 Cùm igitur ex legis diſpoſitione pater ob culpam ſuam & doloſam adminiſtrationem re ipſa, ut exponunt Doctores *numer.* 1. citati, ſeu dilapidationem privetur uſufructu & omni commoditate bonorum filii, ut ſtatim probabimus ad reſponſionem ſecundi argumenti in contrarium allati, & jus quod in illis habebat, extinguatur; pariformiter extinguetur quoque hypotheca ſuper eiſdem bonis ſeu emolumentis per patrem impoſita in favorem ſuorum creditorum, *ex regul. leg. lex vectigali,* 31. *ff. de pignorib.* ut benè conſideravit in his terminis Arias de Meſa *variar. reſolut. lib.* 3. *cap.* 37. *num.* 8. *& 9. ad fin.* Et quod quando debitor ob culpam ſuam ſeu dolum aut delictum privatur re hypothecata, extinguatur etiam hypotheca creditoris ſuper eadem re impoſita, plurima fundamenta notatu digniſſima obſervabis *in hac* 4. *part. cap.* 9. *ex numer.* 63. *cum multis ſeqq.* ac paſſim *per tot. cap.*

19 Ex quibus omnibus reſolvendum erit, quod creditores patris, à quo bona adventitia filii, vel fideicommiſſi, aut majoratus, ob eorum dilapidationem ablata ſunt, & filio applicata fuerunt pleno & integro jure cum uſufructu, quo ſimul cum adminiſtratione privatur pater; nullum jus prætendere poſſunt contra filium reſpectu fructuum, cùm creditorum hypotheca ſuper illis, per patrem impoſita, fuerit ſimul extincta, eo ipſo quòd pater fuit privatus uſufructu ex juris diſpoſitione, ac ſi per mortem ejus extinctus fuiſſet: ut probant DD. allegati *ſup. nu.* 13. *& ſeqq.*

20 Nec huic veriſſimæ reſolutioni obſtant argumenta ſuperiùs conſiderata in contrarium. Non primum ex *num.* 4. quo diximus, patrem privatum adminiſtratione bonorum filii, & majoratus ſeu fideicommiſſi, non intelligi privatum uſufructu, nec utilitate ſeu commoditate quam in eiſdem bonis habebat, ſed eam cenſeri ſibi eſſe reſervatam. Quia reſpondetur, argumentum legitimum fore, ſi pater privaretur duntaxat adminiſtratione bonorum ob illorum dilapidationem; at cùm ſit conſtans Doctor. concluſio quod etiam ea de cauſa privatur uſufructu, prout exactè probavimus *ſuprà ex nu.* 13. *cum ſeqq.* hoc argumentum vires ſuas prorſus amittit.

Imò potiùs conſtans eſt reſolutio, quod quando pater privatur adminiſtratione bonorum, propter diſſipationem ipſorum, juxta *dict. l. Imperator*: privatus etiam intelligatur uſufructu & bonorum commoditate; imò etiam quando ab homine pater privatur adminiſtratione bonorum filii ob dilapidationem, privetur quoque uſufructu & commoditate ipſorum, ad longum diſputat & reſolvit Giurba *ad conſuet. Meſſanen. cap.* 7. *gloſ.* 3. *ex num.* 30. *cum multis ſeqq.* ex quo deſtruitur argumentum contrarium, ut ex pluribus comprobatur *ſup. num.* 15.

21 Nec obſtat ſecundum ex *num.* 17. quo fuit dictum, in his caſibus in quibus pater privatur uſufructu adventitiorum filii, ipſorum emolumentum ſeu commoditatem conſervari patri, ex aliquorum Doctorum aſſeveratione, Autore Angelo; de cujus doctrina meritò dubitant Roderic. Suarez *in quæſt. Majoratus, num.* 15. *&* 16. & Gregor. Lopez *in l.* 15. *titul.* 17. *part.* 4. *in gloſſ. verb. el uſufructo*: ſed noſter doctiſſimus Molina *de Hiſpan. primogen. lib.* 1. *capit.* 19. *numer.* 33. dicit ſe non modo dubitare de doctrina *Angeli* in hac materia, imò falſam eſſe, ut contra ipſum *Angel.* latiſſimè fundat Cald. Pereir. *in l. ſi curatorem habens, verb. læſis, ex numer.* 145. *verſ. licèt autem hujuſmodi prohibitio, uſque ad num.* 146. ubi argumentis Angeli & ſequacium viriliter ſatisfacit, affirmans pro certa & veriori doctrina, quod pater privatus uſufructu, ſimul cenſeatur privatus emolumentis bonorum: hoc idem exactè fundat & tenet Petr. Surd. *dict. conſ.* 116. *num.* 73. *l.* 1. Hieron. Gabr. *conſil.* 117. *numer.* 12. *in fin. & numer.* 13. *lib.* 1. *& conſil.* 162. *ex num.* 16. *cum ſequentib. uſque ad num.* 22. & iterum *num.* 31. *l.* 2. Caſtillo *de uſufruct. cap.* 3. *num.* 58. & plurimi alii adducti *ſup. num.* 13. 15. *&* 20.

Ex quorum veriſſima reſolutione reſultat efficax ſatisfactio dicto argumento & doctrinæ certiſſimæ ibidem relatæ; nempe non extingui hypothecam ſuper commoditate uſusfructus impoſitam, quoties per acquiſitionem proprietatis ſubſequutam & ſupervenientem debitori uſufructuario conſolidatus fuit uſusfructus & extinctus, cùm eo caſu ipſe debitor ſimul retineat commoditatem quæ fuerat creditori hypothecata, quo caſu nil mirum quod hypotheca duret ſeu perſeveret, ut abundè probavimus *hac* 4. *part. cap.* 4. *&* 6. *per tot. & cap.* 7. *ex num.* 1. *& ſeqq.* ſed cùm hoc ſuppoſitum deficiat in caſu de quo agimus; imò falſum ſit, patrem retinere commoditatem quando privatur uſufructu, meritò extinctam eſſe hypothecam affirmandum erit. 22

Neque in aliquo opitulatur tertium argumentum ex *num.* 10. *& ſeqq.* Quoniam filius, cui ob diſſipationem & dolum re ipſa patris, fuerunt bona adventitia pleno jure adjudicata, non tractat de excludendis creditoribus patris, neque opponit de aliqua hypotheca propria: nec eam prætendit in fructibus bonorum ſuorum adventitiorum; quia nemo in re propria hypothecam habere poteſt, nam res ſua nemini ſervit, ex juribus vulgar. ſed creditores patris excludit ex alio capite, nempe per extinctionem & reſolutionem hypothecæ ipſorum creditorum, cum ex privatione uſusfructus & commoditatis ſuperveniente patri, eorum hypotheca ſimul reſoluta remanſit, cujus defectu jus nullum poſſunt prætendere contra filium. 23

Nec tandem ultimo loco, ut noſtra reſolutio omni careat ſcrupulo, obſtat diſtinctio illa Doctorum circa dimiſſionem & renunciationem uſusfructus, quam pater facit in favorem filii, ut ſi hæc renunciatio fiat ante acquiſitionem & acceptationem, valeat etiam in præjudicium creditorum patris, cum in non adquirendo fraus illis non fiat per patrem debitorem. At ſi 24
fiat renunciatio uſusfructus in favorem filii à patre debitore, poſtquam pater acquiſitum & acceptatum habet uſumfructum, nullo modo tenet in præjudicium creditorum habentium commoditatem obligatam, & hypothecæ ſubjectam, quo minus ipſi creditores jus habere deſinant contra filium, & ab eo poſſint exigere ſua credita ex fructibus, & commoditate bonorum durante vita patris debitoris: quam diſtinctionem exactiſſimè comprobavimus per varia fundamenta, nec non exactam relationem Doctorum *in hoc Labyrint. par.* 2. *cap.* 15. *ex num.* 50. *cum multis ſeqq.* quibus erit addendus 25

dus Arias de Meza *variar. reſolut lib. 3. cap. 37. num.* 14. poſt Cald. Pereiram, Joann. Baptiſt. Coſtam *de remed. ſub l. d. remed. 1. n. 7.* Fontanell. *de pact. nuptial. clauſ. 6. gloſ. 1. part. 1. nu. 44.* Mantic. *de tacit. convent. lib. 3. titul. 18. nu. 12.* Peregrin. *conſil. 81. n. 23. t. 1.* Aldovin. *conſil. 53. n. 10.* Petr. Caball. *conſil. 14. numer. 16. & 25. l. 5.* Alex. Trentacinq. *l. 1. variar. titul. de peculio, reſol. 3.* Gratian. *diſcept. 132. n. 12. & 40. & diſcept. 271. n.* 4. alios etiam quamplurimos addere poteris, quos pro iſta vera diſtinctione congerit Mar. Giurba *ad conſuet. Meſſan. cap. 7. gloſſ. 11. nu. 6. & 7. par. 1. fol.* 435.

26 Quia reſpondetur hanc remiſſionem uſusfructus jam quæſiti, tanquam merè voluntariam, & non neceſſariam, nulloque jure cogente factam, non poſſe fieri in præjudicium creditorum: pro-
27 ut latiſſimè probavimus *in dict. capit. 15. ex n. 50.* At verò nos loquimur & verſamur in amiſſione & privatione uſufructus à lege in pœnam dilapidationis bonorum impoſita, & ob culpam ſeu dolum re ipſa patris, eo invito & renitente: quo caſu, nihil conqueri poſſunt creditores, qui ſimul juris diſpoſitioni & rigori ſubjici debent, ut ſuperiùs probavimus *n. 18.*

28 Sed utrum poterit pater, in præjudicium ſuorum creditorum, emancipando filium, illi dimittere uſumfructum adventitiorum, cùm per emancipationem filius liberetur à patria poteſtate, & ſic ex diſpoſitione juris reſolvatur patris uſusfructus; videatur Arias de Meza *dict. cap. 37. n. 15.*

29 Denique animadvertere poteris, quod diſpoſitio *d. leg. Imperator, ad Trebell.* non eſt abrogata per *leg. jubemus*; §. *in ſupra dictis, Cod. eod.* & per *auth. uni ſi darent, Cod. de inoffic. teſtam.* per quæ jura conſulitur filio in adventitiis per cautionem & fidejuſſionem, per quam videtur ceſſare privatio bonorum inducta ex *dict. leg Imperat.* Contrarium enim verius eſt, prout accuratè & latè defendit Molina *de primogen. l. 1. cap. 16. ex num. 2.* quando ſcilicet magna & evidens eſt bonorum diſſipatio à patre facta; ut tunc nulla cautione excuſetur pater à privatione bonorum: Azeved. *in lib. 4. titul. 1. lib. 3. recopil.* Pinell. *in 2. part. leg. 1. n. 36. & 38. Cod. de bon. matern.* Aſcan. Clem. *de patr. poteſt. cap. 6. effectu 12. num. 14.* Burſat. *conſil. 133. n. 56. l. 2.* Surd. *conſ. 116. num. 25. & n. 48. lib. 1.* Caſtill. *de uſufruct. cap. 3. n. 99.*

30 Et quod in hac dilapidatione patris non ſit neceſſaria fraus & dolus ex propoſito, ſed ſola culpa, & dolus re ipſa ſufficiat in factos ex magna & manifeſta alienatione & diſſipatione bonorum filii, reſolvit Molina *ubi proximè, dict. cap. 16. ex nu. 12.* & ex Ruyno *conſil. 23. nu. 14. lib. 5.* Cephalo *conſil. 113.* Menochio *conſ. 1210. n. 2.* Fuſarius *de fideicom. quæſt. 519. n. 4.* qui *n. 6.* ex Alexandro poſt alios ab ipſo relatos *in dict. l. Imperator, n. 4.* & Cephal. *conſil. 113. n. 16.* firmat hanc privationem lo-
31 cum habere, ſive pater dilapidet agendo & committendo, ſive omittendo, & quod ſola patris negligentia & culpa ſufficiat ad removendum ipſum ab adminiſtratione, communem dicit Gutier. *in tract. de tutel. cap. 3. num. 4.* quem refert Addit. ad Molin. *dict. cap. 16. ad n. 12.* vide etiam Pereiram *deciſ. Luſit. 48. n. 15.*

## CAPUT XVI.

Quid in concurſu operetur reſcriptum Principis circa mutationem prælationis inter creditores.

Et quid ſi impetretur ab uno ex correis in ſolidum obligatis, ad hoc ut non niſi pro ſua rata conveniatur.

Et quantum hæc reſcripta diſtent à Moratoriis. Et an reſcriptum obtentum per unum creditorem perſonalem, cæteris ſimiliter perſonalibus aut tertiis poſſeſſoribus præjudicet.

### SUMMARIUM.

1 *An creditor poſterior anterioribus præferri poſſit ex reſcripto Principis.*

2 *Reſcripta moratoria ſæpè à debitoribus impetrantur validè & efficaciter etiam in diſpendium creditorum.*

3 *An Princeps poſſit ſubvertere & præpoſterare ordinem creditorum, & poſteriorem priori anteponere.*

4 *Caſus quos nectit identitas rationis, eandem ſubeunt juris diſpoſitionem.*

5 *Lex exemplariter loquens non reſtringit regulam; ſed declarat, & alios caſus ſimiles non excludit.*

6 *Decretum* Ferdinandi Regis *quo creditor hypothecariam actionem dividere coactus eſt, & eam exercere contra omnes bonorum hypothecatorum poſſeſſores pro rata, ex æquitate & num. 7.*

8 *Ex reſcripto Principis poteſt creditor acquirere jus hypothecæ in bonis debitoris.*

9 *Reſcriptum Principis præpoſterans ordinem & gradum creditorum, non eſt admittendum.*

10 *Reſcriptum ſeu privilegium Principis, quod tendit in præjudicium juris alicui Tertio quæſiti, tanquam exorbitans ab omni jure, non debet admitti.*

11 *Reſcriptum Principis prævertens ordinem hypothecarum, longè differt à reſcriptis moratoriis.*

12 *Moratoria dilatio conceditur à Principe debitori, niſi prævia ſatiſdatione de ſolvendo poſt terminum.*

13 *Ex conceſſione moratoriæ dilationis, ſecuriores redduntur creditores propter fidejuſſionem à debitore præſtitam.*

14 *Reſcriptum præpoſterationis conceſſum ſcilicet creditori poſteriori in præjudicium anteriorum, omni ex parte noxium eſt & perniciosum anterioribus, non ſolum ratione rei, ſed etiam temporis agendum, & n. 15.*

*Et ideo toto cœlo diſcrepat à Reſcripto moratorio, n. 16. & 17.*

18 *Princeps poteſt per legem generalem conſtituere de dividenda actione hypothecaria contra unumquemque bonorum poſſeſſorem pro rata.*

19 *Non tamen per reſcriptum ſpeciale in præjudicium creditorum antea jus quæſitum habentium.*

20 *Reſcriptum ab uno ex correis in ſolidum obligatis impetratum à Principe ne conveniatur pro tota quantitate, non valet.*

21 *Reſcriptum tollens exceptionem Tertio, à Principe concedi non debet.*

22 *Jus creditoribus quæſitum à Principe non tollitur.*

23 *Reſcriptum à creditore poſteriore impetratum quo anterioribus præferatur, ſubreptitium eſt & nullum.*

24 *Princeps non debet concedere jus hypothecæ, vel prælationis uni creditori chirographario, in præjudicium cæterorum.*

25 *Nova hypotheca ſuperveniens non afficit res à debitore prius alienatas, & à Tertio poſſeſſas juſto titulo.*

1 SOlet importunitas ambitioſa quandoque, pro-
prio commodo ſtudens, aliorum detrimentum
machinare, & in perniciem ac præjudicium Tertii
nonnulla moliri: quo fit ut unus creditor videns
jus ſuum periclitari, eo quod inferiorem gra-
dum habeat in concurſu creditorum, importunè
à Principe tentet conſequi reſcriptum, quo ſor-
tem ſuam meliorem faciat, & altiorem inter cæ-
teros creditores gradum occupet, ut ipſe ante-
rioribus præferatur. Quod reſcriptum an validum
ſit in præjudicium aliorum creditorum? ſemel
diſceptatum vidi.

2 Et pro parte affirmativa ſeu validitate reſcri-
pti, & quo ſortiri debeat effectum, urgere vi-
detur efficaciter ſimile reſcriptum, quod aſſiduè
impetrari ſolet per debitorem à Rege, ne credi-
tores illum moleſtent, ſed pro certo termino ſuſ-
pendantur exactiones ac lites, quod reſcriptum,
recepto communiter vocabulo, *Moratoria* appel-
latur & ex juſta cauſa Principi relata & cogni-
ta, ab ipſo benignè concedi ſolet ex vi ſuæ ſu-
premæ poteſtatis & authoritatis, cui obedire om-
ni jure tenentur ſubditi, etiam creditorum præ-
judicio refragante, textus eſt in *l. univerſa re-
ſcripta, quæ in debitorum cauſis, ſuper impetran-
dis dilationibus promulgantur &c. C. de precib.
imper. offer. l. 4. tit. 14. par. 3.* ibi: *Otro ſi pue-
den pedir merçed los omes, que les alvenge los
plaços de las debdas que deben.* & in *l. 23. tit. 18.*
ead. partit. ibi, *agraviados ſon omes lus vecadas de
pobreça, de manero que non pueden pagar lo que de-
ben a los plaços aquelo hac adar epide por merçed
al Rey que les decurtas & que les alvenge el plaço,
a que debian pagar, e per que acaeſce à las vega-
das, que el Rey hameneſter ſu ſervicio deſtos a ta-
les en bueſte, o de otra manera, o por ſabor que ha
de les façer bien, e merced da les cartas: e que les
alvenga el plazo e tal carta como eſta mandamos
que vala como quier que reciba por ella algun a-
graviamiento a quel aquien deben el debdo.* De hac
materia abunde egimus *in hoc Labyrin. par. 2. cap.
30. per tot.*

3 Ergo eodem modo, & ex identitate ratio-
nis, poterit Princeps mutare & ſubvertere
creditorum gradus, & poſteriorem priori præ-
ferre, etiamſi priores ex hac præpoſteratione
aliquod damnum recipiant, cùm hoc præjudici-
um non tangat ſubſtantiam crediti, nec illud a-
mittant creditores poſtpoſiti, ſed integrum &
illæſum illis remaneat, exigendum poſt ſolu-
tionem factam ei, qui reſcriptum prælationis
obtinuit, prout in ſimili conſideravit *d. lex 23.*
in illis verbis, *como quier que reciba por ella
algun agraviamiento aquel, aquien deben el deb-
do, por todo eſo en ſalvo finca lo ſujo, e tene-
mos por bien que lo cobre, e lo aja* prælationis
etenim tranſmutatio & præpoſteratio ſolum reſ-
picit tempus exactionis & dilationem, ſicuti Mo-
ratoria: igitur quemadmodum iſta licita eſt in
Principe cum damno creditorum, pariformiter
prælationis reſcriptum debet admitti, & licitum
dici: cùm amplius quàm Moratoria jus priorum 4
creditorum non lædat: nam caſus, quos nectit
identitas rationis, non ſunt quoad juris diſpoſi-
tionem ſeparandi, plura diximus *in Commentar.
de protect. Reg. par. 2. c. 6. num. 22.* & *de ſupplicat.
ad Sanctiſſ. par. 2. cap. 31. num. 17.* Et quia quan- 5
do plures caſus habent eandem rationem, licet
lex de uno duntaxat loquatur, & mentionem fa-
ciat, videtur fieri exemplariter non reſtrictivè,
quin cæteros ſub ratione comprehenſos includat,
plurimos ad idem congeſſimus *in d. tract. de ſup-
plicat. ad Sanctiſſ. par. 1. c. 9. ex numer. 13. cum
multis ſeqq.* quapropter reſcriptum Principis ſu-
per prælatione inter creditores tanquam juſtum
& licitum debet admitti, ſuumque operari effec-
tum.

Secundò & pro hac parte optimè facit doctri- 6
na Matthæi de Afflict. *ſuper conſtit. Reg. ſi quis
in poſterum, in 3. notab. verſ. ſed juxta hoc
quæro*; ubi declarationem *leg. 2. Cod. de pignor.*
dicit quod licèt quando quis eſt anterior credi-
tor cum hypotheca expreſſa, vel tacita, poſſit
agere contra unum poſſeſſorem bonorum hypo-
thecæ ſubjectorum, in ſolidum; nihilo minus
ipſe vidit Regem Ferdinandum primum feciſſe
decretum, quod divideretur debitum contra om-
nes poſſeſſores hypothecarum pro rata, ex æqui-
tate *d. leg. 2.* & quod licèt hæc æquitas non re-
periatur ſcripta, illam tamen Princeps poteſt in-
troducere contra jus ſcriptum, per *leg. 1. Cod.
de legib.* Afflictum refert Vincentius de Franch.
*deciſ. 3. ſub numer. 2.* & per ipſum Vincent. de
Franch. & Molinam *de primogen. lib. 4. cap. 7.
num. 17.* firmat Fontanell. *de pact. nupt. tom. 1.
clauſ. 4. gloſ. 18. numer. 87. par. 2. fol. 452.* licèt
creditor poſſit ad libitum agere contra quemli- 7
bet hypothecarum poſſeſſorem, poſſe tamen Prin-
cipem uti æquitate, & mandare ne creditor a-
gat contra unum poſſeſſorem pro tota quantita-
te, ſed quod dividatur debitum, ſive actio hy-
pothecaria contra omnes poſſeſſores pro rata: er-
go eodem modo poterit Princeps per reſcriptum
ſubvertere prælationis jus inter creditores, & po-
ſteriori priorem gradum aſſignare, non obſtante
præjudicio anteriorum.

Tertiò hæc pars fortiter probatur, nam per 8
privilegium à principe obtentum poteſt quis
adquirere jus hypothecæ in rebus ſui debitoris,
text. eſt expreſſus in *l. Antiochenſium, 21. ff. de
privileg. credit.* cujus verba ſunt: *Antiochenſium
Cœlæ Syriæ civitati quod lege ſua privilegium in bo-
nis defuncti debitoris accepit, jus perſequendi pi-
gnoris durare conſtitit*, lex. 2. *Cod. de jur. Reipub.*
idem decidit his verbis: *An reſpublica, in cujus
locum vos ſucceſſiſtis, ideo quia ſatisfeciſſe debito
proponitis, jus pignoris in eo fundo habeat, apud ſuum
Judicem queritur? ſi enim nec beneficio ſibi conceſſo
id jus nacta eſt, neque ſpecialiter in obligatione pi-
gnoris ſibi proſpexit, cauſa ejus non ſeparatur à cæ-
teris creditoribus qui habent perſonalem actionem.*
text. alius etiam eſt in *l. ſimile, 10. ff. ad munici-
pal.* in hæc verba: *Simile privilegium fiſco nulla
civitas*

*civitas habet in bonis debitoris, niſi nominatim à principe datum ſit.* Ex quibus juribus probatur, per Principis privilegium poſſe aliquem acquirere jus hypothecæ in bonis ſui debitoris & per conſequens jus prælationis: Gloſſ. in *d. l. Antiochenſium, verb. lege. & verb. conſtit.* Gloſſ. *in d. l. 2. verb. nacta eſt*: Gloſ. *in d. l. ſimile, verb. in bonis*: Bart. *in d. l. Antiochenſium, n.* 1. Alexan. *numer.* 1. Joan. Anton. Mangil. *de imputat. quæſt.* 49. *num.* 4. Merlin. *de pignorib. lib.* 2. *quæſt.* 116. *n.* 1. *& ſub num.* 2. ſed in hoc privilegio hypothecæ imbibitur prælatio aliis creditoribus: ergo privilegium ſimplicis prælationis multò fortius debet valere & admitti.

9 Quibus tamen minimè refragantibus, contraria ſententia, imò privilegium obtentum à Principe per creditorem inferioris gradus, continens prælationem aliis creditoribus anterioribus, eſſe exorbitans, & contra jus naturale & gentium, longè verior & receptior eſt: cùm enim tale reſcriptum tollat jus Tertio quæſitum, quod nulla ratio naturalis, vel civilis patitur, non eſt obſervandum, nec admittendum in deciſionibus cauſarum: ut manifeſtè probant Doctores proximè allegati *num.* 8. dum expreſsè diſtinguunt inter jus hypothecæ conceſſum per legem univerſalem, & privilegium tendens in præjudicium alterius tertii creditoris, cui jus prælationis jam erat acquiſitum; ut in primo caſu procedant jura in contrarium allegata, & Gloſſæ ſuprà relatæ *ibid.*

Quo etiam caſu procedit Bulla Pii V. concedens mercatoribus in urbe Roma ſecundum locum in judicio & concurſu creditorum, ut præferantur aliis creditoribus etiam hypothecariis, pro veſtiariis Prælatorum: eo quod Princeps poteſt per legem generalem ex juſta cauſa præferre poſteriores creditores anterioribus: ut ex Cutelli *dec.* 22. num. 19. tenet Ludov. Poſtius *in tractat. de ſubbaſtat. tom.* 2. *in addit. ad inſpect.* 41. *nu.* 12. *&* 13. Cum in poteſtate Principis ſit per legem generalem & publicam dare prælationis privilegium creditori cui maluerit: ut ex Bartolo, Alberic. & Ang. *in d. l. Antiochenſium*, probat Maſtrillus *de magiſtrat. l.* 5. *cap.* 4. *num.* 320. ab ipſo malè citatus, & nullibi invenire potui, ſed idem tenet Pareja *de inſtrum. edit. tit.* 1. *reſol.* 3. §. 5. *n.* 67.

10 In ſecundo verò caſu, ſi nimirum privilegium tendat in præjudicium juris alicui tertio creditori quæſiti, nullo modo admitti debet tanquam omni juri naturali gentium, & poſitivo repugnans, ideoque ſubreptitium & à Principis intentione penitus alienum, qui nunquam vult per ſua privilegia juris Tertio quæſito detrahere: ita probant & tenent in terminis Bartol. *in d. l. Antiochenſium in fin.* Alexan. *nu.* 1. *verſ. ſecundo modo*: Merlin. *in d. quæſt.* 106. *per tot.* ubi ex *num.* 4. ex pluribus probat, hoc privilegium in præjudicium Tertii non valere, niſi data recompenſa ei, cui damnum infertur: & hoc fundamentum per quamplurima jura civilia & Regia altiùs & accuratiùs comprobavimus, Doctorumque innumerabilium authoritate exornavimus *in Commentar. de ſupplicat. ad Sanctiſſ. part.* 1. *cap.* 7. *per tot.* ubi plura videri poterunt ad hanc rem conducibilia: & hæc reſolutio verior apparebit ex reſponſione ad contraria argumenta ſuperiùs adducta, quæ contrariæ opinioni minimè opitulantur.

11 Non igitur obſtat primum ex *num.* 2. tractans de æquiparatione & identitate rationis inter Moratoriam à Principe obtentam, & privilegium prælationis, de quo ſermo noſter eſt. Quia reſpondetur, non ſolùm in his caſibus non dari ſimilitudinem, ſed omnimodam diverſitatem & repugnantiam inter ipſos reperiri: etenim per dilationem moratoriam nihil detrahitur juribus creditorum, cùm omnia remaneant per illud tempus in eodem ſtatu; & eo tranſacto, unuſquiſque conſequitur jus ſuum ſecundum ſui gradus prærogativam, & prælationem unicuique competentem, quæ ut antea manet illæſa & intacta, ut probant dictæ leges Partitæ *ſup.* allegatæ.

Et quatenus dicta lex 33. *tit.* 18. *part.* 3. juſtiſſimè conſideravit aliquod damnum ex dilatione exactionis creditoribus illatum, ibi, *como quierque reciba por ella algun agraviamento aquel a quien deben el debdo*, modicum tamen illud præjudicium prædicta jura abundè compenſare voluerunt ad longè majorem creditorum ſatisfactionem & ſecuritatem, quandoquidem iſtæ Moratoriæ per Principem ex juſta & legitima cauſa debitoribus conceſſæ nullo modo ſortiantur effectum, niſi priùs debitor ipſe præſtet creditoribus idoneam ſatisdationem & fidejuſſores, qui eiſdem ſolvere obligantur termino tranſacto, juxta text. *in d. l. univerſa reſcripta, reſcripta quæ in debitorum cauſis, ſuper impetrandis dilationibus promulgantur non aliter valeant, niſi fidejuſſione idonea ſuper debiti ſolutione præbeatur, Cod. de precib. imper. offerend.* qui textus tranſcriptus eſt in *can. univerſa reſcripta, cauſ.* 25. *quæſt.* 2. & fuit idiomate noſtro expreſſus in *d. l.* 33. *partitæ*, ibi, *e per todo eſſo enſalvo ſinque lo ſuſo e tenemos por bien que lo cobre, e lo aja, o porque ſeamas ſeguro ende; decimos que quando tal carta fuere ganade contra el, egela moſtraren, eſtonce puede demandar fiador a aquel, que quiſiere uſar della, que le page al plaço, que el Rey le otorgo, e ſi el que gano la carta, non le quiſiere da fiador, mandamos que non vala la carta, ni empezea a aquel contra quien fue ganada*, innumerabiles penè Doctores in exornationem hujus legis adduximus in *commentariis de ſupplicat. ad Sanctiſſim. part.* 2. *d.* 30. *ex n.* 6. *cum ſeqq.*

Et cùm per hanc fidejuſſionem, & novam cautionem, longè ſecuriora maneant creditorum jura quàm eſſent antea, quia, ut frequenter accidit, poterat debitor fieri non ſolvendo, vel eſſe difficilis exactionis, per hanc autem ſatisdationem creditores tuti ſint, ut benè conſideravit dicta lex 33. ibi, *e porque ſea mas ſeguro ende*; hæc ſecuritas multò præponderat damno dilationis conceſſæ. 13

At verò in reſcripto concedente prælationem poſteriori creditori in præjudicium anteriorum, totum eſt contrarium; quoniam ſubſtantiam, & jus creditorum intùs tangit, & fortè inevitabile periculum aliis creditoribus infert, quid enim inter creditores concurrentes pretioſiùs & æſtimabilius prælatione, ex qua pendet tota ipſorum ſecuritas, *toto tit. ff. & Cod. qui potior. in pign. hab. & tot. tit. de privileg. credit.* & aliis juribus quam plurimis ad hoc ipſum tendentibus, & quid magis tenaciter in judicio concurſus proſequuntur quàm jus ipſum prælationis, agnoſcentes, in eo verſari periculum omne amittendi ſua credita, cùm plurimum, ſolutis prioribus, non ſuperſint bona ad poſteriorum 14

ſatiſ-

ſatisfactionem; quod beneficium contrahentibus ſibi vigilantibus à jure conceſſum, ſi per Principis privilegium adimeretur intolerabile præjudicium & damnum eis afferret, & ideo juri & rationi naturali conſentaneum eſt imo ipſiuſmet Principis honori & præſumptæ voluntati congruum, ut talia reſcripta tanquam ſubreptitia nullatenus admittantur.

15 Et quando hæc omnia pericula in dies contingentia ceſſarent, & bona debitoris omnibus creditoribus ſufficientia forent, adhuc ex tali reſcripto prolationis grave detrimentum & præjudicium emergeret, propter dilationem ad exigendum, quod reſarciri non poſſet: nam iſte privilegiatus creditor eligeret pro ſuo arbitrio meliora bona debitoris ex quibus facilem & integram ſatisfactionem conſequi poſſet, ad *leg. qui*
16 *generaliter*, *ff. qui pot. in pign. hab. l. creditoris arbitrio*, *ff. de diſtract. pign.* cum *ſimilib.* & donec ſibi ſatisfeciſſet, interim hærerent cæteri creditores, qui vel non poſſent exigere quæ ſibi debita ſunt, vel agerent contra bona quæ tardum & difficiliorem exitum haberent, & ideo ex privilegio prælationis poſteriori creditori conceſſo gemerent anteriores videntes occupari bona in quibus jus optimum habebant, neque pro tali damno commodum aliquod compenſatorium obtinerent, prout conceditur in dilatione moratoria, ut ſuperiùs advertimus ex *num.* 12. cùm igitur Princeps non poſſit tollere jus Tertii niſi ex juſta & publica cauſa dataque, recompenſa, ſequitur etiam non valere tale reſcriptum prælationis.

17 Et inde vides apertiſſimè quàm falſa ſit æquiparatio reſcripti concedentis prælationem poſteriori creditori in præjudicium anteriorum, cùm reſcripto concedente moratoriam dilationem debitori, & quanta diverſitas verſetur in utroque caſu, quamque fallibile & inutile ſit argumentum de uno ad aliud reſcriptum, & ideo à ſeparatis, imò omnino diverſis & directò contrariis non valet illatio, *l. Papinianus* 20. *ff. de minorib.* atque hac diverſitatis ratione ſatisfit primo argumento, de quo *ſupra num.* 2. *cum aliis ſeqq.*

Minùs obſtat ſecundum *num.* 6. ex doctrina *Matthæi de Afflict. & Vincent. de Franchis*, eum referentis circa decretum Regis Ferdinandi, per quod conſtitutum fuit creditorem non poſſe exigere totum creditum ab uno ex tertiis poſſeſſoribus hypothecatum, ſed eos pro rata convenire
18 debere. Cui facilè reſpondetur, Principem per legem, ſeu decretum generale, id poſſe ordinare, imò etiam per privilegium generale alicui debitori conceſſum antequam alicui tertio creditori jus ſit quæſitum, ut in futurum debitori proſit, ad comprobata *ſupra ex nu.* 9. *cum ſeqq.* quia tunc cedit periculo creditoris cum eo contrahentis, nec perſcrutantis conditionem ejus cum quo contrahit, ex Regul. *qui cum alio contrahit*, *vel ſcit vel ſcire debet conditionem ejus cum quo contrahit. de Reg. jur.*

19 At verò per reſcriptum particulare, & in præjudicium creditorum quibus antea jus quæſitum eſt hoc fieri nec debet, nec poteſt, ut efficaciter fuit probatum *ſupra ex n.* 10. licèt minùs attentè firmaverit *Fontanella* valere illud reſcriptum, nullo fundamento adducto niſi ex *Vinc. de Franchis*, qui ſolum refert dictum *Afflict.* & ex *Molina* qui nec ullum verbum dixit de hoc reſcripto.

Sed quando illi omnes affirmativè & abſolutè 20
loquerentur de reſcripto ſpeciali & particulari [quod non credo,] iniquiſſima foret eorum opinio, & contra text. expreſſum in *l. exprimere* 3. *Cod. de duob. reis*, ubi deciditur, quod ſi unus ex correis in ſolidum obligatis impetraverit reſcriptum à Principe, ne conveniatur à creditore pro tota quantitate debita, ſed pro ſua rata duntaxat, non valeat tale reſcriptum in præjudicium creditoris: verba textus hæc ſunt; *Exprimere debueras tuis precibus*, *utrumne in partem*, *an in ſolidum ſinguli vos obligaveritis*, *ac duo rei promittendi extiteritis*; *cum ſiquidem ab initio unus quiſque pro parte ſit obligatus*, *egredi contractus fidem non poſſit*, *ſi verò in ſolidum*, *electio reſcripto adimi non debet.* Conſonat alius text. *in l. ſi diverſa* 13. *verſ. ſi autem omnes qui conducebant*, *in ſolidum locatori ſunt obligati*, *jus ei competens conveniendi quem velit*, *non debet auferri*, *Cod. de loc. & conduct.* optimus etiam text. *in l. quoties* 2. *Cod. de precib. imper. offer.* ex quo probatur: & affirmant Gloſſ. Bald. Salycet. & cæte- 21
ri DD. *ibid.* quod moratoria reſcripta poſſunt concedi non tamen reſcriptum tollens exceptionem Tertio competentem qui textus ſingularis eſt etiam ad probandam diſſimilitudinem inter Moratoriam, & reſcriptum amovens exceptionem, ſeu jus prælationis creditori competens.

Nam cùm jus & dominium alicui quæſitum ex contractu, vel teſtamento proveniant à jure gentium, *l. ex hoc jure*, *ff. de juſt. & jur.* quod naturalis ratio inter omnes homines conſtituit, §. *jus gentium*, *inſtit. de jure natur.* ex quo probavit *Donell.* idem eſſe jus gentium quod naturale, *lib.* 1. *commentar. jur. cap.* 6. & conſtat apud nos ex *l.* 31. *tit.* 18. *partit.* 3. ubi Gregor. Lopez *gloſ.* 1. tradit, jus gentium apud omnes generaliter dici jus naturale, quia naturali ratione inductum fuit, *l. omnes*, *fin. Cod. ſi contra jus*, *vel util. publ.* juncta Gloſ. *verb. generali juri*, & comprobat latiùs Larrea *alleg. fiſc.* 115. *ex num.* 6.

Ex quibus ſequitur, quod Princeps nullo modo poſſit ſubvertere contractum inter partes firmatum de jure naturali, abſque earum conſenſu, juxta jura ſuperiùs allegata, & inſuper per text. *in l. ſi à te* 7. *Cod. de pact. int. empt. & vend.* cujus verba ſunt: *Si à te comparavit is*, *cujus meminiſti*, *& convenit*, *ut ſi intra certum tempus ſoluta fuerit data quantitas*, *ſit res inempta remitti hanc conventionem reſcripto noſtro*, *non jure petis*: item per alium text. *in l. ſi donationem* 3. *Cod. de revocand. donat.* ibi, *ſi donationem jure feciſti hanc authoritate reſcripti noſtri reſcindi non oportet*: ſimiliter in *l. nec filio*, *ff. de natal. reſtit.* ibi *nec poteſt &c.* item in *l. teſtamento* 10. *Cod. de teſtam.* ibi, *ſi teſtamentum jure factum fuit & hæres ſit capax authoritate reſcripti noſtri reſcindi non oportet*: denique *in authen. de nupt.* §. *diſponat*, *coll.* 4. ibi *nec ſi ſacram impetret formam.* Ex quibus conſtat, non poſſe Principem ex poteſtate abſoluta fidem contractuum evellere, & adimere jura partium, nec mutare diſpoſitiones teſtamentarias, quæ legibus & æquitati conveniunt, ut probant communiter omnes in *d. l. ſi teſtamentum*: & plures relati à Fortun. Garc. *in l. Gallus*, *& quid ſi tantum*, *ex nu.* 18. *ff. de liber. & poſth.* Anton. Gabriel. *lib.* 2. *commun. opin. tit. de jur. quæſit. non toll. concluſ.* 1. *num.* 1. Pereg. *de fideicom. art.* 32. *num.* 127. Fachin. *l.* 8. *controv. c.* 63. Gilſkem. *in l. cauſas*, *C. de tranſact.* Anton. Petr. *de poteſt.*

Princip.

*Princip. cap.* 24. *num.* 16. Monet. *de commut. ult. vol. c.* 5. *num.* 8. & *cap.* 9. *num.* 559. Roſental. *de feud. cap. concluſ.* 18. *numer.* 8. Pinell. *ad leg.* 2. *Cod. de reſcind. vend. par.* 1. *cap.* 2. *ex numer.* 19. Mendoza *de pact. lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 39. Sarmien. *l.* 1. *ſelect. cap.* 8. Padill. *in authen. res quæ, num.* 116. *Cod. commun. de legat.* Menchaca *controv. illuſtr. cap.* 5. *n.* 22. *cap.* 6. Covar. *lib.* 3. *variar. reſol.* Gregor. Lopez *in l.* 3. *titul.* 13. *par.* 6. *gloſ.* 2. *quæſt.* 31. Anton. Gomez, *in l.* 40. *Taur. num.* 89. Mierez *de majorat. in princ.* 2. *par. num.* 460. Molin. *de Hiſpan. primogen. cap.* 8. *num.* 31. & *l.* 3. *cap.* 3. *n.* 27. & *l.* 4. *cap.* 3. *per tot.* Paz *de Tenuta, cap.* 24. *num.* 115. Caſtill. *l.* 2. *controverſ. cap.* 28. & *l.* 3. *c.* 28. Valenzuela *conſ.* 96. Hermoſill. *in l.* 53. *gloſ.* 14. *tit.* 5. *p.* 5. Larr. *allegat.* 11. *per tot.* qui omnes loquuntur in jure quæſito tam ex contractu, quàm ex teſtamento, ut Princeps per reſcriptum ei detrahere non poſſit.

22 Non obſtat denique tertium argumentum, de quo *ſupra num.* 8. ubi dicebatur valere privilegium ut quis habeat jus hypothecæ in bonis ſui debitoris, ex *juribus in argum. citatis*, cui optimè ſatisfactum fuit *num.* 9. *cum ſeqq.* ut hoc procedat per legem generalem, vel privilegium in futurum operaturum, non verò in præjudicium creditorum tunc tempore jus habentium jam quæſitum.

23 Ex quibus omnibus reſolutivè infertur: reſcriptum obtentum à Principe per aliquem creditorem inferioris gradus, ut anterioribus præferatur, nihil debere operari, nec à Judicibus Concurſus admitti, tanquam impetratum contra jus Tertii, cui Princeps nullo modo vult præjudicare, ex dictis & comprobatis hactenus, nec etiam poteſt infringere contractum inductum de jure gentium lege naturali.

24 Sed quid dicendum de creditore perſonali ſive chirographario, an poſſit impetrare reſcriptum à Principe ſibi concedente vel hypothecam in bonis ſui debitoris, vel prælationem inter cæteros creditores ſimiliter perſonales? In quo breviter reſolvendum erit, ut neutro caſu admittendum ſit tale reſcriptum in præjudicium aliorum creditorum: nam cùm omnes debeant concurrere ſimul in eodem gradu pro rata cujuſque crediti quantitate per actionem tributoriam, ſi unus eorum impetraret reſcriptum prælationis, vel hypothecæ in bonis debitoris, poſſet facilè contingere quòd creditor ille univerſas debitoris facultates abſorberet, vel ſaltem cæteri longè minus ex reſiduo conſequerentur, quàm per tributoriam obtinerent; ex quo ipſis reſultaret graviſſimum detrimentum & præjudicium: unde ſicut Princeps non debet concedere reſcriptum prælationis inter creditores hypothecarios, ut probatum remanet ſupra, ita etiam non poteſt inter chirographarios ex identitate rationis, cùm in utroque caſu agatur de jure creditoribus quæſito tollendo, quod fieri non debet, nec præſumitur Princeps id voluiſſe, ex juribus conſideratis *ſupra hac* 4. *par.* 1. *num.* 23. & *per tot.* & in his etiam terminis loquuntur Doctores ſuperiùs citati ex *n.* 9. *cum ſeqq.*

25 Idem & multo fortiùs admittendum & reſolvendum erit reſpectu tertii poſſeſſoris rerum debitoris, à quo iſte creditor ex nova hypotheca per reſcriptum noviter conceſſa non poterit illas avocare, tum quia alienatæ ſunt tanquam liberæ ab omni nexu pignoris, & qui illas acquiſivit, poſſidet juſto titulo, tum quia quando ex reſcripto recens impetrato creatur hypotheca ſuper bonis debitoris, tale reſcriptum operatur tantum ut ex nunc, nec poteſt retrotrahi & afficere illa bona à Tertio juſtè acquiſita & poſſeſſa, quorum dominium debitor non habet ampliùs, & rei alienæ hypotheca non tenet, nec poſſunt creditores perſonales impedire debitorem ne bona ſua alienare valeat, niſi alienatio fiat in fraudem eorum cum conſilio & conſenſu emptorum, tunc enim poſſet revocari juxta ea quæ deciduntur *ff. quæ in fraud. credit. facta ſunt, ut reſtit.* & hæc principio juris per ſe manifeſta ſunt nec alia indigent probatione.

## CAPUT XVII. & ult.

### Utrùm pendente Concurſus judicio, debitor liberetur ab intereſſe lucri ceſſantis alioqui propter moram debito.

### SUMMARIUM.

1 *Regulariter intereſſe, ſive uſuræ legitimæ debentur propter moram debitoris in ſolvendo.*

2 *Ex ſtylo quorundam Tribunalium ſupremorum ceſſat intereſſe ex mora; pendente concurſus judicio.*

3 *Concurſus judicium non impedit peti uſuras priùs debitas.*

4 *Debitor propter inficiationem debiti, damnari poteſt ad intereſſe propter moram, etiam pendente concurſus judicio.*

5 *Secus ſi fateatur, & ſolà mora ex judicio concurſus procedat.*

6 *Uſuræ non currunt pendente judicio concurſus in præjudicium poſteriorum creditorum.*

7 *Beneficium ceſſionis bonorum quid operetur tam reſpectu debitoris, quàm creditorum ipſius.*

8 *Legitimè impeditus non dicitur eſſe in mora.*

9 *Intereſſe legitimè ab initio ſtipulatum & promiſſum ex obligationis natura, ſemper debetur uſque ad realem ſolutionem.*

10 *Reſcriptum moratorium à principe debitori conceſſum non ſuſpendit curſum uſurarum.*

11 *Reſcriptum moratorium ſuſpendit duntaxat exactionem tam ſortis quàm uſurarum, non tamen ſiſtit curſum ipſarum.*

12 *Intereſſe debitum tantum ex mora debitoris ſeu judicis officio, tam ante, quàm poſt formatum concurſum, an debeatur?* *diſputatur ad partes* numeris ſeqq. uſque ad fin. c.

13 *Difficultas ſolvendi non excuſat à morà nec ab intereſſe propter moram debito.*

14 *Tempus non currit legitimè impedito: & juſtum impedimentum excuſat à mora.*

*Etiamſi culpa impediti præceſſerit impedimentum, n.* 15.

16 *Impedimentum excuſat à mora, quando impeditus non potuit illud removere.*

17 *Debitor formando judicium concurſus voluntarium contrahit impedimentum ſolvendi creditoribus ſuis.*

18 *Impedimentum ſponte procuratum & affectatum non prodeſt impedito.*

19 &.

19 *& 20. Impedimentum provenienʃ ex culpa ad illud ordinata, non impedit moram contrahi, & intereſſe deberi.*
21 *Mora commiſſa ante impedimentum legitimum ſuperveniens, obligat moroſum ad intereſſe.*
22 *Debitor ſpeciei, interitu illius liberatur.*
23 *Debitor ſpeciei interitu non liberatur, ſi mora præceſſerit.*
24 *Reſcriptum moratorium non ſuſpendit curſum uſurarum ſi jam inceperint currere propter moram commiſſam ante impetrationem.*
25 *Judicium concurſus ſuperveniens impedit moram contrahi, & intereſſe propter moram deberi.*
26 *Beneficium ceſſionis bonorum, ſive concurſus, conceſſum eſt a lege, & favorabilius eſt reſcripto moratorio.*
27 *In judicio concurſus multa ſunt quæ debitorem excuſant à mora.*
28 *Pendente judicio concurſus, debitor non poteſt validè ſolvere creditoribus.*
29 *Uſuræ debitæ ex officio Judicis ceſſant quandiu bona debitoris inopis ſunt in ſequeſtro.*
30 *Qui jure ſuo utitur, nemini facit injuriam.*
31 *Quæ in conſequentiam veniunt non attenduntur in jure, quando actus principalis eſt permiſſus.*
32 *Nemo tenetur omittere ſuam utilitatem, etiamſi aliis noceat in conſequentiam.*
33 *Beneficium ceſſionis bonorum non imputatur debitori ad culpam.*
34 *Impotentia ſolvendi excuſat debitorem à mora & intereſſe lucri ceſſantis.*
*Maximè ſi impotentia præceſſerit moram, numer. 35.*
36 *Mora excuſabilis non nocet moroſo.*
37 *Impedimentum concurſus ſuperveniens non tollit uſuras jam debitas ex mora commiſſa de præterito, licèt extinguat curſum illarum pro futuro, n. 38. & 44.*
39 *Uſuræ currentes ante rem judicatam ſuſpenduntur per dilationem conceſſam debitori ad ſolvendum, ex cauſa miſerationis. & n. 40.*
41 *Uſuræ ex mora non debentur poſt formatum judicium concurſus, quia debitor deſinit eſſe in mora, quæ habet tractum temporis ſucceſſivum, & n. 42.*
42 *Cauſa quæ producit effectum ſucceſſivum ceſſante, ceſſat effectus.*
43 *Statuto ſtante quod cauſæ viduarum ſint ſummariæ, tales fient ſi lite pendente matrimonium ſolvatur per mortem viri.*

1 FOrmato per debitorem judicio concurſus, dum pendet inter creditores, unus ex eis prætendit intereſſe lucri ceſſantis, ſeu aliàs debitum officio judicis propter moram debitoris, quod non obſtante impedimento ex concurſu reſultante, uſuræ currant uſque ad actualem ſolutionem: quæritur an ſit fundatus.

2 Hanc quæſtionem moverunt Petr. Surdus *in deciſ. 262. per tot.* & Cyriac. *contr. forens. tom. 2. c. 374.* uterque in duobus conveniunt; Primum eſt, ut de ſtylo Curiæ ſeu Senatus decernatur ceſſare intereſſe, propter moram; debitum creditori ex juris diſpoſitione, pendente judicio ſubhaſtationis introducto per debitorem communem; Surd. *loc. mox cit. ſub num.* 1. & Cyriac. *num.* 2.

Alterum eſt, quod generaliter per Senatum fuit proviſum, ut ſola judicii concurſus pendentia non impediat exactionem intereſſe antea debiti, niſi forte quædam æquitatis rationes concurrant quæ Senatus arbitrium flectant ad aliud decernendum. Surd. *ubi mox, n. fin.* Cyriac. *d. c. 374. num.* 3. 3

Verùm iſti DD. diſſentiunt in circumſtantia facti, nam Surd. intendit in ſuo caſu intereſſe deberi creditori ex hoc fundamento quod debitor acerrimè negaverit debitum, & ideo impedimentum ſolvendi ſuperveniens debitori propter judicium ſubhaſtationis, ei prodeſſe non debeat, neque nocere creditori: quod probat ex *numer. 7. cum ſeqq.* ubi alias applicat doctrinas. 4

Cyriacus verò ideo contendit intereſſe non deberi creditori, ex quo formatum eſt concurſus judicium, quia debitor in ſuo caſu non negavit debitum, & conſequenter juſtum cenſeri impedimentum ſubhaſtationis bonorum & judicii concurſus, ut Senatus arbitrari poſſit intereſſe non deberi propter moram in ſolvendo, pendente judicio diſcuſſionis generalis, quod probat ex *numer. 5. & ſeqq.* Neuter tamen eorum adducit concludentia fundamenta pro ſua opinione tuenda. 5

At verò Cæſar Manent. *in deciſ. 61. numer. 31. & numer. 49. cum ſeqq.* & alibi paſſim, affirmat contra Surdum dicentem, in hoc judicio ſubhaſtationis univerſalis ſemper currere uſuras uſque ad effectivam ſolutionem, quod hanc opinionem Surd. non ſemper tenuit Senatus, maximè ubi agebatur de præjudicio aliorum creditorum: & ideo probat, uſuras ſeu intereſſe pendente hoc judicio, non concurrere in præjudicium poſteriorum creditorum. 6

Propterea quid in hoc dubio verius mihi videatur & ſecurius, in medium proferam: in primis igitur obſervandum eſt, hoc beneficium ceſſionis bonorum debitori ære alieno oppreſſo indulgeri à jure, nec amplius à ſuis creditoribus moleſtetur, neque interim judicio concurſus pendente conveniri poſſit, ſeu aliquam pati executionem vel exactionem à creditoribus qui debent eſſe contenti hac dimiſſione & abdicatione bonorum, eorumque adminiſtratione, ut ex eis ſatisfactionem conſequi poſſint: prout ad longum diximus *in hoc Labyrinth. part. 1. c. 1. per tot.* 7

Quo legitimo impedimento debitori ſuperveniente, à jure approbato & conceſſo, non poteſt dici eſſe in mora ſolvendi, cùm ſuorum bonorum adminiſtratione in tantum ſit privatus, ut ex eis nullo modo poſſit, nec ſibi permiſſum ſit ſolvere creditoribus; imò caret omnibus bonis cùm ſint ſequeſtrata, & per Curiam in depoſitum tradita adminiſtratori per eandem nominato: prout latiſſimè videre eſt *in hoc Labyr. par. 1. c. 13. & 14. per tot.* & ſignanter de interdictione ſolvendi creditoribus, ex *nu. 7. cum ſeqq.* ubi plurimos citavimus, ultra quos, & quod per hoc judicium concurſus, ſit debitori interdicta bonorum ſuorum adminiſtratio, tenet Surd. *d. deciſ. 262. ante num. 6.* & Cyriac. *de contr. 374. ex nu. 6. & ſeq.* ita ut in poteſtate ſua non ſit amplius præveniendi ſolutiones, nec tempus, quia dilatio pendet à controverſia ipſorum creditorum de jure ſuo diſceptantium in hoc judicio inter ſe ipſos. 8

9 Quo

9 Quo ſuppoſito, deveniendum nobis eſt ad noſtram quæſtionem admodum difficilem & variis involutam ambagibus; in qua enodanda cum diſtinctionibus procedendum eſt: nam ſi agimus de illo intereſſe à principio legitimè ſtipulato & promiſſo, quia tunc juſtè debetur jure actionis, ut in annuo cenſu legitimè conſtituto, & in penſionibus ædium, feudi, emphyteuſis, &c. nec non de eo quod debetur ratione rei, ut in terminis *l. curavit*, *C. de action. empt.* & de dotis reſtitutione retardata, conſtans eſt quod nunquam, quocunque impedimento ſuperveniente non obſtante, impeditur curſus uſurarum, quæ procul dubio currunt uſque ad realem ſolutionem, quando ſcilicet mora ſolvendi præceſſit impedimentum, & curſus uſurarum etiam ante illud, ſumpſit initium: ut in eiſdem terminis dicit obiter Cyriac. *d. contr. 374. in princ. to. 2.* latiſſimè & eruditè proſequitur poſt plurimos DD. & fundamentalem rationem Leotard. *in tr. de uſuris, q. 85. ex numer. 9. cum ſeqq.* &

10 ſignanter ex *num. 29.* ubi loquitur de reſcripto Principis moratoriam dilationem debitori concedente, ut non impediat curſum uſurarum, ſed duntaxat ſuſpendatur interim earum exactio. Et licèt *num. 14.* teneat reditus cenſus redimibilis non currere; contrariam tamen ſententiam veriorem eſſe, illos nimirum currere & deberi oſtendimus in *hoc Labyr. par. 2. cap. 30. ex num. 49.*

11 Cui opinioni favet uſitatiſſima praxis & conſuetudo in his Tribunalibus Hiſpaniæ, in quibus licèt ob reſcriptum moratorium ſuſpendatur redituum, & cenſuum exactio, tranſacto tamen termino moratorio exiguntur & præſtantur pro toto tempore præterito. Cui congruit aſſertio Leotardi *loc. cit. n. 15.* qui volens effugere cenſuram DD. contrariam opinionem defendentium, dicit ſuam limitari in locis ubi adeſt contrarius ſtylus & obſervantia.

12 Aut verò agimus, de intereſſe lucri ceſſantis debito propter moram debitoris, vel aliàs ex officio judicis, in quo eſt tota difficultas, utrum per concurſum & ceſſionem bonorum ſupervenientem ceſſet hujuſmodi intereſſe, & curſus uſurarum, ſive ex mora præcedente impedimentum, ſive contingente poſt concurſum jam peractum. Et pro parte Negativa ut neutro caſu ceſſet curſus uſurarum, ſeu intereſſe, multis efficacibus fundamentis probatur.

13 Primò, quoniam licèt debitori per concurſum creditorum à ſe ipſo formatum ſuperveniat difficultas ſolvendi, cùm jam careat adminiſtratione ſuorum bonorum: ut dictum eſt *ſuprà num. 7. & 8.* tamen difficultas ſolvendi non excuſat à mora, qua mediante, intereſſe debetur, text. *in l. 137. §. 4. ff. de verbor. obligat.* ibi, *& generaliter cauſa difficultatis ad incommodum promiſſoris non ad impedimentum ſtipulatoris pertinet*; ut latè explicat Leotard. *de uſur. q. 84. ex n. 31.*

14 Secundò, quia licèt concurſus pendentia ſit impedimentum legitimum ne debitor ſolvere poſſit ſuis creditoribus, quibus, quia jam exutus eſt adminiſtratione ſuorum bonorum, & contra legitimè impeditum non currit tempus, nec mora contrahitur, *l. 2. §. quod dicimus, ff. ſi quis cautionib. l. ut perfectiùs, Cod. de annual. except.* Nos latiſſimè diximus *in Commentar. de poteſt. Reg. tom. 1. par. 2. capit. 13. ex num. 149. cum plurib. ſeqq.*

15 Quod procedit, etiamſi culpa debitoris præceſſerit impedimentum: quia hæc culpa ei non obeſt; Becius *conſ. 104. num. 5. & ſeqq.* Menoch. *de arbitrar. judic. clauſ. 153. num. 3.* Sylvan. *de feudi recognit. quæſt. 77.* Pinell. *in authen. niſi tricennale, num. 46. Cod. de bon. matern.* Cravet. *conſ. 201. n. 26.* Corbul. *de jur. emphyt. tit. de privat. ob non ſolut. can. limit. 10. per tot.* Petr. Surd. *dec. 262. n. 6.*

16 Nihilo minus tamen hoc impedimentum concurſus non debet excuſare debitorem à mora, nec conſequenter ab intereſſe præſtando: quia tunc prodeſt impedimentum quando impeditus illud removere non potuit, facta priùs omni diligentia requiſita, *l. ſed etſi, §. 2. ff. ex quib. cauſ. major.* plura diximus in comprobationem hujus axiomatis *in d. comment. de protect. Reg. c. 13. ex n. 263. cum ſeqq.*

17 Sed tantum abeſt ut debitor fecerit diligentiam in removendo hoc impedimento concurſus, quin potius ſua mera voluntate, & ex libero facto ſuo illud procuraverit, formando ipſum concurſus judicium inter ſuos creditores, prout abundè diximus *in hoc Labyr. 1. c. 1. per tot.* Ergo hoc impedimentum ei prodeſſe non poteſt.

18 Tum quia eſt impedimentum affectatum quod affectanti non prodeſt, Becius *conſ. 99. n. 7. & 8. & conſ. 104. num. 5. & 6. in fin.* Farinac. *q. 7. num. 64. & q. 93. num. 21. & q. 94. num. 40. cum ſeqq. & q. 99. par. 2. nu. 96.* Surd. *conſ. 32. num. 3. & conſ. 241. n. 2. & conſ. 299. nu. 6.* idem Surd. *de alimen. tit. 7. q. 16. n. 97. 98. & 99. cum aliis ſeqq.* Peruſin. *dec. 36. n. 3.* Maſcard. *de probat. concluſ. 6. num. 3.* Vivius *dec. 139. n. 1. & ſeqq.* Decian. *conſ. 18. nu. 266. l. 1.* Graſſ. *de effectib. cleric. effectu 16. nu. 12.* Cancer. *var. reſol. l. 3. c. 2. de inventar. n. 29. & 30.* Coſta *de jur. & fact. ignor. inſpect. 20. n. 5.* Seraph. *de juram. privileg. 4. n. 102. cum ſeq.* Caball. *de evict. §. 2. n. 9. & ſeqq.* Anton. de Amat. *var. reſol. c. 46. ex n. 5. cum ſeqq.*

19 Tum etiam quia eſt culpa ordinata ad caſum impediendi moram ne ex ea præſtetur intereſſe; quo caſu impedimentum non excuſat: quamvis aliàs culpa præcedens impedire poſſit moram contrahi ob impedimentum ſubſequens, ut diximus *ſup. num. 15.* limitatur enim illa doctrina, niſi culpa impediti fuerit ordinata ad ipſum impedimentum: & ita diſtinguit Gloſſ. *in cap. imputari, de reg. jur. in 6.* Abb. *in cap. inter, de except.* Bovius *de præſcript. ſtatut. gloſ. 21. num. 92.* Sfort. *de reſt. in integr. quæſt. 28. art. 6. num. 51.* ubi alios allegat, Sylvan. *de feud. recogn. quæſt. 77. n. 5.* Corbul. *de jur. emphyt. d. tit. de cauſ. privat. ob non ſolut. canon.* Roland. *conſil. 47. num. 55. & ſeqq.* Petr. Surd. *dec. 262. n. 17. & 18.* qui in noſtris ter- 20
minis hanc conſiderationem facit, & cum *Rolando* dicit, quod ex impedimento procurato per impeditum mora non deſinit contrahi: ergo non obſtante impedimento judicii concurſus pendentis, debitor dicitur eſſe in mora, & conſequenter præſtare debet intereſſe.

21 Tertiò, quia licèt impedimentum legitimum non permittat moram committi, ſive impediat moram de novo contrahi, commiſſam tamen ante impedimentum ſuperveniens non tollit, ſed eo non obſtante, uſuræ ex mora antecedenti cauſatæ non deſinunt currere, *argum. l. ſi ſervum, §. ſequitur, l. nemo §. 1. ff. de verb. oblig. l. ſi quis ſolutioni, §. fin. ff. de uſur. l. quod te mihi §.* ubi Bart.

& alii, *ff. ſi cert.pet. leg.*18. *tit.*11. *par.*5. quibus omnibus probatur, quod licèt debitor ſpeciei
22 perempta ſpecie liberetur, & actio perſonalis competens ad rem petendam, reſpectu rei extinguatur perempta ipſa re, ex *l.* 1. *in fin. Cod. de jur. emphyt. l. Titiæ textores*, §. *ult. ff. de leg.* 1. *l. in navem Saufeii, ff. locati*: *l. ſi ex legati, ff. de verb. oblig.* §. *ſi res legata, inſtit. de legat.*

23 Tamen hoc fallit, nec extinguitur actio ad æſtimationem rei peremptæ conſequendam, quando jam mora commiſſa erat, & præceſſerat interitum, & ideo debitor non liberatur, *l. ſi ſervum, in leg. reſp. ff. de verb. oblig. l. cum res*, §. 1. *ff. de legat.* 1. *l. ſancimus, C. de fidejuſſ.* Alexand. *in l. inſulam, fallent.* 15. *ff. de verb. oblig. & in d. l. ſi ex legati cauſa*: Jaſ. *in d. l. quod te, num.* 3. *&* 4. Decius *n.* 10. & Ripa *n.* 12. Surd. *dec.* 115. *nu.* 13. *&* 14. Giurba *dec.* 115. *nu.* 3. *&* 4. Scacc. *de commerc.* §. 2. *gloſ.* 5. *n.* 161. *& numer.* 152. *in fin.* Ant. Gomez, *var. t.* 2. *c.* 2. *n.* 23.

24 Corroboratur hoc fundamentum ex ſimili quod videtur aptabile noſtro concurſui: nam quando per debitorem obtentum fuit à Principe reſcriptum moratorium, ut intra certum tempus creditores illum non vexent, nec petant ſeu exigant quod eis debetur, ſi mora præceſſit reſcriptum, non purgatur, nec impeditur curſus uſurarum ſeu intereſſe, qui jam antea cœperat, ſed ſemper Moratoria durante continuatur ſine interruptione: ne Principis Beneficium creditoribus damnum afferat in jure jam illis quæſito; quamvis, ſicut ſortis, ita & uſurarum exactio differatur: ita ſentiunt Caſtrenſ. & Salicet. in *l.* 2. *Cod. de precib. Imper. offerend.* Maſtrill. *deciſ.* 16. *num.* 4. Urſill. ad Afflict. *deciſ.* 5. *num.* 4. Marc. Ant. Cucc. *de morat. præſcript. num.* 148. & ex Felic. de Solis, Avendanno Carolo de Graſſ. Joan. Bapt. Thoro, & Fabro tenet Leotard. *de uſur. q.* 85. *n.* 22. ergo eodem modo debitor, cui beneficio legis indulgetur, ut per bonorum ceſſionem ſuſpendantur creditorum exactiones, ceſſentque moleſtiæ quandiu pendet lis creditorum introducta per concurſum; & ideo intereſſe ſive uſuræ jam debitæ ex mora præcedente hoc impedimentum & dilationem, curſum ſuum non ſiſtunt, ſed debent ſemper currere, licèt earum exactio in finem litis ſuſpendatur.

25 Contrariam tamen ſententiam in noſtro caſu, imò quod impedimentum concurſus ſuperveniens impediat moram contrahi de novo, & ſiſtat contractam, ſive curſum uſurarum, & intereſſe lucri ceſſantis; tenent contra Petr. Surd. Cyriacus *controv.* 374. *t.* 2. Cæſar. Manent. *dec.* 61. *nu.* 32. & 49. *cum ſeqq.* præ cæteris Alexand. in *l. quod te mihi, num.* 6. *&* 23. *ff. ſi cer. pet.* ſequitur Hodierna ad Surd. *d. dec.* 261. *nu.* 5. dicentes quod quando impoſſibilitas ſolvendi talis eſt, quæ privat debitorem bonis ſuis, eorumque adminiſtratione, eum liberat à mora, & conſequenter ab intereſſe: idemque poſt *Frecc.* tenet Camil. de Medic. *conſ.* 39. & plures alii citandi *infr. n.* 29.

26 Quæ doctrina de plano procedit in concurſu ſuperveniente, quia eſt beneficium à lege conceſſum miſeris debitoribus, longè favorabilius reſcripto moratorio; cùm illud ſit introductum à jure communi, & incorporatum in eo, ad latiſſimè per nos tradita *in hoc Labyr. par.* 1. *c.* 1. *per*
27 *tot.* in quo multa concurrunt, quæ ſingula per ſe poſſent debitorem excuſare à mora, nempe oblatio bonorum ſuorum cum depoſitò & ſequeſtro penes Curiam, ut ex eis ſatisfiat creditoribus, item abdicatio adminiſtrationis eorum, & privatio facultatis ſolvendi ſuis creditoribus, ut annotavimus *ſupr. n.* 7. *&* 8.

Hoc igitur impedimentum legitimum eſt ad 28
excuſandum debitorem à mora contrahenda, & jam contracta ſuſpendenda, & tollenda in poſterum, cùm jam in ſua poteſtate non ſit illam purgare ſolvendo creditoribus: & ideo ipſi jure ſuo utenti culpa non debet imputari, ſi non faciat quod factum non prodeſſet, non enim valeret ſolutio per eum facta: ex quibus mora penitus excluditur, juxta *l. pecuniam, & l. cum quidam ff. de uſur.* ibi, *quid enim poteſt imputari ei qui ſolvere etſi vellet, non potuit*: & iterum ibi, *uſuræ enim non propter lucrum petentium infliguntur, ſed propter moram non ſolventium*: & ita tenent *ibid.* Bald. Salycet. & Florian. Bart. *in l. item illa, ff. de conſtit. pecu. num.* 11. Alex. *conſ.* 92. *nu.* 9. *&* 10. *l.* 1. Rot. per Farinac. *deciſ.* 577. *par.* 2. *in recent. & in poſthum. deciſ.* 29. *num.* 1. *tom.* 2. Eſcobar. *de ratiocin. cap.* 13. *n.* 36. *& ſeqq.* Gratian. *t.* 2. *diſcept.* 400. *num.* 78. Surd. *deciſ.* 87. *n.* 6. *& dec.* 260. *n.* 5. *cum ſeqq. & dec.* 326. *n.* 69. & factum, quod non relevat, fieri non debet, *l. aliquando* 13. *fin. l. debitrix* 24. §. *ult. ff. ad Senatuſc. Velleian. l. apud Julianum* 11. §. *fin. l. ille à quo* 13. *in princ. ff. ad Trebell. l. hæc ſtipulatio* 14. §. *divus, ff. ut leg. ſeu fid. nom. cau. cap. per tuas* 32. *de ſimon.* cum *aliis vulg.* Et in terminis quod mora non imputatur ei qui non fecit quod factum non prodeſſet, probant Ruyn. *conſil.* 42. *num.* 8. *&* 9. *lib.* 4. Maſtrill. *deciſ.* 179. *nu.* 11. Gratian. *tom.* 3. *c.* 527. *num.* 8. *&* 9. Petr. Luna *conſ.* 15. *num.* 6. *uſque ad num.* 11. *& in addit. ad Noguer. alleg.* 7. *n.* 46.

Et loquendo in uſuris pupillaribus & aliis de- 29
bitis ex officio judicis, non verò per pactum & ſtipulationem; ut non debeantur, nec contrahatur mora, quando debitor redactus eſt ad egeſtatem, & ejus bona, ex quibus tenetur ſolvere, ſunt in ſequeſtro, probarunt ex *d. l. cum quidam*, §. *pupillo & ibi* Gloſſ. *verb. non potuit*: ubi ait, *& ſic nota quod non imputatur alicui, ſi non facit, quod etſi facere vellet, non poſſet.* Gloſſ. in *l. vinum & in l. lecta, ff. ſi cert. pet.* in terminis Scacc. *de commerc.* §. 1. *q.* 7. *par.* 2. *ampliat.* 8. *num.* 100. Cæſ. Manent. *dec.* 61. *n.* 31. *&* 32. *& n.* 42. *uſque ad* 46. Novar. *t.* 1. *q. forenſ.* 25. *ex n.* 5. Velaſc. *de privil. paup. par.* 1. *q.* 17. *ex num.* 39. Seraph. *deciſ.* 1058. *nu.* 8. Minador. *dec.* 17. Noguer. *alleg.* 27. *ex num.* 64. *&* 66. *& num.* 58. Is enim qui aliqua exceptione ſe tueri poteſt, ne ab eo ſolutio exigatur, non dicitur eſſe in mora, & ideo nec ad intereſſe tenetur, *l. lecta* 40. §. *ſed cum ſatio, verſ. non enim, ff. ſi cert. pet. l. ſi quis ſolutionem, ff. de uſur.* Menoch. *de arbitr. caſu* 220. *nu.* 46. Gratian. *diſcept. for.* 42. *ex n.* 25. Joan. Bab. Steiban. *in tract. de intereſſe, l.* 2. *tit.* 15. *q. un. ex n.* 6. 7. *&* 8. Sed quam legitima ſit exceptio, debitori competens ad non ſolvendum ex formato concurſu patet ex ſupra dictis *d. n.* 25.

Neque hoc impedimentum tribuendum erit 30
culpæ debitoris, quod ſolùm ordinatur, ad proprium damnum vitandum, abſque injuria creditorum, qui de hoc conqueri non poſſunt;
provenit enim ab urgente neceſſitate & oppreſ- 31
ſione æris alieni: ex reg. *Qui jure ſuo utitur, nemini facit injuriam*: & quia quando actus prin-

principalis eſt permiſſus, non attenditur damnum quod ex eo alteri reſultat in conſequentiam: de quo multa ſingularia diximus *par. 1. c. 37. ex numer. 31. & 40.*

32 Imo quando cum utilitate propria immixtus eſt dolus, ob conjunctam utilitatem, non dicitur propriè dolus, ſed diligentia, quia nemo debet nocere ſibi, ut aliis proſit, nec omittere ſuam utilitatem, etiamſi aliis noceat, ut ex *l. Proculus ff. de damno infect. & l. qui autem 6. ff. quæ in fraud. credit.* latè & optimè exornat Joan. Garc. *in opuſcul. de hypotheca poſt contract. num. 14. 15. & 16.*

33 Ex quibus ſatisfit omnibus quæ de impedimento culpabili, quod non excuſet, diximus *ex nu. 14. cum ſeqq.* quia nulla poteſt imputari culpa debitori facienti quod ſibi à jure permiſſum eſt, & indultum miſerationis cauſa: nec per conſequens nihil ab eo per ceſſionem bonorum ordinatur ad cauſam impedimenti, cùm principalis ejus intentio ad id dirigatur, ut à moleſtiis & vexationibus liberetur.

34 Et quod impotentia ſolvendi ſaltem excuſet debitorem à mora, ne teneatur ad intereſſe lucri ceſſantis, & hoc caſu ſubveniendum ſit debitori, ſentiunt Theologi, ut teſtatur Afflict. *deciſ. 20. num. 7.* & probat Rota Genuenſ. *deciſ. 99. num. 3.* Rebuffus *in l. 1. gloſſ. ult. numer. 33. C. de ſenten. quæ pro eo quod inter.* Scacc. *de commerc. §. 1. ampliat. 8. num. 201.* Gaſp. Rodriq. *de ann. reditib. l. 3. q. 5. nu. 35. verſ. declaro ſextò*: quidquid reluctet Leotard. *de uſur. q. 81. n. 35. & 36.* quia ejus doctrina ſolùm procedit in difficultate quam debitor habet reperiendi pecuniam, ut probant DD. & jura ab eo allegata *ex num. 31.* non verò in impotentia abſoluta & juſto impedimento ſolvendi ſuperveniente: qui

35 caſus ſunt omnino diſtincti. Et quod impotentia ſolvendi præcedens moram liberet debitorem ab intereſſe, latè probat Hodierna ad Surdum *deciſ. 262. num. 9. & ſeqq.* & urgent ſupra dicta *ex numer. 21.* & quod in reſcripto moratorio impediatur curſus uſurarum, & mora, probant plurimi DD. adducti à Leotardo *de uſur.*

36 *85. ex num. 28. cum ſeqq.* Præterea ut mora contrahatur, & ex ea debeatur intereſſe, requiritur quod non ſit excuſabilis, & nullo legitimo colore velari poſſit: Gloſſ. *in l. quod te, verb. in poteſtate, in fin. ff. ſi cert. pet. & ibi* Alex. & alii DD. & ex plurib. Hermoſil. *ad leg. 10. gloſ. 4. num. 299. tit. 1. par. 5. t. 1. fol. 138.* conducunt jura & DD. *ſupr. n. 29.*

37 Sed quid dicendum quando hoc legitimum concurſus impedimentum ſupervenit poſt moram jam commiſſam, & intereſſe lucri ceſſantis cœpit currere; Multi dixerunt non ceſſare, ſed continuari: ut probant omnes DD. adducti *ſupr. ex num. 21. 22. 23. & num. 24.* probat etiam Hodierna ad Surd. *d. dec. 262. n. 6. & 7.* licèt nihil adducat applicab le ad caſum.

38 In hac tamen difficultate verius judico, intereſſe præteritum deberi, non tamen currere poſt impedimentum, ſed omnino ceſſare. Moveor primò ex veriori & probabiliori opinione Doctorum dicentium ex reſcripto moratorio impediri curſum uſurarum ſeu intereſſe debiti officio judici propter lucrum ceſſans, quantumvis mora præceſſerit, quam tenent Natta *conſ. 591. num. 11.* Rebuffus *in tract. de litter. morator. artic. 1. gloſ. 1. in fin.* Boër. *296. num. 5. in fin.* Petr. Pechius *de jur. ſiſtend. c. 31. in fin.* Hering. *de fidejuſſorib. c. 21. nu. 43.* & ferè omnes DD. quos in contrarium adduximus *ſupra n. 24.* loquuntur in cenſibus, & intereſſe debito ex contractu, & jure actionis; prout etiam adnotavimus illud currere pendente concurſu, *ſupr. n. 9. & 10.*

Probatur hæc opinio ex *l. 1. Cod. de uſur. rei judic.* ubi deciditur, uſuras currentes ante rem judicatam inhiberi per dilationem conceſſam debitori ad ſolvendum, ex cauſa miſerationis: probat etiam text. *in l. 8. §. 2. ff. de liberat. leg.* ubi data per teſtatorem dilatione ſuo debitori ad ſolvendum, non incurratur mora, ſed purgetur, nec poſſit hæres petere uſuras ſeu intereſſe: text. optimus in *l. lecta, in fin. ff. ſi cert. pet. l. Titia Seja. §. uſuras, ff. de legat. 2.* 39

Si enim in reſcripto moratorio curſus uſurarum ſuſpenditur, quando ſcilicet in debitoris poteſtate eſt ſolvere creditoribus ſuis, quia bona & eorum adminiſtrationem retinet; quanto fortiùs erit affirmandum in debitore concurſum formante, qui bonis & adminiſtratione privatus eſt & denegetur ei abſolutè facultas ſolvendi creditoribus ſuis, ut ſæpè diximus. 40

Deinde manifeſtè probatur, quia licèt intereſſe ex mora ante impedimentum, decurſum debeatur; non tamen poteſt deberi in futurum poſt impedimentum ſubſequutum: quia mora, & intereſſe ex ea proveniens, habet tractum ſucceſſivum, & ex mora annuatim, vel dietim intereſſe producitur; & ideo ſuperveniente impedimento per concurſum, mora, ſeu intereſſe moroſum, devenit ad tempus & caſum quo incipere non poteſt, & conſequenter non debetur ampliùs, ex adductis *ſupra num. 25. & ſeqq.* 41

Et cùm ex tunc ceſſet mora, propter quam debentur uſuræ ſeu intereſſe lucri ceſſantis, ceſſare debent mora ipſa ceſſante: nam cauſa ſucceſſiva ſive momentanea ſucceſſivum producens effectum, ſi ceſſaverit, ceſſat pro tempore futuro ſucceſſivus effectus, Monter. à Cueva *deciſ. 2. num. 72.* Bald. *l. inter Caſtellianum, col. fin. ff. de arbitr.* Jaſ. *in l. ſi quis hæredem, numer. 14. Cod. de inſtit. & ſubſtit.* Decius *conſ. 480. nu. 8.* Corneus *conſ. 7. n. 5. vol. 1.* Angel. *conſ. 159. vol. 2.* Roland. à Vall. *conſ. 39. n. 55. vol. 4.* Tiraquell. *in l. ſi unquam, verb. ſuſceperit liberos, num. 152.* idem Tiraq. *in tract. Ceſſante cauſa, limit. 12. n. 24. & limit. 23. n. 7. & 9.* Fenutius *de momento temp. c. 10. n. 7.* Monter. *dec. 2. n. 62.* Faller. *in conſtit. Neapol. in Rubr. de Magiſtro juſtitiario, c. ſtatuimus. 34. 58. & 62.* Caravit. *in Ritu Curiæ 233. n. 15.* exactè & optimè plura exempla congerens Caſanate *conſ. 25. ex num. 15. & ſeqq.* multis *ibid.* allegatis, & *ex num. 7. & ſeqq.* per quem, & Hondedeum *in conſ. 29. n. 110. vol. 1.* & Gamam *dec. 27. num. 5.* obſervat Anton. de Amat. *var. reſol. c. 65. n. 53.* 42

Quò etiam tendit doctrina Angeli ad Bartol. *in l. 1. ff. de pœnis*, quam refert Iaſerd. *dec. 50.* & ſequitur Lancellot. *de attentat. par. 2. c. 4. limit. 20. n. 19.* Mazol. *conſ. 22. nu. 25.* Marcel. Cala, *de modo articul. & proband. nu. 84. in fin. & num. 10.* Graſſ. *excep. 3. num. 38.* dicentes, quod ſtante ſtatuto, quod cauſa viduæ ſit ſummaria, ſi cauſa fuerit cœpta per mulierem nuptam, & cauſa pendente maritus moriatur, cauſa ex inde in articulis ſequentibus ſit ſummaria, & per Gloſſam *in d. l. qui autem, ff. ſi quis cautionib.* Angel. 43

*in l. ſi quis poſtea, ff. de judic.* Bald. *in l. ſi quis quemquam ff. ſi quis cautionib.* quam communiter approbatam dixit Ripa *in c. 1. num. 81. de reſcript.* Anton. Gabriel. *tit. de judiciis, concluſ. 4. ſub nu.* 26. Capell. Tholoſ. *dec.* 147. & ex eod. Alexandro, & aliis, Giurba *dec. 82. n. 7.*

44 Ex quibus concludendum eſt, quod non obſtante mora incurſa ante impedimentum ex judicio concurſus creditorum peracto à debitore, intereſſe lucri ceſſantis non currit in futurum; licèt creditores intereſſe illius temporis antecedentis ſibi jam quæſitum exigere poſſint poſt ſententiam graduationis.

Non obſtant argumenta in contrarium adducta *ſupra ex n.* 13. cum ſeqq. quibus jam ſatisfecimus per fundamenta hactenus conſiderata ex *n.* 25. *cum ſeqq.*

INDEX

# INDEX

## Fideliſſimus & Copioſiſſimus Materiarum omnium quæ in hac quarta Parte Labyrinthi Creditorum deciduntur.

*Primus numerus Caput, ſecundus ſedem materiæ numeralem, tertius paginam indicant.*

### A

*Actio. Agere.*


ACTIONES movet debitor pendente concurſu cum interventu creditorum, cap.1. nu.4. pag. 2.
Actiones movere ſeu experiri nemo poteſt ex jure alterius, juxta Cancerium, cap. 1. nu. 7. pag. 3.
Limitatur 1. ſi quis agat jure proprio à jure Tertii dependente, *ibid.* & *n.38. p.6.*
Limitatur 2. ſi creditor deducat jus ſuum, excipiendo, cap.1.n.8.p.3.
Exemplificatur in variis exceptionibus, n. 9. 10. & 11. ibid.
Sed vid.n.38. & 23.
Agendi jus an tranſeat in creditores ex perſona debitoris, pendente concurſu, cap.1.n.15.& plurib. ſeqq. p.4.
Ratio traditur ob quam creditores poſſunt movere Actiones, & opponere exceptiones tangentes debitorem decoctum & ejus bona, cap. 1.n.23.& 24.p.5.
Actio intentari dicitur ab eo qui ſolvit, non exceptio. c.1.n.29.p.6.
Actionem læſionis contra emptorem rei debitoris movere poſſunt creditores, c.1. n.32. ibid.
Idem procedit in re data in ſolutum, num. 33. ibid.
Agere poſſunt creditores ex pacto retrovenditionis appoſito in favorem debitoris decocti, c. 1.n.34. ibid.
Quod intelligitur in ſubſidium, n.35. ibid.
Actiones perſonales moveri poſſunt à creditoribus contra debitores debitoris ſui, pendente concurſu, c.1.n.36. ibid.
Agendo, vel excipiendo, creditores comparere poſſunt ex perſona debitoris in judicio, abſque ceſſione, ad conſervanda bona & jura debitoris decocti, c.1.n.38.39. & 40.p.6. & 7.
Actionis ceſſio differt à ceſſione bonorum, & de una in aliam non fit illatio, cap.1.num.1. pag.2.
Vid. *Ceſſio.*
Actio intentari poteſt ab uno ex perſona alterius, & interdum quis conſequitur ex perſona alterius, quod ex ſua conſequi non poteſt, cap.1.n.40.pag.7.
Actionibus debitori competentibus uti poſſunt creditores illius abſque ceſſione, c.1.§.2.n.1. pag.10.
Vide *Creditor.*


*Actus.*


Actus eſt nullus ab uno geſtus, quando ad illum exercendum datur pluribus mandatum ſimpliciter, c.3.n.16.pag.29.
Actus geſtus, non ſervata forma ſimultanei concurſus ad gerendum data, irritus eſt, c.3.n.30. pag.30.
Vid. *Statutum.*
Vid. *Notarius.*
Actus nulliter celebratur, ſi non fuerit ſervata forma à ſtatuto præſcripta, c.3.n.36. ibid.
Actus agentium ultra eorum intentionem non operantur, c.5.n.6.p.41.
Actus legitimus alterari non debet, licèt caſus evenerit à quo incipere non potuerit, cap. 5. n.14. ibid.
Actus nullitas ipſo jure introducta in favorem alicujus nihil operatur niſi parte volente, *c.6.* n.30. & 31.p.47.
Actus legitimi retractari non poſſunt, licet caſus evenerit à quo incipere non potuerunt, c.6.n. 40.p.48.
Ex Actu nullo dominium non acquiritur, c.9. n.11.p.63.
Actus voluntarius habetur pro neceſſario, ſi habuerit originem à cauſa neceſſaria præcedente, c.9.n.30.p.64.

# Index Rerum,

Actus factus ex juris neceſſitate & compulſione non comprehenditur ſub lege prohibente actum fieri, c.9.n.121. & 122.p.76.
Actum fieri ex neceſſitate proveniente ab origine, vel ex diſpoſitione & coactione legis, paria ſunt, c.9.n.95.p.72.
Actus geſtus ſub conditione de futuro, habetur pro puro, ſi jam conditio erat purificata, quamvis contrahentes ignoraſſent, c.11.n.4. & 5. p.81.
Actus judiciales geſti à procuratore revocato, adverſario & judice ignorantibus revocationem, valent, c.12.n.13.p.86.
Actus extrajudiciales, ut contractus, ſi fiant à procuratore revocato ignorante revocationem, ſuſtinentur, c.12.n.14. ibid.
Ex Actu nullo voluntas elici poteſt & probari, c.14.n.2.p.97.
Actus validus præcedens non tollitur per ſubſequentem invalidum & nullum, cap.14.n.12. pag.98.
Agere poteſt creditor ex priori contractu nulliter innovato, & debet graduari in concurſu, c.14. n.18.p.99.
Actu principali permiſſo, quæ in conſequentiam veniunt non attenduntur in jure, c.17.n.31.& 32.p.110.
Actus ut valeat potius quàm quod pereat, quiſque præſumitur velle, c.4.n.45.p.38.
Actus à fine agentium judicatur, cap.4.num.45. ibid.

*Æquiparata.*

Æquiparatorum idem eſt judicium, ac diſpoſitio eadem, c.13.n.6.p.92.
Æquiparatorum diverſum eſt judicium, ubi dari poteſt diverſitatis ratio, c.13.n.12.ibid.

*Alienatio.*

Alienans rem communem ſolùm intelligitur alienare eam partem, jus, & portionem quam in ipſa re habet, c.5.n.12.p.41.
Alienatio rei hypothecatæ fit cum ſuo onere, c. 9.n.25.p.64.
Alienationis prohibitio à teſtatore facta non impedit tranſlationem dominii ſi pœna fuerit impoſita alienanti, c.9.n.54.p.67.
Alienationi confiſcatio æquiparatur, c. 9. n. 64. pag. 68.
Alienatio rei hypothecatæ, & caſus Commiſſi, differunt, c.9.n.91.92.& 93.p.72.
Alienatione facta bonorum majoratus, vel fideicommiſſi, interveniente juris authoritate, non attenditur jus ſucceſſorum, c. 9. n.110. pag. 75.
In Alienationibus quæ fiunt ex vi coactiva legis, non attenditur voluntas domini, c.9.n.111.& 112. ibid.
Alienatione prohibita, intelligitur ea quæ fit ab homine ſine neceſſitate, non quæ à lege inducitur, c.9.n.114. ibid.
Alienatio quæ lege inducitur non requirit ſolemnitates juris quæ aliàs adhibendæ ſunt tam reſpectu minorum, quàm mulierum, c. 9. n. 116.117. & 120. p.76.
Alienatio ex cauſa neceſſaria à lege inducta non continetur ſub prohibitione alienationis, c. 9. n.119. ibid.
Alienatio nulla eſt ſi dominus alienet rem alienari prohibitam; nec transfert dominium in acquirentem, c.12.n.6.p.85.
Pactum de non alienando impedit dominii tranſlationem, caſu quo res alienetur, c.12. n.7. ibid.
Alienationis prohibitio cum Tertio conventa cujus intereſt rem non alienari, impedit tranſlationem dominii in acquirentem, ſive ſciverit illud pactum, ſive non, cap. 12. num. 25. pag.87.
Alienatio facta à debitore poſt concurſum formatum, in eum qui concurſum ignorabat, an valeat, c.12.n.43. & n.44. & ſeqq. p.89.
Alienatio facta à debitore poſt ceſſionem bonorum, ſeu decoctionem, nulla eſt, c.12.n.47. & 48. ibid.
Alienari poſſunt bona fideicommiſſo ſubjecta pro ſatisfactione creditorum teſtatoris, c.12.n.52. p.90.
Alienandi facultas impetrata pendente concurſus judicio an valeat, c.13.n.8.9. & n.16. & aliis ſeqq. p.92.
Vid. *Facultas.*
Alienatio rei hypothecatæ de conſenſu creditoris non extinguit hypothecam, ſi alienatio nulla ſit, c.14.n.10. p.98.
Vid. *Nullitas.*

*Apocha.*

Apocha data ab uno ex Theſaurariis Regiis abſque aliorum ſubſcriptione, non relevat debitorem, c.3.n.20. & 21. p.29.
Apochæ ſolutionis à Fiſco faciendæ plures ſolemnitates & ſubſcriptiones requirunt quæ non ſupplentur per teſtium probationem, c.3.n.29. p. 30.
Vid. *Theſaurarius.*
Vid. *Solutio.*

*Appellare, Appellatio.*

Appellare poteſt creditor à ſententia lata contra debitorem intentantem remedium læſionis, c. 1.§.2.n.3.p.10.
Vid. *Creditor.*

*Argumentum.*

Argumentum eſt unitum rei hypothecatæ, ergo eſt hypothecatum; non eſt conſtans, ſed fallit in tribus caſibus, c.2.n.69. p.21.
Argumentum valet de tempore ad rem, & de re ad tempus, c.2.n.19. p.17.
Argumentum de re ad perſonam, & è contra; valet, c.8.n.38. p.58.
Argumentum à voluntaria alienatione rei hypothecatæ, ad caſum Commiſſi, non valet, c. 9. n.95. p.72.
Argumentum à contrario ſenſu non valet quando abſonus inde reſultaret intellectus, c.12.n. 30. p.90.

*Aſſertio.*

Aſſertioni Principis aut Notarii de facto alieno in præjudicium Tertii non ſtatur, c. 3. n. 32. p. 30.
Aſſertioni unius non ſtatur quando actus pro forma à pluribus ſimul celebrari debet, c. 3. n.35. ibid.

*Augmentum.*

Augmentum rei principalis, unum corpus efficitur cum ea, & ejuſdem naturæ, c. 2. n. 3. & 4. p.15.
Ad Augmentum rei principalis in obligationem deductæ diſpoſitio extenditur ex tacita partium voluntate & interpretatione legis, cap. 2. n. 9. p. 16.
Quod procedit ex multorum ſententia in contractu, ſententia, & privilegio, n. 10. ibid.
Pactum de lucranda dote extenditur ad ejus augmentum ſuperveniens, c.2.n.11. ibid.
Statutum diſponens ſuper lucro dotis, extenditur

dirur

ditur ad ejus augmentum, n.12. ibid.
Vid. *Dos.*
Conceſſio Territorii cum jurisdictione à Principe facta extenditur ad augmentum, c.2.n.13. ibid.
Jus univerſale hypothecatum extenditur hypotheca ad augmentum illius juris, c.2.n.7.p.15.
Vid. *Hypotheca.*
Augmentum ad eum ſpectat ad quem ſpectat diminutio, c.2.n.23. p.17.
Augmentum & diminutio pari paſſu ambulant, n.24. ibid.
Augmentum per alluvionem naturaliter cum ipſo fundo unitur, c.2.n.27. p.18.
Vid. *Flumen.*
Augmentum alluvionis accreſcit creditori hypothecario, c.2.n.33. ibid.
Et uſufructuario, n.34. ibid.
Et Emphyteutæ ſeu rei emphyteuticariæ, n.35. ibid.
Augmentum proveniens ex cauſa alluvionis, & ex cauſa conſolidationis, æquiparantur in jure, c.2.n.36. cum aliis ſeqq. ibid.
Vid. *Conſolidatio.*
Augmentum proveniens ex præſcriptione quaſi alluvio dicitur, c.2.n.42. ibid.
Vid. *Præſcriptio.*
Sicut Augmentum ſeparabile non auget rem; ita augmentum concretum & affixum rei hypothecatæ auget hypothecam, c.2.n.54.p.19.
Augmentum rei principalis deductæ in contractu an & quomodo ſubjiciatur eiſdem qualitatibus & hypothecis, c.2.n.55. ibid.
Augmentum noviter proveniens ex facto contrahentium ſubjicitur qualitatibus, conditionibus, & hypothecis prioris conditionibus, c. 2.n.68. p.21.
Augmentum majoratus proveniens ex aggregatione bonorum à Tertio facta, longè differt ab augmento ex natura rei, vel ex facto contrahentium, c.2.n.70. & aliis ſeqq. ibid.
Augmentum non ſequitur naturam rei auctæ, quando inter utrumque datur diverſa ratio, c.2.n.74. p.22.
Diſpoſitio ſuper Augmento eſt novus contractus reſpectu Tertii, c.2.n.83. ibid.
Augmentum non ſequitur naturam rei auctæ in præjudicium Tertii, c.2.n.86. p.23.
Vid. *Majoratus.*
Augmentum comprehenditur ſub nomine univerſali, c.2.n.98. p.24.
In his quæ ſunt ſtricti juris an fiat extenſio ad augmentum, c.2.n.10. & 99. p.16. & 25.
Quando Augmentum provenit à contrahentibus, pacta, conditiones, & hypotheca cenſentur repetita quæ erant in priori contractu, c. 2. n. 100. p.25.
In Augmento rerum feudalium nova inveſtitura non requiritur, c.2.n.108. ibid.
Augmentum ſeu Acceſſorium permanet illæſum cùm principale non eſt hypothecatum, c.2. n. 114. p.26.
Augmentum debet eſſe ejuſdem qualitatis cum ſuo principali, c.5.n.25. p.42.

B

*Beneficium ceſſionis bonorum.*

Beneficium ceſſionis bonorum quid operetur tam reſpectu debitoris quàm creditorum ipſius, c.17.n.7. p.108.
Beneficium ceſſionis bonorum, ſive concurſus, conceſſum eſt à lege, & favorabilius eſt reſcripto moratorio, c.17.n.16.p.110.
Beneficium ceſſionis bonorum non imputatur debitori ad culpam, c.17.n.33.p.111.
Vid. *Concurſus. Ceſſio.*
Vid. *Debitor.*
*Beneficium Competentiæ.*
Beneficium legis ne quis conveniatur ultrà quàm facere poſſit deducto ne egeat, competens donatori, marito, ſocio, & aliis quibuſdam, non prodeſt eorum fidejuſſoribus, nec hæredibus, c.1.§.1.n.3.p.7.
Beneficium iſtud competentiæ eſt merè perſonale, c.1.§.1.n.11.p.8.
Vid. *Exceptio.*
*Beneficium l.2.C.de reſcind.vendit.*
Beneficio *leg.2.C.de reſcind.vendit.* an poſſint uti creditores pro rebus debitoris cum enormi læſione venditis, c.1.n.32.p.6.
& §.2.n.2.p.10.n.12.cum ſeqq. p.11.
Beneficium *leg.2.Cod.de reſcind.vendit.* an locum habeat in venditione pignoris facta per creditorem, c.1.§.2.n.67.cum ſeqq.uſque ad fin. p. 11. & ſeqq.
Beneficium *leg.2.* eſt perſonale ſolis contrahentibus competens, cap.1. §. 2. n.8. p.10. & n.20. pag. 12.
Beneficium *leg.2.* datur vendenti per procuratorem, c.1.§.2.n.17.ibid.
Beneficium *leg. 2.* conceditur debitori in bonis quæ venduntur ad inſtantiam creditorum in ſubhaſtatione, c.1.§.2.n.18. ibid.
Multo magis in pignore vendito à ſolo creditore citra haſtam publicam, *n.19.* ibid.
Beneficio *leg.2.* Tertius uti non poteſt; ſed aliud eſt de creditoribus ex perſona debitoris agentibus, c.1.§.2.n.20. ibid.
*Beneficium Eccleſiaſticum.*
Beneficium incompatibile non vacat ipſo jure, quandiu poſſeſſio ſecundi non eſt pacifica, ſed litigioſa, c.6.n.37.p.48.
Beneficio acquiſito à penſionario irrevocabiliter, extinguitur penſio, nec reviviſcit quamvis beneficium ipſum poſtea dimiſerit, c.6.n.39.& n. 44.45.46. p.49.
Secus ſi revocabiliter tantum, n.25.p.46.
Beneficii titulo manente apud penſionarium revocabiliter, non extinguitur penſio, ſed dormit, c.6.n.5.p.45. & 32.p.47.
Si verò perfectè & irrevocabiliter, extinguitur vi conſolidationis, n.8.ibid.p.46.
Vid. *Penſio.*
Beneficiarius conſentiens reſignationi ſalvo beneplacito ſummi Pontificis, poteſt interim revocare conſenſum, c.53.n.29.p.94.
*Bona.*
Verbum, *Bona* adjectum genitivo, *Majoratûs* indicat omnia bona pertinentia ad majoratum, ſive ex dominio, ſive ex poſſeſſione, c.2.n.116. p. 26.
Bonorum diſpoſitio per nomina poſſeſſiva complectitur omnia bona mobilia, & immobilia, jura, & actiones, c.2.n.117. ibid.
Bona aggregata Majoratui an veniant ſub hypotheca bonorum ipſius majoratus, c.2.per tot. p. 15.
Vid. *Facultat.*
Bona aggregata majoratui non fiant acceſſoriè ad bona antiqui majoratus, ſed æquè principaliter

paliter conſiderantur, c.2.n.110. p.25.
Quod limitatur & declaratur, n.112. ibid.
Bona non poſſunt manere obligata pro eodem apud eundem, c.4.n.38.p.37.
Bonorum ſeparatio peti poteſt à creditoribus defuncti, ut ex ejus bonis nihil capiant creditores hæredis, c.4.n.37. ibid.
Bona quæ incidunt in Commiſſum ob culpam & pœnam, tranſeunt libera ab omni onere in dominum directum, c.9.n.5. p.62.
Bona emphyteutica redeunt ad dominum directum libera, ex natura rei & conditione contractus, c.9.n.26. & 27. p.64.
Bona non dicuntur niſi deducto ære alieno, & ideo bonis omnibus confiſcatis, vel ex parte quotitativa, obligatur fiſcus creditoribus delinquentis: ſecus in confiſcatione ſpeciali ex cauſa Commiſſi, cap. 9. num. 84. p. 70. & n. 88. p.71.
Vid. *Fiſcus.*
Bona majoratus hypothecata ex facultate regia non immutantur vel in forma, vel in qualitate, licèt remaneant libera apud ultimum poſſeſſorem, familiâ extinctâ, c. 10. n. 12. & 14. p. 78.
Bonorum majoratus ſubſtantia non deſtruitur per libertatem majoratui ſupervenientem, c.10.n. 16. ibid.
Bona majoratus fiunt libera authoritate principis, dum ipſe concedit facultatem ea obligandi jure hypothecæ, & ideo quoad hypothecam non immutantur per libertatem ſupervenientem ex familiæ extinctione, c. 10. n. 20. ibid. & n.24.p.79.
Bona hypothecata tranſeunt in quemlibet poſſeſſorem cum ſuo onere, c.10.n.27. ibid.
Vid. *Majoratus. Hypotheca.*
Bona majoratus an poſſint obligari tanquam libera ab ultimo poſſeſſore viventibus adhuc vocatis qui poſtea prædeceſſerunt poſſeſſori, c.11. per tot. p.80.
Bonorum adminiſtrationis interdictio impedit dominii tranſlationem & alienationem, c.12.n.45. & ſeqq. p.89.
Vid. *Interdictio.*
Bona vinculata obligari vel alienari non poſſunt abſque facultate regia, quæ an proſit creditori impetrata poſt concurſum formatum, latè diſcutitur, c.13.per tot. p.91.
Vid. *Facultas.*
Bona Feudalia alienandi facultas pendente concurſus judicio an ſit valida, cap. 13. num. 8. p.92.
Bona Eccleſiæ ſi fuerint alienata reſervato beneplacito ſedis Apoſtolicæ, an valeat alienatio, c.13.n.30. cum aliis ſeqq. p.94.
Bonorum adventitiorum filii adminiſtratione & uſufructu pater privatur ob dilapidationem, non ſecùs ac per mortem, cap.15. per tot. p. 100. & maximè n.13. & ſeqq. p.101.
Vid. *Pater.*
Bona vinculata malè diſſipantes privantur omni jure & commoditate illorum, c. 15. n. 16. & 17. ibid.
Bona ſpecificè obligare, vel genericè per nomen univerſale, ut gregem, peculium, &c. differunt, c.2.n.97. p.24.

## C

*Cambium.*

DAns literas Cambii non tenetur reddere pecunias acceptas, alio in loco à ſe ſolvendas accipienti literas, niſi certus ſit fuiſſe intimatas ſuo mandatario cui directæ fuerant; ubi redditur ratio, cap. 3. numer. 41. & 42. p. 31.
In literis Cambii traditis creditori non eſt locus pœnitentiæ unius altero invito, cap. 3. n. 43. ibid.
Vid. *Proteſtatio.*
Scriptor literarum Cambii conſtituitur in mora ſi ſolutio non fuerit facta die & loco aſſignatis, c.3.n.49.p.32.
Vid. *Mora.*
Cambii Contractus cenſetur perfectus ex traditione pecuniæ & litterarum, cap. 3. n.57. ibid.

*Cauſa.*

Cauſa quæ producit effectum ſucceſſivum ceſſante, ceſſat effectus, c.17.n.42.p.111.
Limitata cauſa limitatum producit effectum, c.5. n.7.p.41.

*Ceſſio.*

Ceſſio bonorum, & Ceſſio juris vel actionis, differunt, nec valet conſequentia de una ad aliam, c.1.n.1.p.2.
Ceſſio juris transfert in ceſſionarium jus competens cedenti, c.1.n.2. ibid.
Et de ſignificatione verbi, *Cedere*, ibid.
Ceſſio bonorum non eſt tranſlativa & abdicativa juris, ſed conſignativa & deſtinativa: & de utriuſque differentia, cap. 1. nu.3. & ſeqq. ibid.
Ex ceſſione bonorum debitoris tractant creditores duntaxat de juſtificatione crediti, cap.1. n.5.p.3.
Expenditur ad id Doctor Olea, exponitur & notatur. ibid.
Ceſſio neceſſaria non eſt ut creditores poſſint movere actiones debitori decocto competentes poſt concurſum formatum, c.1. n.18. 19. p.4. & n.24.p.5.
Ceſſio bonorum varios producit effectus in favorem creditorum, c.1.n.10. & 22.p.4.
Ceſſio debitoris non requiritur, ut poſſint creditores in concurſu agere vel excipere ad conſervanda bona & jura debitoris, c.1. n.38.39. & 40. p.6. & 7.
Ceſſio debitoris non eſt neceſſaria ut creditores poſſint intentare læſionem enormem, vel enormiſſimam, c.1.§.2.per tot.p.10.
Et quid in pignore vendito à priore creditore; an poſterior agere poſſit adverſus emptorem ex remedio *leg.2.C.de reſcind.vendit.* n. 6. & ſeq. ibid.
Cedi non poteſt quod tranſmitti non poteſt: & è converſo: quod tranſmiſſibile admittit ceſſionem, c.1.§.1.n.6. & 7. ibid.
Ceſſionis bonorum beneficium quid operetur tam reſpectu debitoris, quàm creditorum ipſius, c.17.n.7.p.109.
Vid. *Beneficium ceſſionis bonorum.*
Ceſſio eſt juris & actionis ex aliquo titulo in alium facta tranſlatio, c.1.n.2.p.2.
Ceſſione facta bonorum à debitore decocto, an poſſit ipſe agere in judicio, c.1.n.5.p.3.

Ceſſionem

Ceſſionem tantùm lex exigit in Tertio qui nomine proprio agit ad ſuam utilitatem de jure ad debitorem pertinente, c. 1. §. 2. n. 5. in fin. pag. 10.
Secùs ſi agat ex perſona ſui debitoris, n. 2. & ſeqq. ibid.

*Clauſula.*

Clauſula hypothecæ bonorum majoratus apponi ſolita in reſcripto regio, cap. 10. num. 13. pag. 78.
Clauſula, *omnia & ſingula*, in obligatione generali bonorum debitoris, operatur ſpecialem hypothecam in ſingulis, cap. 10. nu. 22. pag. 79.
Clauſula, *reſervato beneplacito ſedis Apoſtolicæ*, in alienatione rerum Eccleſiæ, quid operetur, c. 13. n. 30. & 31. p. 94.
Clauſulæ, *ſalvo beneplacito*, &c. in contractibus rerum alienari prohibitarum, effectus, c. 13. n. 34. p. 95.

*Commiſſum.*

Commiſſum præſcribitur contra Fiſcum per quinquennium, c. 9. n. 3. p. 62.
Commiſſum efficit ut bona delinquentis tranſeant ſeu revertantur libera ad dominum directum, c. 9. n. 5. ibid.
Et n. 26. & 27. in Emphyteuſi, p. 64.
Commiſſi pœna ſolùm incurritur propter introductionem mercium prohibitarum, non verò propter negotiationem & commercium, c. 9. n. 55. 56. & 57. p. 67.
Commiſſum ſeu Contrabannum eſt crimen & criminaliter judicari ac puniri poteſt, n. 58. & 59. ibid.
Commiſſum propter contrabannum, vel ob non factam profeſſionem, an ſit diſtinguendum, c. 9. à n. 68. uſque ad 71. p. 68.
Commiſſi pœna inducit reſolutionem juris delinquentis in mercibus, & acquiſitionem earumdem fiſco, c. 9. n. 75. p. 69.
Vid. *Confiſcatio.*
Commiſſi caſus non eſt alienatio, ſed privatio & amiſſio rerum à lege inducta, non attenta voluntate debitoris delinquentis, c. 9. n. 91. & 92. p. 72.
Vid. *Merx.*

*Concurſus.*

Concurſu pendente, debitor omnia jura ſua retinet, dominium & poſſeſſionem bonorum ſuorum, movetque actiones cum interventu creditorum, c. 1. n. 4. p. 2.
Concurſus judicio ad bona mulieris peracto, poſſunt creditores, qui eam proprio nomine obligatam habent, excipere de nullitate aliarum obligationum, quas cum marito contraxerat, ex eo quod ſit indotata ratione læſionis ultra dimidium dotis, quamvis ipſa hanc nullitatem omiſerit, c. 1. n. 13. p. 4.
Concurſu legitimè formato, poſſunt creditores movere omnes actiones debitori competentes abſque ceſſione contra quoslibet, ad effectum, ut ea bona & jura ad concurſum perveniant, c. 1. n. 18. ibid.
Neque hæc poteſtas creditoribus competit omninò ex ceſſione bonorum imbibita in judicio concurſus, c. 1. n. 19. ibid.
Vide *Ceſſio.*
Concurſu pendente an poſſint creditores impetrare facultatem Regiam, quam debitor omiſerat ſuper contractu bonorum Majoratus, vel feudalium, c. 1. n. 37. p. 6.
Vid. *Creditor.*
Concurſu formato à Penſionario beneficii Eccleſiaſtici contra debitorem penſionis, an & quando graduari debeat, cap. 6. n. 48. & 49. pag. 49.
Vide *Penſio.*
Concurſu formato; dominus rei in concurſum deductæ præfertur cæteris creditoribus etiam anterioribus & privilegiatis, cap. 9. num. 4. p. 62.
Contrarium defenditur reſpectu anteriorum creditorum, c. 9. n. 23. p. 64.
Concurſus judicio formato, debitor privatur bonorum ſuorum adminiſtratione, & habetur pro mortuo, c. 12. n. 2. p. 85.
Concurſu formato, debitor decoctus non eſt perſona legitima ad recipiendam ſolutionem rei ſibi debitæ, c. 12. n. 24. p. 87.
Concurſus formatus impedit ne debitor res ſuas alienando transferre poſſit earum dominium in acquirentem in præjudicium creditorum, c. 12. n. 26. ibid.
In Concurſus judicio debitor eſt *legitimus* contradictor & pars provocans creditores ſuos, c. 12. n. 36. p. 88.
Concurſus ignorantia probabilis liberat ſolventem debitori decocto, c. 12. n. 24. p. 87.
Vide *Debitor, Ignorantia.*
Concurſu pendente, poteſt conveniri debitor coram alio Judice competente & convenire ipſe ſuos debitores, & acta valebunt niſi opponatur exceptio concurſus, cap. 12. nu. 37. p. 88.
Non tamen in præjudicium creditorum non citatorum, qui adverſus ſententiam reclamare poſſunt, n. 38. ibid.
Vid. *Sententia.*
Concurſu formato, mandatum à debitore datum ad negotia expirat, c. 13. n. 7. & 12. p. 92. & 20. p. 93.
Vide *Mandatum.*
Concurſus judicio formato, poſſeſſor majoratus nihil poteſt agere in præjudicium creditorum, c. 13. n. 19. ibid.
Concurſu formato an poſſint creditores impetrare facultatem contrahendi ſuper bonis vinculatis, c. 13. n. 42. & ſeqq. p. 96.
Concurſus judicio pendente ceſſat intereſſe ex mora, ex ſtylo quorumdam Tribunalium, c. 17. n. 1. p. 108.
Concurſus judicium non impedit peti uſuras priùs debitas, c. 17. n. 3. ibid.
Concurſus judicio pendente debitor propter inficiationem debiti damnari poteſt ad intereſſe ex mora, c. 17. n. 4.
Limita, ut n. 5. ibid.
Concurſus judicio pendente uſuræ non currunt in præjudicium poſteriorum creditorum, c. 17. n. 6. ibid.
Concurſus judicio à debitore formato, contrahitur impedimentum ſolvendi, ſed voluntarium, c. 17. n. 17. p. 109.
In Concurſus judicio multa poſſunt excuſare debitorem à mora, c. 17. n. 27. p. 110.
Concurſus judicio pendente, debitor non poteſt validè ſolvere creditoribus ſuis, cap. 17. n. 28. ibid.
Concurſus ſuperveniens non tollit uſuras jam debitas ex mora commiſſa de præterito, licèt extinguat curſum illarum pro futuro, cap. 17. n. 37. 38. & 44. p. 111.

Concurſus judicio formato, uſuræ ex mora non debentur, quia debitor deſinit eſſe in mora, c.17.n.41. & 42. ibid.

*Conductio.*

Conductio reviviſcit nec extinguitur per emptionem rei conductæ nulliter factam, cap.14.n.14. p.98.

*Confeſſio.*

Confeſſio facta in inſtrumento nullo, ſuſtinetur, vitiato inſtrumento. c.14.n.5.p.97.

*Confiſcatio.*

Confiſcatio ex cauſa Commiſſi, fit ob delictum, & ad publicam vindictam, c.9.n.7.p.62.

Confiſcatio æquiparatur alienationi, c. 9. n. 64. p. 68.

Confiſcatio partis quotitativæ bonorum delinquentis non obligat fiſcum erga creditores ipſius delinquentis in ſolidum, ſed tantum pro rata rerum confiſcatarum portione, c.9. n.82.p.70.

Confiſcatio rei particularis, ſeu mercium ex cauſa Commiſſi, non obligat fiſcum erga creditores delinquenti, c. 9. n. 83. p. 70. & n.88. p. 71.

In Confiſcatione mercium ex cauſa Commiſſi, non attenditur diſtinctio de alienatione voluntaria, vel neceſſaria, pro conſervando creditorum hypotheca, c.9.n.90. ibid.

Confiſcatio mercium prohibitarum eſt ſpecialis, nec afficit reliquum delinquentis patrimonium, c.9.n.6.p.97.

Pragmaticæ Regni imponentes pœnam Confiſcationis mercium prohibitarum referuntur & declarantur, cap. 9. n. 44. uſque ad num. 58. pag. 66.

*Confuſio.*

Confuſio non admittitur in præjudicium Tertii, c.4.n.19.p.35.

Confuſio ſi in præjudicium Tertii admitteretur, facile aperiretur via fraudandi creditores in ſua hypotheca, c.4.n.20. ibid.

Confuſio actionum nunquam extenditur ad hypothecam Tertii, quæ ſemper manet illæſa, c. 4.n.21.22. & 23. p. 36.

Confuſio jurium in perſona debitoris, eſt reducibilis ad priorem formam ad effectum præſervandi hypothecam ſuper fructibus, c. 4. n.35. p. 37.

Confuſa ſpecie cum eadem ſpecie materiæ, res adhuc dicitur extare, c.4.n.47.p.38.

Vide *Hypotheca.*

*Conſolidatio.*

Conſolidatio uſusfructus cum proprietate, auget hypothecam ſuper fundo contractam, c.2.n.15. p.16. & n.26.p.17.

Conſolidatio uſusfructus cum proprietate æquiparatur alluvioni, c.2.n.36.p.18.

Ex quacunque cauſa conſolidatio proveniat, n. 37. ibid.

Conſolidatio dominii utilis cum directo, & uſusfructus cum proprietate, auget majoratum, c.2.n.36.ibid.

Vide *Augmentum.*

Conſolidatione extinguitur uſusfructus, c.4.n.3. & aliis ſeqq. p.34.

Vide *Uſusfructus.*

Aliud eſt extingui hypothecam ſuper uſufructu impoſitam per conſolidationem cum proprietate quam habet Tertius, aliud verò conſolidari jus uſusfructus cum proprietate, nunc reperta apud debitorem obligatum; cap. 4. num.29. & 30.p.36.

Conſolidatio contingens in perſona debitoris recipit ſeparationem ad favorem ejus qui habet jus ad uſumfructum, vel emphyteuſim, c. 4. n.30.ibid.

Conſolidatio in perſona debitoris ſolum inducit mutationem extrinſecam in commoditate fructuum antea obligata, c.4.n.31.p.37.

Conſolidatio non extinguit hypothecam quoties res obligata eſt reducibilis ad priorem formam, c.4.n.34.& 35. ibid.

Vide *Hypotheca.*

Conſolidatio bonorum defuncti & hæredis inducitur ex aditione hæreditatis, ita ut unicum fiat patrimonium, c.4.n.36.ibid.

Conſolidatio uſusfructus cum proprietate nihil officit jus creditoris habentis hypothecam ſuper jure conſolidato, c.7.n.2. & 3.p.50.

Aliud eſt conſolidari uſumfructum, vel penſionem, in perſona alterius qui non ſit debitor illius: aliud verò conſolidari in perſona debitoris, c.7.n.7.p.51.

Conſolidatio reſciſſa, vel irrita facta non extinguit uſumfructum, c.14.n.11. & 15.p.98.

*Contractus. Contrahere.*

Contrahentes ex eodem facto non intelliguntur ſibi ipſis & intentioni ſuæ principali velle contradicere, c.4.n.44.p.38.

Contrahentium intentio ſuper hypotheca uſusfructus videtur eſſe ut finiatur per mortem debitoris, c.5.n.3.p.41. & n.29.p.43.

Contrahentis obligatio non extenditur ultra expreſſa, c.5.n.5.p.41.

Contractus verba referuntur ad tempus quo fuit celebratus, c.5.n.15.& 16.p.42.

Contractus Cambii. Vid. *Cambium.*

Contractum ſeu commercium certarum rerum prohibitarum ſub pœna lex non annullat, ſed tantum pœnam repoſcit ab inobedientibus, c. 9.n.51.52. & 53.p.66.

Vide *Pragmatica.*

Contractus geſtus ſub conditione de futuro, habetur pro puro, ſi jam conditio erat purificata, licèt contrahentes ignorarent, c. 11. n.5.p.81.

Contractus primus an poſſit ratificari in præjudicium ſecundi creditoris, cap.11.n.20.&ſeq. pag. 82.

Vide *Ratihabitio.*

Extremum inhabile ad quod refertur contractus impedit fictionem retroactivam, c. 11. n. 23.p.83.

Contractus à debitore geſti poſt formatum concurſum, ſunt ipſo jure nulli, c.12.n.3.p.85.& n.55.p.90.

Contrahens cum inſtitore revocato per mortem domini qui eum mercibus exercendis præpoſuerat, validè contrahit, cap. 12. num. 11. pag.86.

Contractus geſti à procuratore ignorante revocationem mandati ſuſtinentur, cap. 12. n. 14. pag. 86.

Nulliter contrahitur cum his quibus bonorum adminiſtratio à jure vel Judice interdicta eſt, c.12.n.45.p.89.

Etiamſi contrahens ignoraverit interdictionem, n.46. ibid.

Contractus nullitatem quando lex operatur, ignorantia non prodeſt contrahenti, cap.12. n. 51.p.90.

Contrahens cum inſtitore poſt mortem præponentis,

ponentis; valide contrahit; ſive mortem domini ſciverit, ſive non, cap.12.num.53. & 54. ibid.

Contrahendi facultas ſuper bonis vinculatis à quo poſſit vel debeat impetrari, cap.13.n.17. p. 92.

Contrahendi facultas ſuper bonis vinculatis impetrata nomine poſſeſſoris ſine ejus mandato inutilis eſt, c.13.n.21.p.93.

Niſi poſſeſſor illam ratam habeat expreſsè vel tacitè, n.22. ibid.

Sed hæc ratihabitio poſſeſſoris poſt decoctionem nullius eſt momenti, n.23. ibid.

Contrahendi facultas regia ſuper bonis majoratus operatur tantum ex tempore datæ, non ex tempore contractus, c.13.n.24. ibid.

Contractus ſuper bonis vinculatis celebratus ſub conditione impetrandi aſſenſum regium, ante impetrationem non obligat contrahentes qui ab illo recedere poſſunt, cap. 13. n.27. ibid.

Contractus ſuſpenditur ſi reſervatum ſit principis beneplacitum, & interim partes pœnitere poſſunt, c.13.n.32.p.95.

Secùs poſt expeditionem beneplaciti, nu.33. ibid.

In Contractibus rerum alienari prohibitarum quid operetur clauſula *Reſervato beneplacito*, *&c.* c.13.n.34. ibid.

In Contractu ſuper rebus feudalibus ſub conditione impetrandi aſſenſum domini directi, pœnitentiæ loco eſt, contra Carleval. cap.13.n. 35. ibid.

Contractus ſuper bonis majoratus ex defectu facultatis regiæ, nullus eſt ab initio, licèt ſub conditione illam impetrandi factus ſit, c.13.n. 38.p.96.

Contractus inchoatus & nondum perfectus incidens in caſum à quo incipere non potuit, vitiatur, c.13.n.39. ibid.

Vide *Creditor*.

Per Contractum ſecundo loco factum, non cenſetur receſſum à primo, ſi ſecundus ſit inutilis, c.14.n.13.p.98.

Vide *Nullitas*.

Contrahentium voluntas non poteſt declarari ex contractu nullo, quidquid ſit de ultimà voluntate, c.14.n.19.p.99.

Contrahentes non dicuntur habere animum novandi, ſi ſecundus contractus ſit nullus & inutilis, c.14.n.20. ibid.

Vid. *Obligatio*.

*Creditor*.

Creditores poſt concurſum formatum an egeant ceſſione debitoris ad agendum, vel excipiendum, & defendendum bona ipſius, c.1. n. 6. & per tot.

Creditores ex ceſſione bonorum tractant ſolùm de ſuorum creditorum juſtificatione, c.1. n.5. ibid.

Creditor poteſt repellere fidejuſſorem adverſus debitorem agentem, eo quod omiſerit exceptiones ſibi, & principali competentes, c.1.n. 12.p.4.

Creditores an poſſint opponere in judicio concurſus omnes exceptiones debitori competentes, c.1.n.14. ibid.

Creditores quo jure, quave ratione movere poſſint actiones debitori competentes contra quoſlibet poſt concurſum legitimè formatum, c.1. à n.15.p.4. uſque ad 34. p.6.

Creditores in hoc actionum & exceptionum uſu nihil ſibi exigunt, ſed debitori & corpori concurſus, c.1.n.24.p.5.

Creditores, juris cenſurâ, dicuntur procuratores debitoris decocti, de quibus tanquam intereſſe habentibus lex confidit, cap.1.n.25. ibid.

Creditor ratione ſui intereſſe poteſt ſtipulari debitori, c.1.n.26.ibid.

Creditores ad recuperationem bonorum debitoris, non egent mandato expreſſo, ſufficit enim tacitum & legale, c.1.n.27. ibid.

Creditor debitoris emphyteuticarii decocti poteſt ſolvere domino directo penſionem debitam abſque mandato debitoris, c.1.n.28.& 29.ibid. & ſeq.

Creditores hæreditarii, & legatarii, poſſunt agere contra tranſactionem initam inter hæredem inſtitutum & ſucceſſorem ab inteſtato, & dicere teſtamentum eſſe validum, cap. 1. num. 30. p.6.

Creditor poteſt provocare condominum rei communis hypothecatæ à ſuo debitore, & debitor tenetur ſtare huic diviſioni, c.1.num.31. ibid.

Creditores poſſunt agere ad recuperandum pignus debitoris ſui venditum per alium creditorem, c.1.n.31. ibid.

Creditores poſſunt intentare actionem læſionis contra emptorem rerum debitoris, cap. 1. n. 32. ibid.

Idemque procedit in datione in ſolutum à debitore facta, n.33. ibid.

Creditores poſſunt agere virtute pacti de retrovendendo appoſiti in favorem debitoris, c. 1. n. 34. ibid.

Quod intelligi debet in ſubſidium, n.35.ibid.

Creditores contra debitores debitoris ſui poſſunt movere actiones perſonales, cap.1.n.36. ibid.

Creditor donatarii poteſt petere inſinuationem pro validitate donationis, cap. 1. numer. 37. ibid.

Creditor pendente concurſu poteſt impetrare facultatem Regiam quam debitor neglexit petere pro obligandis bonis majoratus, vel feudi, c.1.n. 38. ibid.

Creditores ſive agendo, ſive excipiendo, poſſunt comparere ex perſona debitoris in judicio abſque ceſſione ad conſervanda bona ipſius debitoris, c.1.n.39. & 40.p.7.

Creditores ſinguli admittuntur ad ſe invicem excludendos in judicio Concurſus, c.1.n.23.p.4.

Creditores donatoris an ſibi poſſint deducere portionem debitori competentem ex cauſa donationis ne egeat, c.1.§.1.n.1.p.7.

Opinio negativa proponitur à n. 2. uſque ad 8. ibid.

Opinio affirmativa, quod ſcilicet creditores hoc beneficio competentiæ frui poſſint ex perſona debitoris donatoris, n.8. & ſeqq.p.8.

Creditores ſatisfaciendi ſunt ex actionibus debitori ſuo competentibus etiam ad ſuſtentationem ipſius, ut declaratur & probatur, c.1.§.1. n.9.cum aliis ſeqq.

Creditores non agunt ex jure ceſſo à debitore donatore, ſed tanquam procuratores ipſius, c.1. §.1.n.17.p.9.

Creditorum omnium æqualiter intereſt bona debitoris communis defendere; imò multo magis eorum qui perſonalem tantum habent actionem;

actionem, c.1.§.1.n.18.ibid.

Inter Creditores hypothecarios ex cauſa lucrativa & oneroſa an ſervetur regula, *Qui prior eſt tempore*, &c. c.1.§.1.n.19.ibid.

Creditores poſſunt uti actionibus & exceptionibus competentibus debitori abſque ceſſione, c.1.§.2.n.1.p.10.

Creditores ex perſona debitoris poſſunt intentare læſionem enormem vel enormiſſimam, c.1.§.2.n.2.ibid.

Creditor poteſt appellare à ſententia lata contra debitorem intentantem læſionem, n.3.ibid.

Creditores poſteriores poſſunt movere remedium læſionis contra adjudicationem factam primo creditori, c.1.§.2.n.4.ibid.

Creditor ſecundus an poſſit intentare remedium *leg.2. C. de reſcind.vend.* in venditione pignoris facta à primo creditore ſine dolo, c.1.§.2.n.6.ibid.

Opinio negativa proponitur n.7. & aliis ſeqq. uſque ad 12. ibid.

Opinione affirmativa probatur quod tam debitori quàm creditoribus ex ejus perſona competat remedium *d. leg.* 2. contra venditionem ritè factam à primo creditore, à n. 12. uſque ad fin.p.11.& ſeqq.

Creditores bona majoratus ex facultate Regia hypothecata diſcutientes, an jus habeant ad augmentum ſuperveniens poſt obligationem celebratam, c.2.per tot.p.15.

Creditores poſſunt petere ſeparationem bonorum defuncti à bonis hæredis ne creditores ipſius hæredis ex bonis defuncti quidquam capiant, c.4.n.37. & 38.p.37.

Creditores delinquentis an præferantur Fiſco in mercibus quæ in Commiſſum inciderunt, c.9. per tot. p.61.

Vide *Confiſcatio*, *Commiſſum*. *Merx*.

Creditores delinquentis ex cauſa Commiſſi non poſſunt prætendere hypothecam in mercibus confiſcatis ob defectum dominii in debitore, c.9.n.12.p.63.

Creditores an poſſint impedire demolitionem domus debitoris ob enorme delictum ipſius, c.9. n.31.32. & 33.p.65.

Sed vide etiam, n.89.ejuſd.c.p.111.

Creditores delinquentis etiam chirographarii præferuntur fiſco exigenti pœnam delicti, c. 9.n.60. cum aliis ſeqq. p.67.

Quæ tamen concluſio valdè controvertitur, & variæ DD. ſententiæ ſuper ea referuntur cum quinque diſtinctionibus, ibid. uſque ad nu. 73.p.69.

Creditoribus præfertur Fiſcus in mercibus quæ in commiſſum quo quomodo inciderunt, c.9. nu.74. & ſeqq. ibid.

Vide *Fiſcus*.

Creditoribus nocere non poteſt poſſeſſor majoratus poſt formatum concurſum: nec impetrare reſcriptum confirmatorium præcedentis alienationis, c.13.n.19. & 20.p.93.

Creditor impetrans facultatem alienandi bona majoratus in vim pacti præcedentis decoctionem debitoris, dicitur impetrare ſine debitoris conſenſu, c.13.n.36.p.95.

Creditor impetrans aſſenſum regium poſt formatum concurſum à debitore, graduari non poteſt ad bona majoratus, c.13.n.40.p. 96.

Creditores quibuscum formatum eſt concurſus judicium, eo pendente poſſunt ex jure & perſona debitoris communis validè impetrare facultatem regiam pro validitate contractuum ſuper bonis majoratus in favorem ipſius debitoris celebratorum ſub conditione impetrandi regium aſſenſum, c.13.n.42.43. & 44. ib.

Creditor conſentiendo alienationi rei ſibi obligatæ, recuperat hypothecam, ſi contractus alienationis ſit nullus, c.14.n.10.p.98.

Creditor poteſt agere ex priori contractu nulliter innovato, & debet graduari in concurſu, c. 14.n.18.p.99.

Creditor poſterior an poſſit præferri anterioribus ex reſcripto Principis, c.16.n.1.p.104.

Creditor poteſt acquirere jus hypothecæ in bonis debitoris ex reſcripto Principis, cap. 16. n.8. ibid.

Vide *Reſcriptum*.

Creditori jus quæſitum non tollitur à Principe, c.16.n.22.p.106.

Vid. *Princeps*.

Creditor ex decreto *Ferdinandi Regis* hypothecariam actionem dividere coactus eſt adverſus omnes bonorum hypothecatorum poſſeſſores, ex æquitate, c.16.n.6. & 7. p.104.


## D

### *Debitor*.


Debitor ſui ipſius nemo eſſe poteſt, c.6. nu. 21.22.p.47.

Debitor non poteſt conſtituere hypothecam in re aliena, c.9.n.24.p.64.

Debitoris jure reſoluto in mercibus confiſcatis ex cauſa Commiſſi, reſolvuntur hypothecæ creditorum, cap. 9. nu. 77. 94. 97. & 102. p. 69. & ſeqq.

Debitoris delictum an & quomodo noceat creditoribus, c.9.per tot.p.61.

Vide *Hypotheca*.

Debitor decoctus poſt formatum concurſus judicium privatur adminiſtratione bonorum ſuorum & habetur pro mortuo, cap.12. num. 2. p.85.

Debitor debitoris decocti non liberatur ſolvendo ipſi, niſi probabiliter ignoraverit concurſum & decoctionem, c.12.n.24.p.87.

Vide *Concurſus*. *Ignorantia*.

Debitor decoctus privatur rerum ſuarum adminiſtratione, c.12.n.31.p.88.

Et ideo ſententia contra debitorem lata poſt formatum concurſum non nocet creditoribus, c. 12.n.32. & aliis ſeqq. ibid.

Debitor in judicio concurſus eſt pars formalis provocans ſuos creditores, ut contra ipſum ſua jura deducant, & ſic eſt legitimus contradictor, c.12.n.36.ibid.

Vide *Sententia*.

Debitor etſi privetur rerum ſuarum adminiſtratione poſt formatum concurſum, non tamen deſinit eſſe dominus & poſſeſſor, c.12.n.40.& 41.p.89.

Debitor, etiam pendente concurſu, poteſt coram alio judice competente convenire ſuos debitores, non tamen in præjudicium creditorum non citatorum, c.12.n.47. & 48. ibid.

Debitor poſt concurſum formatum non poteſt res ſuas alienando transferre dominium in acquirentem, c.12.n.26.p.87.

Et quid ſi acquirens ignoret concurſum; nu.43. 44. & aliis ſeqq. p.89.

Vide *Alienatio*.

Debitor exigens ea quæ ſibi debentur, pendente concurſu, tenetur crimine ſtellionatus, cap. 12. n. 4. p. 85.
Vide *Solutio.*
Debitor qui bonis ceſſit habetur pro mortuo circa actus tangentes bonorum ſuorum adminiſtrationem, c. 13. n. 2. p. 91.
Debitor decoctus non habet velle neque nolle, c. 13. n. 26. p. 93.
Debitores ſæpe impetrant reſcripta moratoria etiam in præjudicium creditorum, c. 16. n. 2. p. 104.
Debitor impetrans dilationem moratoriam debet ſatiſdare de ſolvendo poſt terminum, c. 16. n. 12. & 13. p. 105.
Debitor propter inficiationem debiti, damnari poteſt ad intereſſe propter moram, etiam pendente judicio concurſus, cap. 17. nu. 4. pag. 108.
Secùs tamen eſt ſi fateatur, & ſola mora procedat ex judicio concurſus, cap. 17. numer. 5. ibid.
Debitor an excuſetur à mora & intereſſe propter moram debito ob difficultatem ſolvendi, c. 17. n. 13. p. 109.
Debitor formando judicium concurſus, voluntarium contrahit impedimentum ſolvendi creditoribus ſuis, c. 17. n. 17. p. ibid.
Debitor ſpeciei interitu illius liberatur regulariter, c. 17. n. 22. ibid.
Debitor ſpeciei interitu illius non liberatur ſi mora præceſſerit, c. 17. n. 23. p. 110.
Debitor nõ poteſt validè ſolvere creditoribus ſuis, pendente judicio concurſus, c. 17. n. 28. ibid.
Debitoris culpæ non imputatur beneficium ceſſionis bonorum, c. 17. n. 33. p. 111.
Debitor excuſatur à mora & intereſſe propter impotentiam ſolvendi, c. 17. n. 34. ibid.
Maximè ſi impotentia præceſſerit moram, n. 35. ibid.
Debitor deſinit eſſe in mora quæ habet tractum temporis ſucceſſivum, poſt formatum judicium concurſus, c. 17. n. 41.

*Defendere. Defenſor.*

Defendere eſt eandem vicem quam reus ſubire, c. 1. §. 1. n. 15. p. 8.
Defenſor in quo differat à fidejuſſore, c. 1. §. 1. n. 16. p. 9.

*Delictum. Delinquens.*

Vid. *Domus.*
Delinquens amittit ipſo jure dominium mercium confiſcatarum ex cauſa Commiſſi, c. 9. n. 13. & 14. cum aliis ſeqq.
Vid. *Creditor, Hypotheca. Merx.*
Delinquens ante delictum admiſſum erat dominus, & privatur ſuo dominio tantùm, ex quo delictum conſummavit, cap. 9. num. 37. & 42. p. 65.
Delinquens in atrocioribus privatur ipſo jure dominio & adminiſtratione rerum ſuarum à tempore delicti, c. 9. n. 78. p. 69.
Delictum debitoris licèt importet pœnam amiſſionis bonorum ipſo jure, non tamen extinguit hypothecam anteriorem, nec jura creditorum, c. 9. n. 79. ibid.
Delinquens ſervus hypothecatus poteſt damnari ad mortem, non attento jure domini, nec creditorum, c. 9. n. 100. p. 74.
Vid. *Commiſſum. Fiſcus.*
Vid. *Confiſcatio. Merx.*

*Demonſtrare.*

Idem eſt demonſtrare perſonam per ſignum certum, vel ipſam nominatim exprimere, cap. 2. n. 92. p. 23.

*Dictio.*

Dictio *ſtatim*, eſt ſignificativa temporis quo diſpoſitio incipit operari, cap. 9. num. 41. p. 65.
Vid. *Diſpoſitio.*

*Dilatio.*

Dilatio moratoria non conceditur à Principe debitori niſi prævia ſatisdatione de ſolvendo poſt terminum, c. 16. n. 12. p. 104.
Dilationis moratoriæ conceſſione ſecuriores redduntur creditores propter fidejuſſionem à debitore præſtitam, c. 16. n. 13. ibid.

*Diſpoſitio.*

Diſpoſitio ſuper augmento, eſt novus contractus reſpectu Tertii, c. 2. n. 83. p. 22.
Vid. *Augmentum.*
In omni Diſpoſitione ſolùm continentur ea jura quæ exiſtebant tempore diſpoſitionis, non autem futura, c. 2. n. 94. p. 24.
Diſpoſitio bonorum per nomina poſſeſſiva complectitur omnia bona mobilia & immobilia, jura & actiones, c. 2. n. 217. p. 26.
In omni diſpoſitione cauſa primæva & initium attendi debet, c. 2. n. 46. p. 19.
Qui diſponere non poteſt de actu à ſe geſto nihil probat aſſerendo aliquid factum fuiſſe, c. 3. n. 33. p. 37.
Diſpoſitio etiam expreſſa ad poſſibilitatem diſponentis adaptatur, c. 3. n. 34. ibid.
Diſpoſitio univerſalis juncta alicui adjectivo, vel participio, reſtringitur ad ſignificationem illius, c. 9. n. 40. p. 65.
Diſpoſitio quantumvis generalis reſtringitur per adjunctum illi inhærens, cap. 9. num. 38. ibid.
Diſpoſitio ſub aliquo ſuppoſito, quod falſum detegitur, nulla eſt, c. 11. n. 16. p. 82.
Vid. *Ignorantia.*
Diſpoſitum in uno æquiparatorum cenſetur etiam diſpoſitum in alio, c. 13. n. 5. & 6. p. 92.
Ex diſpoſitione nulla & irrita voluntas teſtatoris deduci poteſt, cap. 14. n. 4. & 19. p. 97. & 99.
Secus eſt in contrahentibus, n. 19. p. 99.
Diſpoſitionem juris eandem ſubeant caſus quos nectit rationis identitas, cap. 16. numer. 4. p. 104.
Diſpoſitum in uno, ſubintelligitur diſpoſitum in altero, quoties duo caſus æquiparantur, c. 2. n. 38. p. 18.

*Dominium.*

Dominium fundi amittitur per occupationem fluminis, c. 2. n. 29. ibid.
Dominium utile conſolidatum cum directo, accreſcit majoratui in quo dominium directum erat contentum, c. 2. n. 39. ibid.
Dominium utile unitum ex legis diſpoſitione per attractationem tranſit cum directo ad quemcunque, c. 2. n. 41. ibid.
Dominium fundi à flumine occupati dominus amittit, c. 2. n. 28. ibid.
Dominium mercium ex cauſa Commiſſi confiſcatarum acquiritur fiſco ipſo jure, c. 9. n. 2. 13. & 14. p. 61. & 63.
Vid. *Fiſcus.*
Dominii translatio impeditur, ex lege prohibitiva

bitiva acquiſitionis; c. 9. num. 10. p. 63.
Dominium non acquiritur ex actu nullo, c. 9. n. 11. ibid.
Dominium mercium prohibitarum non acquiritur fiſco ex cauſa Commiſſi niſi à die delicti perpetrati, cap. 9. num. 34. & aliis ſeqq. p. 65.
Dominium rei hypothecatæ tranſit in Tertium cum ſuo onere, c. 9. n. 76. p. 69.
Dominium non transfertur in rebus alienari prohibitis, c. 12. n. 6. & 7. & 25. p. 85. & 87.
Dominium non acquirit qui ſcienter emit ab eo cui bonorum adminiſtratio interdicta eſt, c. 12. n. 49. p. 90.
Dominium acquiritur ei qui à non domino rem accepit, ſi concedens ex poſt facto dominus fiat, c. 7. n. 19. p. 51.

*Dominus.*

Dominus rei in concurſum deductæ præfertur cæteris creditoribus anterioribus & privilegiatis, c. 9. n. 4. p. 62.
Vid. *Commiſſum.*
Dominus rei in concurſu creditorum ipſis præfertur, quando dominium præceſſit hypothecam, c. 9. n. 23. p. 64.
Dominus alienans rem alienari prohibitam, non transfert dominium, c. 12. n. 6. p. 85.
Dominus cogitur recipere penſionem de manu creditoris abſque mandato debitoris emphyteuticarii, c. 1. n. 28. p. 5.
Vid. *Actus.*
Dominus fundi occupati à flumine dominium amittit, c. 2. n. 28. p. 18.

*Domus.*

Domus delinquentis deſtrui poteſt ob publicam vindictam in atrocioribus delictis, etiam in damnum creditorum hypothecariorum ipſius, c. 9. n. 8. p. 62.
Contraria opinio defenditur quæ communior videtur, n. 31. p. 65.
Limitatur, n. 32. & 33. ibid.
Sed vide infrà, n. 89. p. 71.
Domus communis quæ commodè dividi non poteſt an poſſit deſtrui propter delictum unius non obſtante præjudicio alterius condomini, c. n. 89. verſ. Fulcitur ibid.
Si Domus, ſuper qua impoſita eſt hypotheca, perierit, licèt ex eiſdem tignis reficiatur, hypotheca remanet extincta, cap. 9. num. 98. p. 73.
Domum privati Princeps auferre poteſt ad publicam utilitatem, data compenſatione, c. 9. n. 105. p. 74.
Domus privatæ dirui poſſunt ob publicorum ædificiorum conſtructionem, cap. 9. num. 106. p. 75.
Domum privati poteſt Magiſtratus jubere deſtrui pro decore civitatis, c. 9. n. 107. ibid.
Vel pro ædificanda aut extendenda Eccleſia, n. 108. ibid.
Domo deſtructa authoritate publica an extinguantur hypothecæ ſuper ea impoſitæ, c. 9. n. 109. ibid.

*Donator. Donatio.*

Donator habet exceptionem ne conveniatur ultra quam facere poſſit deducto ne egeat contra donatarium, c. 1. §. 7. n. 3. p. 7.
Et an hæc exceptio tranſeat ad creditores donatoris, n. 8. & ſeqq. ibid. p. 12.
Vid. *Exceptio.*
Donator delegatus à donatario an fruatur privilegio ne conveniatur ultra quam facere poſſit contra creditorem donatarii delegantis, c. 1. §. 1. n. 4. p. 7.
Donatio inducta à lege non requirit acceptationem donatarii, c. 9. n. 118. p. 76.
Donatione ob ingratitudinem donatarii revocata, reſolvitur & extinguitur hypotheca ante revocationem impoſita, bonaque donata redeunt libera ad donatorem, c. 9. n. 96. verſ. ex quo fonte, p. 73.

*Dos.*

Pactum de lucranda dote extenditur ad ejus augmentum ſuperveniens, etiamſi de eo partes nihil dixerint ab initio, c. 2. n. 11. p. 16.
Statutum diſponens ſuper lucro dotis extenditur ad augmentum ejus, c. 2. n. 12. ibid.
Dotis augmentum ſuperveniens an fruatur privilegio hypothecæ pro dote principali ab initio conſtitutæ, c. 2. n. 16. ibid.
Sed vide infr. ibid. n. 60. & 61. p. 20.
Hypotheca pro dotis augmento non nocet contrahentibus cum marito inter dotem principalem & ejus augmentum, c. 2. n. 84. ibid.
Vid. *Hypotheca.*
Pactum juratum de dote non alienanda, impedit translationem dominii, c. 12. n. 7. p. 85.
Quod declaratur, n. 8. & 9. ibid.
Dos ex delicto mulieris confiſcari poteſt non obſtante præjudicio mariti, c. 9. n. 89. p. 71.

*Durare.*

*Durare* idem eſt ac *Renovare*, c. 2. n. 66. p. 21.

E

*Emere. Emptor.*

EMptæ rei periculum & augmentum pertinent ad Emptorem poſt emptionem & venditionem perfectam, c. 2. n. 32. p. 18.
Emens ſcienter ab eo, cui bonorum adminiſtratio interdicta eſt, non acquirit dominium, c. 12. n. 49. p. 89.
Emens officium à Principe poteſt conqueri ſi augeatur numerus officiorum pro ſuo intereſſe & damno inde contingente, & impugnare tale augmentum, c. 1. n. 23. p. 4.
Emptor læſus an & quando poſſit reclamare adverſus emptionem, aut venditor adverſus venditionem, c. 1. §. 2. n. 13. p. 11.
Vid. *Beneficium leg. 2. C. de reſc. vend.*

*Emphyteuſis.*

Emphyteuſim legans non intelligitur legare dominium directum quod poſtea acquiſivit, cap. 5. n. 18. p. 42.
Emphyteuſis ſi revertatur ad dominum directum, revertitur libera & extinguitur hypotheca ſuper ea conſtituta, c. 5. n. 20. ibid.
Emphyteuſi prorogata ad plures generationes, prorogatur hypotheca ſuper ea conſtituta, cap. 5. n. 21. ibid.
Emphyteutica bona cadentia in commiſſum redeunt ad dominum libera ex natura rei & conditione contractus, cap. 9. n. 26. & 27. p. 64.
Vid. *Commiſſum.*
Emphyteuta privatur adminiſtratione bonorum ob dilapidationem, c. 15. n. 1. p. 100.

Quæ

Quæ tenetur ante tempus reſtituere, n. 2. ibid.

Emphyteuta privatur omni jure & commoditate fructuum ob dilapidationem bonorum vinculatorum, c. 15. n. 13. 16. & p. 101.

*Exceptio.*

Exceptiones debitori competentes an poſſint opponi à creditoribus ejuſdem, c. 1. n. 12. 13. & 14. & n. 23. ubi redditur ratio. p. 4.

Vid. *Creditor.*

Exceptio ne donator conveniatur ultra quam facere poſſit deducto ne egeat, an competat creditoribus ejuſdem, c. 1. §. per tot. p. 7.

Exceptio, *deducto ne egeat*, donatori, marito, ſocio, competens, non prodeſt fidejuſſoribus nec hæredibus eorum, c. 1. §. n. 3. ibid.

Exceptio hæc inopiæ, ſeu deducto, ne excipiens egeat, eſt perſonalis, n. 4. ibid. & n. 12. & 13. pag. 8.

Exceptionem hanc, *ne egeat*, opponunt creditores ex perſona ſui debitoris donatoris & tanquam procuratores ipſius, cap. 1. §. 1. n. 14. ibid.

Exceptio Excuſſionis eſt dilatoria, & debet opponi intra terminum dilatoriarum, cap. 3. nu. 38. p. 31.

Exceptionem Tertio competentem Princeps ſuo reſcripto tollere non debet, c. 16. n. 21. p. 106.

Exceptiones omiſſas per debitorem litigantem cum Tertio, Fiſcus pro ſuo intereſſe opponere & deducere poteſt, c. 1. n. 14. p. 4.

Vid. *Mora.*

*Extremum.*

Extremum inhabile ad quod refertur contractus impedit fictionem retroactivam, cap. 11. num. 23. p. 83.

Extrema habilia requiruntur in fictione retroactiva, c. 13. n. 25. p. 93.

*Facultas Regia.*

Facultas Regia alienandi ſeu obligandi bona Majoratus, vel feudi, impetrari poteſt à creditore, Concurſu etiam pendente; ſi debitor negligens fuerit in illa petenda, c. 1. n. 37. p. 6.

Vid. *Creditor.*

Facultas à Rege conceſſa hypothecandi bona majoratus, an extendatur ad bona poſtea illi aggregata, c. 2. per tot. p. 14.

Facultas Regia impetrata ad obliganda bona majoratus, an extendatur & comprehendat alia bona jam tunc temporis illi adjuncta. ibid.

Facultas, & hypotheca præcedens an extendatur ad augmentum proveniens ex aggregatione bonorum per Tertium extraneum, cap. 2. n. 25. ſeqq. p. 17.

Facultas limitata alienandi bona majoratus, intelligitur denegata in aliis etiam connexis, c. 2. n. 77. p. 22.

Facultas ad condendum majoratum conceſſa à Principe non extenditur ad bona poſtea aggregata ab eodem conditore, cap. 2. n. 85. p. 23.

Facultas Regia ad hypothecanda bona majoratus an extendatur ad jam aggregata, nulla de illis facta relatione ad principem, cap. 2. n. 103. & 109. p. 25.

Facultas nunquam conceditur ad hypothecandum majoratum, ſed bona ipſius tantùm, cap. 2. n. 103. p. 26.

Facultas alienandi bona majoratus à Rege obtenta remittitur arbitrio & voluntati impetrantis, c. 8. n. 48. p. 58.

Facultas transferendi penſionem non cogit penſionarium ad transferendum, cap. 8. num. 50. ibid.

Facultas regia requiritur ad obliganda bona majoratus eo tempore quo exiſtunt conſanguinei ad illum vocati, cap. 11. num. 6. & ſeqq. pag. 81.

Facultas regia hypothecandi bona majoratus, inutilis eſt, quando bona re ipſa libera ſunt per extinctionem familiæ, cap. 11. num. 15. pag. 82.

Facultas regia ſuperveniens hypothecæ jam contractæ, confirmat tantum illam ut ex nunc, non verò ut ex tunc, c. 11. n. 23. p. 83.

Facultas alienandi bona vinculata, poſt mortem alienantis poſſeſſoris impetrata, non prodeſt ad validandam alienationem, cap. 13. n. 3. p. 91.

An facultas alienandi bona feudalia, vel majoratus, impetrata pendente concurſus judicio, valida ſit, c. 13. n. 8. p. 92.

Reſolvitur negativè, ibid. n. 16. ibid.

Facultas alienandi bona majoratus, impetrata in vim pacti præcedentis decoctionem, an ſit valida, c. 13. n. 9.

Negativa opinio probatur, ibid. n. 20. p. 94.

Facultas alienandi bona vinculata pendente concurſu impetrata, ſera nimis eſt invalida, c. 13. n. 16. p. 92.

Facultas contrahendi ſuper bonis vinculatis à quo poſſit vel debeat impetrari, cap. 13. n. 17. ibid.

Facultatem alienandi, vel hypothecandi bona majoratus à ſolo poſſeſſore impetrari poſſe probatur, c. 13. n. 18. p. 93.

Facultas contrahendi ſuper bonis vinculatis impetrata nomine poſſeſſoris ſine ejus mandato, inutilis eſt, c. 13. n. 21. ibid.

Declara ut n. 22. & 23. ibid.

Facultas regia ad contrahendum ſuper bonis majoratus operatur tantum ex tempore datæ, non ex tempore contractus, cap. 13. n. 24. ibid.

Facultas regia à creditore impetrata etiam in vim pacti præcedentis decoctionem debitoris, dicitur impetrata ſine debitoris conſenſu, c. 13. n. 36. p. 97.

Facultatem habens à jure, vel ab homine, diſponendi de re aliqua, ſi illam hypothecaverit cenſetur uti hac facultate, licèt expreſsè non dixerit, c. 11. n. 3. p. 81.

*Ferdinandus Rex.*

Ferdinandi Regis decretum quo creditor hypothecariam actionem dividere coactus eſt ex æquitate, & eam exercere pro rata contra omnes bonorum hypothecatorum poſſeſſores, c. 16. n. 6. & 7. p. 104.

*Feudum.*

Feudi jure reſoluto reſolvitur hypotheca ſuper eo impoſita, c. 8. n. 52. p. 99.

Explicatur text. *in cap. 1. §. rurſus, ſi fidelis, quib. mod. feud. amitt. in uſib. feud.* cap. 8. num. 51. ibid.

Feudalia bona alienandi facultas impetrata pendente concurſu an ſit valida, cap. 13. num. 8. & 16. p. 92.

Feudatarius alienans bona feudalia ſalvo aſſenſu regio, ſi bonis ceſſerit ante aſſenſum impetratum,

tratum; an proſit aſſenſus poſt decoctionem obtentus, c.13. n.13. & 14. ibid.

Feudum alienare promittens ſine aſſenſu domini poteſt pœnitere; nec tenetur ad intereſſe, c. 13. n. 28. p. 94.

Feudatarius privatur omni jure, adminiſtratione, & commoditate feudi propter dilapidationem bonorum, c.15. n.13. p.101.

*Flumen.*

Dominus fundi à Flumine occupati, dominium amittit, c.2. n.28. p.18.

Impoſſibile eſt alveum alterius juris eſſe quàm flumen, c. 2. n. 29. ibid.

Fluminis cauſam alveus ſequitur, c.2. n.30. ib.

Alveus à Flumine derelictus, eorum eſt qui prope ripam prædia poſſident, c.2. n.31. ib.

Vid. *Augmentum.*

*Fictio.*

Fictio retrotractiva requirit utrumque extremum habile, c.11. n.23. p.83.

Et c.13. n.25. p.93.

Fictio retrotractiva non nocet contrahentibus quibus medio tempore jus quæſitum eſt, c.13. n. 37. p. 95.

*Fidejuſſor.*

Fidejuſſores non fruuntur privilegio donatoris & ſimilibus competente *ne egeant*, cap.1. §.1. n. 3. & 13. p.7. & 8.

Fidejuſſor ex propria obligatione convenitur, c. 1. §. 1. n.16. p. 10.

Fidejuſſio primi contractus non trahitur ad poſtea conventum, c. 2. n.84. p.22.

Fidejuſſor in quo differat à defenſore, cap.1. §.1. n. 16. p. 9.

Fidejuſſio operatur in portione aucta per jus accreſcendi, c. 2. n.14. p.16.

*Filius.*

Filius an teneatur ſatisfacere creditoribus patris ſui ex fructibus bonorum adventitiorum, ſi pater ob dilapidationem privetur uſufructu, c. 15. n.3. & per tot. p.100.

Filius an habeat hypothecam ſuper fructibus bonorum ſuorum adventitiorum ad conſequenda alimenta, c.15. n.10. p.101.

Filius non videtur præferendus creditoribus patris in fructibus adventitiorum, cap. 15. n.12. ibid.

Sed contrarium probatur n. 13. & ſeqq. ibid.

Filius recipit & ſibi conſolidat bona adventitia pleno jure, & ab omni hypotheca à patre impoſita libera, ob dilapidationem à patre factam, c. 15. n. 13. 14. 15. 23. & aliis ſeqq. ib. & ſeq.

Filius ſi acquirat adventitia pleno jure per renunciationem à patre factam, an & quando teneatur ſatisfacere creditoribus patris ex fructibus, c.15. n. 24. & aliis ſeqq. ibid.

Quid etiam per emancipationem filii remiſſivè, n. 28. p. 103.

*Fiſcus.*

Fiſcus acquirit ipſo jure dominium mercium ex cauſa Commiſſi confiſcatarum, c. 9. n. 2. 13. & 14. 61. & 63.

Vid. *Commiſſum.*

Fiſcus ſuccedit in bonis confiſcatis ex vindicta publica, non per repræſentationem, & tranſmiſſionem, ſed per privationem & annihilationem perſonæ delinquentis, cap. 9. n. 20. & 21. pag. 64.

Fiſcum ſemper præferri creditoribus in mercibus quæ in Commiſſum inciderunt quocumque modo, reſolvitur ex pluribus fundamentis, c. 9. n.74. & ſeqq. p. 69.

Fiſcus occupans omnia bona delinquentis tanquam hæres vel ſucceſſor univerſalis, tenetur ſatisfacere omnibus creditoribus delinquentis ex bonis confiſcatis, in ſolidum, c. 9. n.81. pag. 70.

Fiſcus non obligatur in ſolidum erga creditores delinquentis, ſed tantùm pro rata, in confiſcatione partis quotitativæ bonorum, c. 9. n. 82. ibid.

Fiſcus non tenetur ſatisfacere creditoribus delinquentis in confiſcatione rei particularis ſeu mercium ex cauſa Commiſſi, c. 9. n. 83. & 88. p. 70. & 71.

Fiſcus tanquam hæres vel ſucceſſor univerſalis delinquentis, tenetur ſtare locationi, ſicut tenebatur delinquens, c.9. n.87. p. 71.

Fiſcus efficitur dominus pleno jure, & ſine onere, mercium confiſcatarum ex cauſa Commiſſi, c. 9. n. 103. p. 74.

Fiſcus creditor ratione ſui intereſſe poteſt opponere & deducere exceptiones omiſſas à debitore litigante cum Tertio, cap. 1. n. 14. verſ. & quod, p. 4.

G

*Gabella.*

Gabella ſuper tritico impoſita, debetur ex farina, c. 4. n. 49. p. 39.

Gabella quæ debetur ex oleo, debetur pro oleo ex quo conficitur tertia ſpecies, putà pro ſapone, c. 4. n.41. ibid.

Gabella quæ pro ſerico debetur, etiam pro ſerico contexto debebitur, c. 4. n. 52. ibid.

Gabellam non poteſt Princeps augere in damnum conductoris, c. 1. n. 23. ad fin. p. 5.

*Genus.*

Genus habetur pro ſpecie, quando non poteſt verificari niſi in una ſpecie, c. 2. n.92. & 93. p. 23. & 24.

H

*Hæreditas.*

Hæreditate adita, bona defuncti & hæredis ita conſolidantur ut unicum fiat patrimonium adeuntis, c.4. n.36. p.37.

Si Hæreditas dividatur inter hæredem ſcriptum & legitimum, ex titulo tranſactionis per Quotas, uterque convenitur à creditoribus hæreditariis: ſecùs, ſi dimiſſis quibuſdam rebus ſpecialibus uni, relinquatur hæreditas alteri, tunc enim ſolus ſucceſſor univerſalis conveniendus eſt, c.9. n.85. & 86. p. 70.

Vid. *Fiſcus.*

Si tranſactio ſuper Hæreditate facta ſit inter hæredem inſtitutum & legitimum, poſſunt creditores hæreditarii & legatarii illam impugnare & probare validitatem teſtamenti quatenus ipſorum intereſt, c. 1. n. 30. p. 6.

*Hypotheca.*

Hypotheca competens ex cauſa lucrativa & onero-

oneroſa, an fruantur regula, Qui prior eſt tempore, eſt potior jure, cap. 1. §. 1. num. 19. pag. 9.

Hypotheca generalis non ſolùm comprehendit bona acquiſita, verum etiam noviter incorporata in patrimonio debitoris, cap. 2. n. 5. p. 15.

Hypotheca juris extenditur ad augmentum ipſius juris, c. 2. n. 7. ibid.

Hypotheca eſt ſtricti juris nec admittit extenſionem quando facultas hypothecandi eſt ſtricti juris, n. 8. ibid.

Hypotheca contracta ſuper fundo qui per alluvionem poſtea crevit, ad augmentum extenditur, c. 2. n. 15. p. 16.

Hypotheca tacita dotalis an trahatur ad augmentum poſtea ſuperveniens, n. 16. ibid.

Hypotheca expreſsè pro vino, oleo, tritico, promiſſa, extenditur ad valoris augmentum, ſi poſtea augeatur, c. 2. n. 21. p. 17.

Hypotheca protrahitur ad meliorationes in re hypothecata factas, num. 22. & 50. ibid. & pag. 19.

Hypotheca præcedens non extenditur ad augmentum proveniens ex aggregatione bonorum facta per tertium extraneum, cap. 2. n. 25. p. 17.

Et n. 78. & 79. p. 22.

Hypotheca contracta ſuper re principali extenditur ad augmentum naturale per alluvionem & ex natura rei proveniens, cap. 2. n. 26. p. 17.

Et per conſolidationem uſusfructus cum proprietate, n. 15. 26. & 36. ibid. & p. 18.

Vid. *Conſolidatio.*

Hypotheca contracta à poſſeſſore beneficii ſuper fructibus ipſius extenditur ad augmentum quod ratione penſionis extinctæ advenit eidem, c. 2. n. 48. p. 19.

Hypotheca præcedens ſimpliciter contracta comprehendit augmentum proveniens ex facto hominis inſeparabiliter ab ipſa re, cap. 2. n. 50. ibid.

Veluti ſi ædificia vel melioramenta facta fuerint in re hypothecata, n. 50. ibid.

Hypothecæ repetitio an ſubintelligatur facta in ſecundo contractu, c. 2. n. 57. p. 20.

Et n. 63. cum ſeqq. p. 21.

Hypotheca data pro augmento dotis, nova eſt, c. 2. n. 59. p. 20.

Hypotheca adjecta augmento dotis diverſa eſt ab illa quæ doti principali adjecta erat, cap. 2. n. 60. ibid.

Hypotheca augmenti dotis oritur ex nunc à tempore contractus augmenti, cap. 2. num. 61. ibid.

Hypothecæ renovatio non operatur à tempore prioris conductionis, ſed ſecundæ, c. 2. nu. 63. cum aliis ſeqq. p. 21.

Vid. *Augmentum.*

Hypothecatæ rei unitum non eſt ſemper hypothecatum, quod declaratur, c. 2. nu. 69. cum aliis ſeqq. ibid.

Hypotheca ex facultate Regia conſtituta ſuper una re majoratus, non extenditur ad aliam quantumvis connexam, c. 2. n. 77. p. 22.

Hypotheca contracta ſuper re principali qua ratione cenſeatur renovata in augmento proveniente ab ipſius contrahentibus, cap. 2. n. 78. ibid.

Hypothecæ repetitio ſolùm adeſt inter ipſos principales contrahentes in tacita reductione, c. 2. n. 81. ibid.

Hypotheca præcedens non operatur reſpectu Tertii qui rem ſuam pro ſecuritate contractus hypothecavit, c. 2. n. 82. ibid.

Hypotheca contracta in augmento dotis non operatur in præjudicium contrahentis cum marito inter dotem principalem & ejus augmentum, c. 2. n. 84. ibid.

Hypotheca ſpecialis non extenditur ad bona futura, c. 2. n. 91. p. 23.

Hypotheca ſpecialis eſt quæ limitatur ad certum genus bonorum, c. 2. n. 92. ibid.

Hypotheca reſtricta ad certum genus bonorum non comprehendit futura & noviter quæſita, c. 1. n. 93. p. 24.

Hypotheca bonorum majoratus ex facultate Regia non afficit ipſum majoratum, c. 2. n. 95. 96. & 97. ibid.

Hypotheca contracta ſuper fructibus beneficii, non extenditur ad fructus beneficii uniti, c. 2. n. 101. p. 25.

Hypotheca contracta ſuper bonis dotalibus non extenditur ad augmentum dotis poſtea datum ab uxore, vel ab alio ejus nomine, c. 2. num. 102. ibid.

Hypotheca facultas bona majoratus an extendatur ad bona jam aggregata tempore conceſſionis, nulla de illis facta relatione ad Principem, c. 2. n. 103. & ſeqq. ibid.

Hypotheca non ſubſiſtente in principali, illæſum manet acceſſorium, c. 2. n. 114. p. 26.

Hypotheca impoſita ſuper jure ex natura ſua reſolutivo, extinguitur ipſo extincto, cap. 4. n. 2. p. 34.

Hypotheca durat ſuper materia confuſa quæ facta ſit alia ſpecies, dummodo ſit reducibilis ad priorem materiam, c. 4. num. 10. & 11. p. 35.

Hypotheca ſuper uſufructu conſtituta non extinguitur per acquiſitionem proprietatis factam à debitore fructuario, c. 4. n. 16. & 60. ibid. & p. 39.

Hypotheca Tertii remanet illæſa, nec extinguitur per confuſionem actionum inter creditorem & debitorem, c. 4. n. 21. 22. & 23. p. 35. & 36.

Vid. *Tertius.*

Hypothecari non poteſt jus uſufructus, ſed ſola commoditas fructuum, c. 4. n. 24. p. 36.

Vid. *Uſusfructus.*

Hypotheca confirmatur & validior fit, ſi qui rem alienam hypothecavit tanquam ſuam poſtea ejus dominium acquirat, cap. 2. num. 26. ibid.

Hypotheca confirmatur ſi debitor habens poſſeſſionem rei hypothecæ poſtea acquirat proprietatem, c. 4. n. 27. ibid.

Hypotheca augetur per augmentum & meliorationem pignoris, c. 4. n. 28. ibid.

Aliud eſt extingui hypothecam ſuper uſufructu contractam, per extinctionem uſusfructus ſeu conſolidationem reſpectu Tertii, aliud reſpectu debitoris obligati, c. 4. num. 29. & 30. ibid.

Ut Hypotheca extinguatur per materiæ obligatæ mutationem, debet materia ita tranſire in materiatum, ut prima materia eſſe deſinat, & incipiat nova ſpecies fieri, c. 3. num. 34. p. 37.

Hypotheca durat in re conſolidata, quoties eſt reducibilis ad priorem formam, ibid.

Hypothecam ſuper uſufructu formali poteſt dominus ipſe conſtituere ſeparatim à proprietate ſibi reſervata optimo jure, ſive hypothecæ non obnoxia, c.4. n.39. ibid.

Hypothecam non extinguit mutatio rei in ejus qualitatibus tantùm, c. 4. n. 40. p. 38.

Hypotheca remanet, etiam forma rei mutatâ, quando non forma, ſed ſubſtantia ipſa fuit obligata, c. 4. n. 41. & 42. ibid.

Hypotheca durat quando ſpecies eſt ſolum confuſa cum eadem ſpecie materiæ quia res dicitur adhuc extare, c. 4. n. 47. ibid.

Hypotheca ſuper frumento impoſita non extinguitur, quamvis reductum ſit ad farinam, c. 4. n. 48. p. 39.

Hypotheca perſeverat ſi debitor hypothecans uſumfructum vel aliud jus quod habebat in aliqua re, rem ipſam poſtea pleno jure acquirat, c. 4. n. 53. cum aliis ſeqq. ibid.

Hypotheca ſuper commoditate uſusfructus contracta extinguitur, ſi uſusfructus conſolidetur cum proprietate non in perſona debitoris, ſed apud Tertium, c.4. n.60. 61. 62. & 63. ibid.

Hypotheca extinguitur mutata re quoad ſubſtantiam, ſecùs alìàs, c.4. n.64. & ſeqq. p. 40.

Hypotheca uſusfructus finitur per mortem debitoris fructuarii, c.5. n.3. & 19. p. 41. & 42.

Sive proprietatem acquiſiverit, ſive non, num. 4. ibid. & n. 29. & ſeqq. p. 43.

Hypotheca ſuper uſufructu conſtituta non ſe extendit ad proprietatem cum qua conſolidatur, c.5. n.9. p. 41.

Hypothecans rem, ſolum videtur eam hypothecare pro jure quod in ea habet, c. 5. num. 10. ibid.

Hypotheca uſusfructus nihil influit in proprietatem, c. 5. n. 13. ibid.

Hypotheca ſuper emphyteuſi conſtituta tantum durat, donec revertatur ad dominium directum, c. 5. n. 20. p. 42.

Hypotheca ſuper emphyteuſi prorogatur, ſi prorogentur generationes quibus conceſſa eſt emphyteuſis, c.5. n.21. ibid.

Hypotheca conſtituta in locatione ad certum tempus, extenditur ad reconductionem, c.5. n.22. ibid.

Hypotheca à principio limitatè concepta ex voluntate utriuſque contrahentis, manet in ſuo primordiali ſtatu, proprietate per debitorem acquiſita, c.5. n.30. p. 43.

Hypotheca conſtituta ſuper penſione durat etiam poſt acquiſitum titulum beneficii à penſionario, c. 7. n.7. p. 51.

Hypotheca conſtituta, non domino rei, ſuper qua conſtituitur, eſt invalida, c.7. n. 9. ibid.

Hypotheca à principio nulla revalidatur, ſi debitor nanciſcatur dominium rei quo antea carebat, c.7. n.10. ibid.

Hypotheca impoſita ſuper penſione Eccleſiaſtica ab initio invalida, non convaleſcit per acquiſitionem ſupervenientem tituli beneficii, c. 7. n. 11. & ſeqq. uſque ad fin. ibid.

Hypotheca ſuper penſione Eccleſiaſtica impoſita tantum durat quantum ipſa penſio, c.8. n.2. & aliis ſeqq.

Hypotheca ſuper penſione extinguitur, extincta penſione, ſicut extinguitur extincto uſufructu, c. 8. n. 6. ibid.

Quod limitatur, num. 56. p. 59.

Hypotheca ſuper officio temporali, feudo, vel emphyteuſi, non durat, illis extinctis, etiamſi jus illud extinctum alii cedatur, c. 8. num. 6. p. 54.

Declaratur, n. 54. p. 59.

Hypotheca impoſita ſuper juribus Regalibus, extinguitur per venditionem eorum, quia creantur alia nova jura in favorem emptoris, c. 8. n. 10. p. 54.

Vide infr. n. 54. p. 59.

Hypotheca non tranſit cum jure perſonali ſimpliciter ceſſo, c. 8. n. 33. p. 57.

Hypotheca ſuſtinetur, ſi res hypothecata non mutetur in ſubſtantia, licèt mutetur in qualitate, c. 8. n. 33. ibid.

Hypotheca durat, ſi jus temporale ſuper quo conſtituta eſt, ita prorogetur & perſeveret in ſubſtantia, ut non dicatur jus novum & diverſum, c. 8. n.34. ibid.

Hypotheca ſuper penſione impoſita ſuſtinetur adverſus eum ad quem penſio transfertur ex voluntate transferentis, c. 8. n.43. p.58.

Secùs ſi ex neceſſitate præcedente & inhærente; n. 44. ibid.

Hypotheca non extinguitur per alienationem voluntariam rei obligatæ, c.8. n.49. ibid.

Hypotheca perit, ſi pereat res hypothecata in ſua ſubſtantia, c.8. n.53. p. 59.

Hypotheca ſuper penſione Eccleſiaſtica impoſita non extinguitur per tranſlationem ejuſdem penſionis ex gratia Apoſtolica, c.8. n.58. 59. & 60. p. 59.

Vid. *Penſio*.

Hypotheca ſuper feudo impoſita reſolvitur, ipſo feudi jure reſoluto, c. 8. n. 52. ibid.

Hypothecæ intermediæ reſolvuntur in præjudicium creditorum quando quis contrahit cum ceſſione juris luendi à Regia Curia ex pacto ſpeciali inter emptorem & venditorem, c. 8. n. 11. p. 55.

Hypothecatæ rei dominium tranſit cum ſuo onere in Tertium, cap. 9. num. 76. & 25. p. 64. & 69.

Hypotheca ſuper fructibus beneficii impoſita perit, ſi debitor privetur beneficio, c. 9. n.96. p. 73.

Hypotheca ſuper uſufructu bonorum adventitiorum filii ſpectante ad patrem extinguitur, ſi pater ob dilapidationem privetur jure ſuo, ibid.

Hypotheca creditorum donatarii perit, ſi ob ejus ingratitudinem revocetur donatio, ibid.

Hypotheca extinguitur, ſi domus, vel navis, ſuper qua fuit impoſita perierit, licèt ex eiſdem tignis reficiatur, c. 9. n. 98. ibid.

Hypothecæ, & rei hypothecatæ amiſſio variis modis contingere poteſt, c. 9. n. 99. & ſeqq. ibid.

Hypothecatus ſervus poteſt damnari ad mortem ex delicto commiſſo, non attento jure domini nec creditorum, c. 9. n. 100. p.74.

Hypotheca creditorum non attenditur, ſi ob publicam vindictam domus debitoris delinquentis deſtruatur, c. 9. n. 8. p. 62.

Hypotheca conſtitui non poteſt in re aliena, c. 9. n. 24. p. 63.

Hypotheca reſolvitur ſi res hypothecata alienetur ex cauſa neceſſaria præcedente, c. 9. n. 28. ibid.

Etiamſi

Etiamſi talis neceſſitas procedat ex facto voluntario debitoris, n. 29. ibid.

Hypothecæ creditorum reſolvuntur, reſoluto jure debitoris in mercibus quæ inciderunt in Commiſſum, c. 9. n. 16. 77. 94. 97. & 102. p. 69. & ſeqq.

An Hypotheca ſuper bonis Majoratus ex facultate Regia impoſita diſſolvatur, extincto vinculo per extinctionem familiæ diſputatur ad partes, c. 10. n. 4. & ſeqq. p. 77.

Hypotheca extinguitur, mutatâ formâ rei hypothecatæ, c. 10. n. 5. ibid.

Hypotheca legitimè conſtituta ſuper bonis majoratus non extinguitur, extincto majoratu, ſed onus hypothecæ perſeverat, c. 10. n. 11. p. 78.

Hypothecæ forma ſeu clauſula apponi ſolita in reſcripto regio pro bonis majoratus obligandis, c. 10. n. 13. ibid.

Hypotheca non diſſolvitur quandiu remanet ſalva rei hypothecatæ ſubſtantia, cap. 10. num. 15. ibid.

Hypotheca bonorum majoratus ex facultate regia, non eſt generalis ſed ſpecialis, ideo non extinguitur per libertatem majoratui ſupervenientem, c. 10. n. 21. p. 79.

Vid. *Qualitas. Res.*

Hypotheca ſuper uſufructu formali impoſita non extinguitur ſi tranſeat in cauſalem per acquiſitionem proprietatis, c. 10. n. 30. p. 80.

Vid. *Bona. Uſusfructus.*

Hypotheca non extinguitur, nec bona obligata fiunt libera reſpectu omnium creditorum, licèt uni eorum ſatisfactum ſit, cap. 10. num. 28. ibid.

Vid. *Clauſula.*

Hypotheca rei alienæ regulariter non valet, c. 11. n. 9. p. 82.

Hypotheca rei alienæ ſuſtinetur, quando debitor illam obligans aliquid juris in ea habebat ex quo poſtea rei dominium acquirit, cap. 11. num. 10. ibid.

Hypotheca ab ultimo conſanguineo majoratus poſſeſſore bonis impoſita ſuſtinetur, c. 11. n. 3. & 13. cum ſeqq. ibid. & p. 81.

Hypotheca ab ultimo conſanguineo majoratus poſſeſſore impoſita eo tempore quo familia erat extincta, potior eſt illâ quæ ab eodem poſtea imponitur ex facultate regia, c. 11. n. 14. p. 82.

Hypotheca licèt ab initio nulliter conſtituta, ex poſt facto convaleſcere poteſt & ratificari, c. 11. n. 19. ibid.

Quæ Hypotheca prævaleat ſi poſſeſſor majoratus bona hypothecavit uni creditori abſque facultate regia, & poſtea alteri cum facultate adhuc viventibus quibuſdam vocatis qui deinde prædeceſſerunt poſſeſſori, c. 11. n. 17. ibid.

Hypothecæ ratificatio retrotrahitur ad tempus primi contractus in præjudicium ſecundi creditoris, c. 11. n. 20. ibid.

Sed vide in contrarium, num. 21. & aliis ſeqq. p. 83.

Hypotheca ſecundi creditoris contracta cum facultate regia prævalet anteriori factæ ſine illa, licèt poſtea ſequatur aſſenſus regius ad eam confirmandam, c. 11. num. 22. 26. & 28. ibid.

Quæ Hypotheca prævaleat, ſi minor bona ſua ſine decreto uni hypothecaverit; quæ poſtea major factus obligat alteri, & ratificat priorem hypothecam expreſsè vel tacitè, cap. 11. n. 25. ibid.

Hypotheca recuperatur à creditore qui conſenſit alienationi rei hypothecatæ, ſi alienatio nulliter facta ſit, vel reſciſſa, c. 14. num. 10. p. 98.

Hypotheca nova inducitur in augmentum primæ obligationis, ſi tranſactioni, cui acceſſit, non ſtetur, cap. 14. num. 6. 7. & 22. pag. 97. & 99.

Hypotheca ſuper commoditate fructuum impoſita durat, extincto uſufructu per conſolidationem, c. 15. n. 8. & 9. p. 100.

Hypothecam an filius habeat ſuper fructibus bonorum ſuorum adventitiorum ad conſequenda alimenta, cap. 15. num. 12. 13. & ſeqq. p. 101.

Hypotheca ſuper uſufructu impoſita à debitore fructuario non extinguitur quando ipſe acquirit proprietatem fundi fructilis, c. 15. n. 22. p. 102.

Hypotheca ſuper fructibus à patre impoſita reſolvitur, extincto omni jure quod ipſi competebat in adventitiis filii, cap. 15. num. 23. ibid.

Declaratur, n. ſeqq. ibid.

Hypothecariam actionem dividere an & quomodo creditor cogi poſſit, cap. 16. n. 18. & 19. p. 106.

Hypothecariam actionem dividere ex æquitate creditor aliquando coactus eſt, decreto Ferdinandi Regis, c. 16. n. 6. p. 104.

Hypothecæ jus an poſſit acquiri in bonis debitoris ex reſcripto Principis, cap. 16. num. 8. ibid.

Hypothecæ jus non debet concedere Princeps uni creditori chirographario in necem cæterorum, c. 16. n. 24. p. 107.

Hypotheca nova ſuperveniens non afficit res à debitore priùs alienatas, & à Tertio poſſeſſas juſto titulo, c. 16. n. 25. ibid.

Hypotheca conditionalis retrotrahitur ad tempus contractus poſt conditionem purificatam, etiam in præjudicium alterius hypothecæ medio tempore contractæ, c. 11. n. 20. p. 82.

## I

*Ignorantia.*

IGnorantia affectata vim habet veræ ſcientiæ; c. 3. n. 53. p. 32.

Ignorantia ut excuſet, debet ex omni parte eſſe excuſabilis, c. 3. n. 56. ibid.

Certum per naturam, eſt certum legi, licèt à partibus ignoretur, n. 55. ibid.

Et c. 11. n. 4. p. 81.

Ignorantia non nocet contrahentibus qui libertatem bonorum majoratus ignorabant tempore contractus, c. 11. n. 4. ibid.

Ignorantia non officit contractui celebrato ſub conditione de futuro, quæ jam tunc temporis erat purificata, c. 11. n. 4. ibid.

Vid. *Diſpoſitio.*

Ignorantia revocati mandati & mutatæ voluntatis validat actum poſt revocationem ignoratam geſtum, c. 12. n. 10. p. 85.

# Index Rerum


Ignorantia juſta excuſat & liberat ſolventem debitori decocto, c. 12. num. 12. 16. cum aliis ſeqq. p. 86.

Ignorantia revocati mandati efficit ut actus tam judiciales quàm extrajudiciales ſuſtineantur, c. 12. n. 13. & 14. ibid.

Vid. *Mandatum.*

Ignorantia præſumpta an & quando excuſet, c. 12. n. 21. p. 87.

Ignorantia ſupina & affectata non excuſat, c. 12. n. 23. ibid.

Ignorans probabiliter concurſum & decoctionem propter ignorantiam juſtam excuſatur ſi ſolverit debitori decocto, c. 12. n. 24. ibid.

Ignorantia an profit illi qui acquiſivit rem alienari prohibitam, c. 12. n. 43. 44. & aliis ſeqq. & maximè n. 47. p. 89.

*Impedimentum. Impeditus.*

Impeditus legitimè non dicitur eſſe in mora, c. 17. n. 8. p. 108.

Impedito legitimè tempus non currit, c. 17. n. 14. p. 109.

Etiamſi impedimentum proceſſerit ex culpa debitoris impediti, n. 15. ibid.

Impedimentum excuſat à mora, quando impeditus non potuit illud removere, c. 17. n. 16. ibid.

Vid. *Debitor.*

Impedimentum ſpontè procuratum & affectatum non prodeſt impedimento, c. 17. n. 18. ibid.

Impedimentum proveniens ex culpa ad illud ordinata, non impedit moram contrahi, & intereſſe deberi, c. 19. n. 19. & 20. ibid.

Vid. *Mora.*

Impedimentum concurſus ſuperveniens non tollit uſuras jam debitas ex mora commiſſa de præterito, licèt extinguat curſum illarum pro futuro, c. 17. n. 37. 38. & 44. p. 111.

*Initium.*

Initium, non finis, attendi debet, quando finis habet neceſſariam conſequentiam ad principium, c. 2. n. 46. p. 19.

Vide *Origo.*

Initium nihil capere poteſt ab eo caſu quod finem accipere debet, c. 4. n. 45. p. 38.

Quod ab initio non valuit, tractu temporis non convaleſcit, c. 11. n. 8. p. 82.

*Inſinuatio.*

Inſinuatio peti poteſt à creditore donatarii pro validitate donationis, c. 1. n. 37. p. 6.

Vid. *Donatio.*

Vid. *Creditor.*

*Interdictio.*

Interdictio adminiſtrationis bonorum facta à Jure, vel Judice, annullat contractus celebratos cum interdicto, c. 12. n. 45. p. 89.

Sive contrahens ſciverit interdictionem, ſive ignoraverit, n. 46. ibid.

Et emens ſcienter ab eo, cui bonorum adminiſtratio interdicta eſt, non acquirit dominium, n. 49. p. 90.

*Intereſſe.*

Intereſſe non debetur niſi probata mora ſolvendi, c. 3. n. 39. p. 31.

Vid. *Mora.*

Intereſſe ſemper debetur Fiſco ob retardatam pecuniæ debitæ ſolutionem, cap. 3. num. 45. ibid.

Intereſſe debetur Fiſco etiam ſine interpellatione, c. 3. n. 46. ibid.

Intereſſe, ſive uſuræ legitimæ regulariter debentur propter moram debitoris in ſolvendo, c. 17. n. 1. p. 108.

Intereſſe ex mora, pendente concurſus judicio ceſſat ex ſtylo quorumdam tribunalium, c. 17. n. 2. ibid.

Contraria etiam ſententia proponitur, quod judicium concurſus non ſuſpendat intereſſe, n. 3. ibid.

Variis modis utraque concluſio declaratur, n. 4. cum aliis ſeqq. ibid.

Intereſſe legitimè ab initio ſtipulatum & promiſſum ex obligationis natura ſemper debetur uſque ad realem ſolutionem, cap. 17. num. 9. p. 109.

Intereſſe debitum tantùm ex mora debitoris ſeu judicis officio, tam ante quàm poſt formatum concurſum an debeatur? diſputatur ad partes, c. 17. n. 12. uſque ad fin. ibid.

Vid. *Impedimentum.*

Vid. *Uſuræ.*

*Jus.*

Jus univerſale hypothecatum extenditur ad augmentum ipſius juris, c. 2. n. 7. p. 15.

Vid. *Augmentum.*

Jus habens in materia, an etiam habeat in materiato, c. 4. n. 7. 8. & 9. p. 34.

Jus ſemel extinctum non reviviſcit, c. 3. n. 13. p. 35.

Jus uſusfructus non poteſt hypothecari, nec alienari, nec cedi, ſed ſola commoditas fructuum, c. 4. n. 24. p. 36.

Jura loquentia de confuſione, commixtione, & mutatione rei ſuper qua quis habet jus aliquod, intelliguntur quando transformatio fit in ipſa ſubſtantia, c. 4. n. 32. p. 37.

Jurium confuſio in perſona debitoris, eſt reducibilis ad priorem formam ad effectum præſervandi hypothecam ſuper fructibus, cap. 4. n. 35. ibid.

Jus variabile adhærens rei perpetuæ & irrevocabili, pariter & ipſum fit perpetuum & irrevocabile, c. 5. n. 27. p. 43.

Jus temporale adhærens juri perpetuo, fit perpetuum quando utrumque durat, cap. 5. n. 32. ibid.

Jus in re non extinguitur per acquiſitionem revocabilem ejuſdem rei, c. 6. n. 35. p. 48.

Jus ſemel amiſſum non recuperatur, c. 6. n. 41. ibid.

Vid. *Penſio.*

Jus quodlibet regulariter extinguitur, reſoluta re ſui naturâ reſolubili, ſuper qua conſtitutum eſt, c. 8. n. 2. & 9. p. 54.

Jus idem, & non aliud diverſum tranſit in tranſlatarium in qualibet juris tranſlatione, c. 8. n. 41. & 42. p. 58.

Jure feudi reſolvitur hypotheca ſuper eo impoſita, c. 8. n. 52. p. 59.

Jus uſusfructus aliud dicitur, & aliud commoditas fructuum, c. 15. n. 7. p. 157.

Jure extincto quod patri competebat in adventitiis filii, extinguitur & reſolvitur hypotheca ſuper fructibus à patre impoſita, c. 15. n. 23. p. 102.

Jus patri quæſitum in bonis filii non poteſt ſpontè remitti in præjudicium creditorum, c. 15. n. 26. p. 103.

Limita, niſi ex diſpoſitione Juris privetur uſufructu ob dilapidationem, n. 27. ibid.

Juris eadem diſpoſitio eſt; ubi reperitur eadem ratio, c.16. n.4.& 5. p.104.
Jus creditoribus quæſitum à Principe non tollitur, c. 16. num. 19. 22. & ſeqq. p. 106. & 107.
Qui jure ſuo utitur nemini facit injuriam, c. 17. n.30. cum aliis ſeqq. p. 110.
In Jure non attenduntur quæ in conſequentiam fiunt, c.17. n.31. ib.
Ex Jure alterius fundato alium experiri an & quando liceat, c.1. n.7. & 38. p.3. & 6.
Vid. *Actio.*
Juris translatio non inducit novum actum, c. 8. n.39. p. 58.

L

*Legatum.*

Legata emphyteuſi non cenſetur Legatum dominium directum poſtea acquiſitum, c. 5. n. 18. p. 42.
Legato uſufructu non intelligitur legata proprietas poſtea acquiſita, c. 5. ibid.

*Lex.*

*Lex 2. C. de reſcind. vendit.* an habeat locum in venditione pignoris facta per creditorem, c. 1. §.2. à n.6. & ſeqq. p.10.
Vid. *Beneficium leg. 2.*
Lex generaliter loquens trahitur ad terminos alterius ſpecialiter loquentis, c. 1. §. 2. n. 14. p. 11.
Lex nova generaliter diſponens recipit omnes declarationes & limitationes quas lex antiqua, ibid.
*Lex 1. & lex fin. C. ſi venditio pign. agatur*; ſunt antiquiores leges *2. Cod. de reſc. vendit.* ibid.
*Lex, item quæritur 13. §. qui impleto ff. locati*, expenditur, c.2. n.17. & 64. p. 17. & 21.
*Lex, repetitionem 4. Cod. de uſur.* exponitur, c. 2. n. 67. p. 21.
*Lex ult. §. ult. ff. de liberat. leg.* expenditur. c. 5. n. 18. p. 42.
*Lex, unus ex ſociis, §. fin.* & lex, *Atilicinus, ff. de ſervit. urban. prædior.* expenduntur & explicantur, c.6. n.4. & 52. p.45. & 49.
*Lex ſi ager 23. ff. quib. mod. uſufr. amitt.* explicatur, c.6. n. 5. & 53. p. 45. & 50.
*Lex, dominus fructuario 67. ff. de uſufruct.* & lex, *à liberto, ff. de bon. libert.* expenduntur, c. 6. n. 34. p. 48.
Explicatur, n.50. p. 49.
*Lex, ſi quis ædes 29. ff. de ſervit. urb. præd.* lex, *ſi tibi 17. ff. quib. mod. uſufr. amitt.* lex, *Mævius, §. duobus ff. de legat. 2.* expenduntur, c. 9. nu. 42. & 43. p.48. & 49.
Lex prohibitiva acquiſitionis impedit translationem dominii in acquirentem, c. 9. n.10. p.63.
Lex efficacius operari & facere poteſt quidquid per pactum fieri licet, c.9. n.17. cum aliis ſeqq. ibid.
Lex prohibens aliquid ſub certa qualitate & modo, ultra qualitatem, & modum non extenditur, c. 9. n. 49. 50. & 51. p. 66.
*Lex, quinque legibus 3. ff. de bonis damnator.* adducitur & exornatur remiſſivè, c.9. n.89. p.71.
Legis coactione, vel ex neceſſitate proveniente ab origine aliquid fieri, paria ſunt, c. 9. n. 95. p. 72.
Legis neceſſitate cogente non attenditur Tertii præjudicium, veluti in mercibus quæ ob metum peſtis comburuntur, cap. 9. num. 104. p. 74.
Lege compellente ad alienandum, non attenditur voluntas domini, c. 9. n. 111. & aliis ſeqq. p. 75.
Vid. *Alienatio. Actus.*
Lex, *ſi pater 4. ff. de manumiſſ. vindict.* & lex, *quæſitum 15. §. Julianus, ff. qui & à quibus*: declarantur & conciliantur remiſſivè, c. 12. n. 17. p. 87.
Lex operatur nullitatem contractus ſive contrahens ſciverit prohibitionem alienandi, ſive ignoraverit, c.12. n.51. p. 90.
Lex, *Imperator, 50. ff. ad Trebell.* conciliatur cum *l. Jubemus, §. in ſupra dictis, Cod. eod. tit.* & cum *auth. unde ſi parens, Cod. de inoff. teſtam.* c.15. n. 29. p.103.
Lex exemplariter loquens non reſtringit regulam, ſed declarat, & alios caſus ſimiles non excludit, c. 16. n. 5. p. 104.
Legis eadem diſpoſitio eſt in caſibus quos nectit rationis identitas, c. 16. n. 4. ibid.
Lege generali conſtitui poteſt de dividenda actione hypothecaria contra omnes bonorum poſſeſſores pro rata: non verò ſpeciali reſcripto in præjudicium creditorum jus quæſitum habentium, c. 16. n.18. & 19. p. 106.

*Licitatio.*

Licitatio nova admittitur ob intereſſe creditorum etiam poſt bona ſubhaſtata & vendita, c. 1. §. 2. n. 4. p. 10.

M

*Majoratus.*

Majoratus eſt nomen univerſale, prout peculium, hæreditas, grex, &c. admittens augmentum & diminutionem, c. 2. n.6. & 96. p. 15. & 24.
Majoratus aggregatus majoratui, manet dependens ab illo, c. 2. n.75. p. 22.
Majoratus condendi facultas à Principe conceſſa non extenditur ad bona poſtmodùm aggregata ab eodem conditore, cap. 2. numer. 85. p. 23.
Et quid de facultate alienandi ſeu obligandi bona majoratus, c. 2. per tot. p. 15.
Et an extendatur ad bona poſtea aggregata, ibid.
Vid. *Facultas.*
Majoratus bona ſi alienentur in caſibus à Jure permiſſis, non attenditur jus ſucceſſorum, c.9. n. 110. p. 75.
Vide *Alienatio.*
Majoratus familiæ relictus extinguitur, & bona remanent libera penes ultimum poſſeſſorem, poſt cujus obitum familia erit extincta, c.10. n. 1. p. 77.
In Majoratu rigoroſæ agnationis an fœminæ aliàs excluſæ admittantur quando nullus ſupereſt maſculus, c. 10. n.2. p.77.
In Majoratu perpetuo an & quando filii naturales & ſpurii admittantur, omnibus legitimis de familia extinctis, c. 10. n. 3. ibid.
Majoratus vinculo extincto per extinctionem familiæ, an extinguatur etiam hypotheca ſuper

bonis

bonis majoratus impoſita ex facultate Regia, c.10. n.4. & ſeqq. ibid.
Vid. *Hypotheca.*
Majoratus bona per extinctionem familiæ, non omnimodam, ſed limitatam aſſequuntur libertatem, & ideo cenſus, & penſiones quibus erant gravata non pereunt, c.10. n.29. p.80.
Vid. *Bona.*
Majoratu extincto per extinctionem familiæ, bona remanent libera apud ultimum poſſeſſorem, c.10. n.10. p.78.
Majoratus bona tanquam jam libera poteſt ſubjicere ultimus conſanguineus poſſeſſor, c.11. n.3. & 13. p. 81. & 82.
Etiamſi contrahentes hanc bonorum libertatem ignorarent, n. 4. p. 81.
Majoratus poſſeſſor, tempore quo exiſtunt conſanguinei ad illum vocati, non poteſt ejus bona obligare abſque facultate regia, c.11. n. 6. ibid.
Sed an reviviſcat hypotheca ipſis viventibus nulliter impoſita, ſi prædeceſſerint? n. 7. 9. & aliis ſeqq. p. 81. & 82.
Vid. *Hypotheca.*
Majoratus poſſeſſor habet verum dominium bonorum, vita ſua durante, c.11. n.11. p.82.
Majoratus poſſeſſor ſi bona hypothecaverit uni creditori abſque facultate regia, & poſtea alteri cum facultate viventibus adhuc vocatis qui poſtea prædeceſſerunt poſſeſſori, adeo ut vinculum majoratus extinctum ſit, quæ hypotheca prævaleat? c.11. n.17. ibid.
Majoratus poſſeſſor poſt formatum concurſum nihil poteſt agere in præjudicium creditorum nec impetrare reſcriptum confirmatorium præcedentis alienationis, c.13. n.19. p. 93.
Vid. *Facultas.*
Majoratus poſſeſſor privatur adminiſtratione bonorum propter dilapidationem, cap. 15. n.1. p. 100.
Et tenetur illa reſtituere ante tempus quamvis offerat cautionem, n. 2. ibid.
Majoratus poſſeſſor privatur non ſolùm adminiſtratione, ſed etiam omni jure & commoditate fructuum ob dilapidationem, c. 15. n.13. p. 101.
Majoratus ſucceſſor non tenetur fratri facere creditoribus anteceſſoris privati ob dilapidationem bonorum, quæ libera ab omni hypotheca ſuper fructibus impoſita ad ipſum revertuntur, c. 15. n. 13. ibid.

*Mandatum.*

Mandati revocati ignorantia non validat actum poſt revocationem geſtum, c.12. p.86.
Vid. *Actus.*
Mandatum morte ſolvitur, ſi tamen per ignorantiam impletum eſt, competit utilis actio, c.12. n.15. p. 86.
Mandatum ab inſtitore ſuſceptum non finitur morte præficientis, c. 12. n. 28. 29. 53. & 54. p.88. & 90.
Mandatum ad negotia à debitore datum finitur ipſo jure abſque alia revocatione ſtatim atque formavit judicium concurſus inter ſuos creditores, c. 13. n. 7. & n. 12. verſ. nec obſtat, p. 92.
Mandatum debitoris ad impetrandum aſſenſum Regium ſuper alienatione bonorum majoratus, expirat ſtatim poſt formatum concurſum, adeo ut creditor jam eo uti non poſſit. c.13. n.20. p.93.
Mandatum debitoris requiritur ad impetrandam facultatem contrahendi ſuper bonis vinculatis, c.13. n.21. 22. & 23. ibid.

*Merx.*

Mercium quæ in Commiſſum cadunt dominium ipſo jure amittit delinquens, & in fiſcum tranſit, c.9. n.2. 13. & 14. p.61. & 63.
Mercium prohibitarum confiſcatio eſt ſpecialis; c.9. n.6. p.62.
In Mercibus confiſcatis, reſoluto jure debitoris delinquentis ex diſpoſitione legis, reſolvuntur hypothecæ creditorum, c. 9. num.16. p. 63.
Merces quæ incidunt in Commiſſum non tranſeunt in fiſcum ex conventione contractuali, ſed ex diſpoſitione legis, c. 9. num. 19. ibid.
Mercium hypothecam non extingui per confiſcationem earum in præjudicium creditorum defenditur, c.9. n.22. p.64.
In Mercibus, quæ in Commiſſum quovis modo inciderunt, fiſcum ſemper præferri reſolvitur, c. 9. n.74. p.69.
In Mercibus quæ ob metum peſtis comburuntur, rigore legis ita diſponente, non attenditur præjudicium domini, nec creditorum jus hypothecæ habentium, c.9. n.104. p. 74.

*Minor.*

Minor qui bona ſua ſine decreto hypothecavit uni creditori, & poſtea major factus eadem obligat alteri, licèt ratam habeat priorem obligationem expreſsè vel tacitè, non nocet poſteriori hypothecario, c.11. n.25. p.83.

*Mora.*

Mora non contrahitur niſi per interpellationem; c.3. n.40. p.31.
Mora ſolvendi probata debetur intereſſe, c. 3. n. 39. ibid.
Præſertim in debito fiſcali, c. 3. n. ibid.
Mora contrahitur re ipſa ſine interpellatione in debitis fiſcalibus, c.3. n.46. & 48. p.31. & 32.
Mora quæ ex perſona fit, requirit vel lapſum diei, vel interpellationem, c.3. n.47. ibid.
Mora contrahitur re ipſa abſque interpellatione quoties unus ex contrahentibus ex ſua parte complevit, alio non implente, c. 3. num.58. p. 32.
Vid. *Cambium.*
Moratoria reſcripta ſæpè à debitoribus impetrantur validè & efficaciter etiam in diſpendium creditorum, c.16. n.2. p.104.
Moratoria dilatio non conceditur à Principe debitori niſi prævia ſatisdatione de ſolvendo poſt terminum, c.16. n.12. p.105.
Moratoria dilatione conceſſa debitori à Principe ſecuriores redduntur creditores propter ſatisdationem, c.16. n.13. ibid.
Vid. *Reſcriptum.*
Propter Moram debitoris in ſolvendo regulariter debentur uſuræ legitimæ, c. 17. n.1. p.108.
Vid. *Debitor.*
Mora non imputatur legitimè impedito, c.17. n.8. ibid.
Difficultas ſolvendi non excuſat à Mora nec ab intereſſe propter moram debito, cap. 17. n.13. p. 109.
Moram excuſat impedimentum legitimum, c.17. n.14. 15. & 16. ibid.

Mora commiſſa ante impedimentum legitimum ſuperveniens obligat moroſum ad intereſſe, c. 17. n. 21. ibid.
Mora perpetuat obligationem, efficitque ut debitor ſpeciei interitu illius non liberetur, c. 17. n. 24. p. 110.
Mora impeditur contrahi per ſuperveniens judicium concurſus, c. 17. n. 25. ibid.
à Mora multa excuſant debitorem in judicio concurſus, c. 17. n. 27. ibid.
à Mora & intereſſe lucri ceſſantis, excuſatur debitor ob impotentiam ſolvendi, c. 17. n. 34. & 35. p. 111.
Mora excuſabilis non nocet moroſo, c. 17. n. 36. ibid.
In Mora deſinit eſſe debitor poſt formatum judicium concurſus, ideoque ceſſant uſuræ quæ aliàs deberentur ex mora, c. 17. n. 41. & 42. ibid.
Vide *Impedimentum.*
Mora non imputatur ei qui non fecit quod factum non prodeſſet, c. 17. n. 28. p. 110.
In Mora non dicitur eſſe qui aliqua exceptione ſe tueri poteſt ne ſolutio ab eo exigatur, nec ideo tenetur ad intereſſe, c. 17. nu. 29. ibid.

*Mors.*

Mors civilis æquiparatur naturali, c. 13. num. 4. p. 91.
Mors civilis non æquiparatur naturali, niſi ubi eadem militat ratio, c. 13. n. 11. p. 92.
Mors civilis falliti non adimit ei dominium nec poſſeſſionem bonorum ſuorum, cap. 13. n. 10. ibid.

N

*Notarius.*

Notarii omnes, ubi plures ad actum celebrandum requiruntur, debent notum facere quod omnes ſimul intervenerunt in actu ab ipſis rogato, c. 3. n. 22. p. 29.
Notario uni ſoli aſſumpto cum collega non creditur niſi ambo ſcribant, vel unus ſcribat & alter ſubſcribat, c. 3. n. 23. ibid.
Notarii aſſertioni ſimplici de facto alieno non ſtatur in præjudicium Tertii, c. 3. n. 32. p. 30.

*Novatio.*

Novatio inducitur ex voluntate contrahentium, c. 14. n. 2. p. 97.
Novatione nulla exiſtente an creditor poſſit agere ex priori contractu nulliter novato, vel reſciſſo, c. 14. per tot. ibid.
Novatio non inducitur per poſteriorem obligationem nullam & irritam, vel reſciſſam, c. 14. n. 9. & 16. p. 98.
Novandi animus abeſſe dicitur, ſi ſecundus contractus ſit inutilis & nullus, c. 14. n. 20. p. 99.

*Nullitas.*

Nullitas actus ipſo jure introducta in favorem alicujus, nihil operatur niſi parte volente, c. 6. n. 30. & 31. p. 47.
Vid. *Actus.*
Nulliter contrahitur cum his quibus bonorum adminiſtratio à jure vel judice interdicta eſt, c. 12. n. 45. & ſeqq. p. 89.
Nullitatem contractus lex operatur ſive contrahens ſciverit prohibitionem alienandi, ſive ignoraverit, c. 12. n. 51. p. 90.
Ex actu nullo voluntas diſponentis elici poteſt; c. 14. n. 3. & 4. p. 97.
Nullitas contractus poſterioris impedit novationem prioris, c. 14. n. 9. & 16. p. 98.
Nullitas alienationis de conſenſu creditoris factæ ipſi reſtituit hypothecam in re nulliter alienata, c. 14. n. 10. ibid.
Nulliter empta re conducta, conductio reviviſcit, c. 14. n. 14. ibid.
Ex contractu Nullo non elicitur voluntas contrahentium, c. 14. n. 19. & 20. p. 99.
Vid. *Novatio.*
Nulla exiſtente renuntiatione facta obligationi principali, non extinguuntur acceſſoriæ, c. 14. n. 17. ibid.
Nullitas conſolidationis non extinguit uſumfructum, c. 14. n. 11. p. 98.
Nullitas ſecundæ obligationis, vel tranſactionis cui non ſtatur, non impedit obligationes acceſſorias hypothecæ vel pignorum in augmentum primæ obligationis, c. 14. n. 6. 8. & 22. p. 97.
Nulliter celebratur actus, ſi non fuerit ſervata forma à ſtatuto præſcripta, c. 3. n. 36. p. 30.

O

*Obligatio.*

Obligatio eſt ſtricti juris, & ultra expreſſa non extenditur, c. 5. n. 5. p. 41.
Obligationis contractæ origo ſemper inſpicitur; c. 5. n. 15. & aliis ſeqq. p. 42.
Obligatio reſtringitur ad jus quod obligans debitor habet in re obligata, cap. 5. num. 10. p. 41.
Obligatio ex cauſa Tranſactionis facta inducit novam hypothecam in augmentum primæ obligationis, ſi tranſactioni non ſtetur, c. 14. n. 6. p. 97.
Quod declaratur, n. 7. & 22. ibid. & p. 99.
Obligatio prior non novatur per poſteriorem nullam & irritam, vel reſciſſam, cap. 14. n. 9. & 16. p. 98.
Vid. *Novatio. Nullitas.*
Obligationis principalis renuntiatio nulliter facta non extinguit acceſſorias, cap. 14. n. 17. p. 99.

*Officium.*

Officium legitimè hypothecatum renuntiari non poteſt à debitore in præjudicium creditorum, c. 1. n. 11. verſ. conſonat. p. 3.
Officia an multiplicari poſſint à Principe in præjudicium primorum emptorum, c. 1. n. 23. p. 4.
Officium obtentum à Rege ad vitam, ſi fuerit prorogatum vita durante, idem eſt officium, c. 5. n. 23. p. 42.
Officii fructibus & emolumentis hypothecatis; ſi poſtea debitor Officio privetur, reſolvitur & extinguitur hypotheca, cap. 9. num. 96. p. 73.
Officio hypothecato & poſtea amiſſo pro debitore perit hypotheca cum amiſſione juris debitoris. ibid.

*Origo.*

Origo & cauſa primæva in omni diſpoſitione attenditur, c. 2. n. 46. p. 19.
Vid. *Diſpoſitio.*
Origo contractæ obligationis ſemper inſpicitur, c. 5. n. 15. p. 42.

Pactum

## P.

### *Pactum.*

Pactum de lucranda dote extenditur ad ejus augmentum ſuperveniens, cap. 2. num. 11. pag. 16.
Vid. *Dos.*
Pactum de continuanda penſione Eccleſiaſtica inter penſionarium qui perfectè & irrevocabiliter titulum beneficii acquiſiverat, & novum poſſeſſorem ſive ſucceſſorem in eodem beneficio, nullum eſt de jure, c. 6. nu. 44. 45. 46. p. 49.
Pactum contrahentium operatur privationem & extinctionem juris ipſorum, c.9.n.17.p.63.
Pactum juratum de non alienanda dote, impedit translationem dominii caſu quo alienetur ſive in ſcientem, ſive in ignorantem pactum, c.12. n. 7. p. 85.
Quod declaratur, n. 8. & 9. ibid.
Pactum cum Tertio initum de re non alienanda, impedit dominii translationem ſi alienetur & ſua interſit, c.12. n.25. p. 87.

*Pars.*

Idem eſt de parte quoad partem, quod de toto quoad totum, c. 2. n.4. p. 15.
Pars quæ unitur per conſolidationem, eodem jure cenſetur quo res ipſa cui accedit, c. 2. n. 40. p. 18.
Partes accedunt Toti, non una pars alteri, c. 2. n. 75. p. 22.

*Pater.*

Pater legitimus adminiſtrator bonorum filii, ſi malè perdat & diſſipet illa, privatur eorumdem adminiſtratione, c.15. n. 1. p. 100.
Quamvis offerat cautionem, cogitur ante tempus reſtituere, n. 2. ibid.
Et facta reſtitutione an filius teneatur ſatisfacere creditoribus patris ex fructibus dictorum bonorum adventitiorum, n. 3. ibid.
Pater privatus adminiſtratione bonorum adventitiorum, non propterea privatur uſufructu quem in illis habebat, c. 15. num. 4. 5. & 6. ibid.
Contraria ſententia, quod pater non ſolùm adminiſtratione, ſed etiam fructibus privetur propter dilapidationem, probatur d.c.15. n.13.14. 15. cum aliis ſeqq. p. 101.
Patris uſusfructus in bonis adventitiis filii finitur per abuſum ſeu dilapidationem, non secùs ac per mortem, cap. 15. num. 14. & 15. ibid.
Patre privato tum adminiſtratione, tum commoditate bonorum filii ob diſſipationem culpabilem, extinguitur hypotheca ſuper fructibus eorum à patre debitore impoſita, c. 15. n. 18. & 19. p. 102.
Pater interdictus ſola adminiſtratione bonorum filii, non privatur uſufructu, niſi ex cauſa dilapidationis, c. 15. n. 20. ibid.
Pater privatus uſufructu adventitiorum filii ob diſſipationem & abuſum intelligitur privatus non jure tantùm, ſed etiam commoditate, c. 15. n. 21. ibid.
Pater poteſt renuntiare juri uſusfructus in favorem filii ſui, ante acquiſitionem illius, etiam in fraudem creditorum ſuorum, c. 15. n. 24. ibidem.
Secus ſi ſemel ipſi fuerit quæſitum, n. 25. & 26. ibid.
Pater an poſſit, emancipando filium, ipſi remittere uſumfructum adventitiorum in præjudicium creditorum? remiſſivè, c. 15. num. 28. p. 103.
Ut Pater privetur uſufructu & legitima adminiſtratione adventitiorum filii, non requiritur dolus ex propoſito, ſed ſufficit dilapidatio re ipſa tam in omittendo, quàm in committendo, c.15. n.30. & 31. ibid.
Si Pater ob dilapidationem privetur uſufructu bonorum adventitiorum filii, creditores amittunt hypothecam ſuper illo impoſitam, c. 9. n. 96. verſ. *quibus ſimile.* p. 73.

*Penſio Eccleſiaſtica.*

Penſio Eccleſiaſtica non imponitur ſuper ipſo beneficio, ſed ſuper fructibus ejus, c. 2. n.97. p. 24.
Penſio non extinguitur, ſed dormit, manente titulo beneficii apud penſionarium, ideoque reviviſcit evicto beneficio, c. 6. num. 2. 3. & 5. p. 45.
Penſio finitur per mortem penſionarii, c.6. n. 10. & 13. p. 46.
Penſionis fructus tranſeunt ad hæredes penſionarii, c.6. n. 11. ibid.
Penſio tranſit in Monaſterium, durante vita penſionarii Monachi, c. 6. n. 12. ibid.
Penſio non vacat, ſed extinguitur per mortem penſionarii, c.6. n. 13. ibid.
Penſio ſic denominatur, quia pendet formaliter à beneficio, c. 6. n. 14. ibid.
Penſio æquiparatur uſuifructui, & regulanda eſt per leges quæ loquuntur de uſufructu, c. 6. n. 15. & 16. ibid.
Penſio eſt ſervitus beneficio impoſita, qua extincta beneficium priſtinæ libertati reſtituitur, c.6.n. 17. & 18. ibid.
Penſio extinguitur per acquiſitionem perfectam & irrevocabilem tituli beneficii, c. 6. n. 21. p. 47.
Penſio non extinguitur per revocabilem beneficii acquiſitionem, c. 6. n.27. & 38. p. 47. & 48.
Penſionis extinctio eſt in ſuſpenſo pendente lite ſuper titulo beneficii, c. 6. n. 32. & 33. p. 47.
Penſio eſt in ſuſpenſo quandiu lis pendet ſuper validitate matrimonii à penſionario contracti, c. 6. n. 36. p. 48.
Penſio non amittitur per ingreſſum penſionarii in beneficio, ſed tantum ſuſpenditur effectus extinctionis pendente lite ſuper immiſſione, c. 6. n. 38. ibid.
Penſio dicitur extincta nec reviviſcit, quando beneficium penſione gravatum perfectè penſionarius acquiſivit, & poſtea ultro reſignavit, c.6. n. 39. ibid.
Penſio extinguitur ipſo jure per legitimam & irrevocabilem adeptionem tituli beneficii à penſionario, adeo ut ſi illud poſtea dimiſerit, non poſſit paciſci de penſione renovanda & continuanda, c. 6. n.44. 45. & 46. p. 49.
Penſionis reſurrectio non pendet à ſola contrahentium voluntate, ſed à conceſſione Pontificis, c. 6. n. 46. & 47. ibid.
Penſione extincta per aſſequutionem tituli beneficii, ſi poſtea penſionarius illud dimiſerit, & in concurſu graduari non debet, c. 6. n. 48. ibid.

Quod

Quod declaratur & limitatur, n.49. ibid.

Penſionis hypotheca non extinguitur acquiſito titulo beneficii, ſuper cujus emolumentis erat impoſita, c.7.n.4. & 7.p.50. & 51.

Vid. *Hypotheca.*

Penſio ab initio nulla, vel poſtea reſoluta, non convalidatur ex ſolo conſenſu habentis titulum beneficii, c.7. n.13.p.51.

Penſio conſtituta ſuper beneficio, ad quod poſſeſſor conſentiens penſioni nullum jus habebat, eſt nulla, ita ut verus Titularis opponere poſſit de invalidate, c.7. n.14. ibid.

Penſioni conſentiens nihil agit, ſi tempore conſenſus nullum jus habebat in beneficio, adeo ut titulum ſuperveniens non proſit ad revalidandam penſionem, c.7.n.15. ibid.

Penſionis conſtitutio abſque gratia Pontificis eſt nulla & ſimoniaca, c.7.n.16.p.52.

Penſio nulla, vel jam extincta, non revalidatur ex ſolo conſenſu partium, cap. 7. n. 17. ibid.

Penſio tranſlata an ſit nova & diſtincta à prima, c.8.n.3. & 14. p.54. & 55.

Penſio tranſlata dicitur diſtincta ab antiqua reſpectu juris transferentis, non autem reſpectu ſubſtantiæ ipſius penſionis quæ eſt eadem cum prima, & cum omnibus qualitatibus ſuis, c. 8. n.15. & aliis ſeqq. p. 55.

Penſionis tranſlatio de una perſona in aliam, non eſt novum gravamen, ſed quædam delegatio ſolutionis alteri faciendæ, c.8. n.27. p. 56.

Penſione tranſlata extinguitur jus transferentis, non tamen jus penſionis exigendæ à tranſlatario, c.8.n.28. & 29. ibid. & p.57.

Penſio tranſlata eſt eadem numero, & non diverſa ab ea quæ erat in transferente, c.8.n.30. pag. 57.

Penſionis tranſlatio non inducit mutationem in ſubſtantia, ſed in perſona tantum, c.8. n.31. ibid.

Si penſio tranſlata eſſet nova & diverſa à priore non tenerentur fidejuſſores ejuſdem, c.8.n.32. ibid.

Penſionis tranſlatio non inducit novationem, & ideo remanent obligationes acceſſoriæ fidejuſſorum & hypothecarum, c. 8. n.35.36. & 37. ibid.

Penſionis tranſlatæ identitas verificatur ex ipſo actu transferendi, ratione juris quod transfertur, nec tranſlatio non inducit novum actum, c.8. n.39. p.58.

Penſio tranſlata tranſit in eum ad quem transfertur cum ſua qualitate, onere, hypotheca, & cauſa, c.8. n.40. ibid.

Declaratur, n.43. & 44.

Penſio hypothecata cedi vel remitti non poteſt in præjudicium creditoris, cap. 8. n.45. ibid.

Penſionis tranſlatio eſt actus merè voluntarius penſionarii, n.8. n.46. ibid.

Penſionis tranſlatio facultatis & gratiæ Pontificis penſionario conceſſæ, non efficit novam creationem, ſed tantùm tranſitionem ejuſdem penſionis de una in aliam perſonam, cap. 8. n.58. p.59.

Penſionis extincta per acquiſitionem tituli beneficii non extinguitur hypotheca ſuper commoditate fructuum ab ipſo impoſita, c. 15. n. 9. p. 100.

Penſio, & hypotheca ſuper penſione impoſita extinguuntur per matrimonium à penſionario contractum, c.9. n. 102. p. 74.

*Penſionarius.*

Penſionarius dimittens beneficium, quod poſt penſionem impoſitam nactus fuerat, recuperat jus exigendæ penſionis à novo poſſeſſore, c.6. n.23. & 5. p.45.

Vide *Penſio.*

Penſionarius adeptus poſſeſſionem legitimam & irrevocabilem beneficii penſione gravati, amittit penſionem, c.6. n.8. p.46.

Penſionarius aſſimilatur uſufructuario, c.6. n.9. ibid.

Penſionarii morte penſio extinguitur, c.6. n.10. & 13. ibid.

Penſionarius tranſmittit fructus penſionis ad hæredes, c.6. n.11. ibid.

Penſionarius per ingreſſum in beneficio non amittit penſionem dum lis pendet ſuper immiſſione in poſſeſſionem, c.6.n.38.p.48.

Penſionarius lite pendente poteſt renunciare regreſſui, c.6.n.26.27. & 28. p.47.

Penſionarius adeptus irrevocabiliter titulum beneficii, quamvis poſtea dimiſerit, non poteſt recuperare penſionem amiſſam, cap. 6. n.44. p. 49.

Neque paciſci de illa renovanda & continuanda cum novo poſſeſſore, n.45. ibid.

Penſionarius, cujus penſio fuit extincta per aſſequutionem tituli beneficii, ſi poſtea ipſum dimiſerit, non dicitur creditor reſpectu illius penſionis extinctæ, & in concurſu graduari non debet, c.6. n.48. ibid.

Quod limitatur & declaratur, niſi acquiſiverit revocabiliter tantùm, n.49. ibid.

Penſionarius an amittat hypothecam ſuper fructibus beneficii impoſitam ſtatim atque titulum ipſius beneficii acquiſivit, c.7. n.4. p.50.

Penſionarius amittit penſionem acquiſito titulo beneficii irrevocabiliter, c. 7. n.6. p.51.

Non tamen extinguitur hypotheca, ibid.

Vid. *Hypotheca.*

Penſionarius ſi eodem tempore reſervatæ penſionis obtinuit facultatem eam transferendi, creditor qui accepit eam in hypothecam, debet acquieſcere ſuæ hypothecæ reſolutioni facta tranſlatione, c.8. n.12. p.55.

Penſionarius habens facultatem transferendi penſionem, poteſt ea uti vel non uti pro ſuo arbitrio, c.8. n.47. & 50. p.58.

*Permiſſum.*

Permiſſum ad tempus, poſt tempus cenſetur prohibitum, c.5. n.8. p. 41.

*Pignus.*

Pignoris diſtractio à creditore facta an poſſit reſcindi beneficio *L.2. C. de reſcind. vend.* c.1. §.2.n.6.7. & ſeqq. p.10.

Facultas conceſſa creditori ad vendendum pignus, intelligitur non ut deſtruat debitorem, ſed ut rem agat tanquam procurator, n. 16. ibid. p.12.

Major eſt ratio ad concedendum remedium læſionis in pignore vendito per ſolum creditorem, quàm in vendita authoritate judicis, præſentibus creditore & debitore, num. 19. ibid.

Pignoris vinculo ſubjicitur quidquid pignori accedit, c. 5. n.28. p. 43.

Pignus dicitur quiquid accreſcit pignori, & cadit ſub hypothecam, c.4. n.28. p. 36.

Pignoris jus habens in materia, an illud amittat in materiato, c.4.n.9. p.34.

Pignora data pro contractu innovato remanent obligata acceſſoriè pro primo contractu, licèt nullus & irritus ſit ſecundus, c. 14. n.8. p. 97.

*Pœna.*

Pœna privationis ipſo jure inducit reſolutionem & extinctionem juris quæſiti, c.9. n. 15. p. 63.

Pœna Commiſſi ſolùm incurritur propter introductionem mercium prohibitarum, non verò propter negotiationem, c. 9. n.55. 56. & 57. p. 67.

Vide *Pragmatica.*

Pœna impoſita à teſtatore alienanti prædium non impedit tranſlationem dominii ſi alienetur, c.9. n. 54. ibid.

Vid. *Alienatio.*

Pœna Commiſſi inducit reſolutionem juris delinquentis in mercibus, & adquiſitionem earumdem fiſco, c.9. n.75. p.69.

Vid. *Commiſſum.*

*Præſcriptio.*

Præſcriptio æquiparatur alluvioni, c.2. num.42. p. 18.

Res acquiſita per præſcriptionem à poſſeſſore majoratus, efficitur majoratus, cap. 2. n. 43. ibid.

Præſcriptum ab hærede titulo hæreditario, hæreditati acquiritur, & venit in reſtitutione hæreditatis, c. 2. n.44. ibid.

Præſcriptio incepta in vita defuncti, & perfecta per hæredem, pertinet ad hæreditatem, cap. 2. n. 45. ibid.

Acquiſita per præſcriptionem continentur ſub hypotheca bonorum majoratus, cap. 2. n.47. p. 19.

Et creditor defuncti conſequi poteſt creditum ſuum ex augmento proveniente hæreditati per præſcriptionem. ibid.

Præſcribitur contra Fiſcum in cauſa Commiſſi per quinquennium, c. 3. n.3. p. 62.

Vide *Commiſſum.*

*Pragmatica.*

Pragmaticæ Regni imponentes pœnam confiſcationis mercium prohibitarum referuntur & declarantur, cap.9. n.44. uſque ad 58. p.66. & ſeqq.

Pragmatica prohibens ſub certa qualitate & modo, non extenditur ultra qualitatem & modum, c.9. n.49. & 50. p.66.

Pragmatica prohibens commercium certarum rerum ſub pœna, non dicitur prohibere abſolutè, neque annullat contractum, ſed tantùm pœnam repoſcit, cap.9. n. 51. 52. & 53. ibid.

*Princeps.*

Princeps pluribus committens unius muneris exercitium, de nullo ſeparatim confidit, ſed tantùm de omnibus ſimul, cap.3. n. 15. p. 28.

Principis aſſertioni de facto alieno non ſtatur in præjudicium Tertii, c.3. n. 32. p.30.

Princeps poteſt auferre agrum, vel domum vaſſallo invito ad publicam utilitatem data compenſatione, cap.9. num. 105. cum aliis ſeqq. p. 74.

Principis beneplaciti reſervatio ſuſpendit contractum, & interim contrahentes pœnitere poſſunt, c.13. n.32. p.95.

Secùs poſt expeditionem placiti; n. 33. ibid.

Vide *Contractus.*

Princeps an poſſit concedere reſcriptum quo creditor poſterior præferatur anterioribus, c.16. n.1. p.104.

Princeps an poſſit ſubvertere & præpoſterare ordinem & gradum creditorum, cap.16. n.3. ibid.

Principis reſcriptio jus hypothecæ acquiri poteſt in bonis debitori, c. 16. n.8. ibid.

Principis reſcriptum præpoſterans ordinem creditorum non eſt admittendum, c. 16. n. 9. & 10.14.15. & 16.p.105. & ſeqq.

Vide *Reſcriptum.*

Princeps moratoriam dilationem debitori non concedit, niſi data priùs ſatiſdatione ad ſolvendum poſt terminum, cap.16. num.12. & 13. ibid.

Princeps poteſt per legem generalem conſtituere de dividenda actione hypothecaria contra unumquemque bonorum poſſeſſorem pro rata, c. 16. n.18. p.106.

Non tamen per reſcriptum ſpeciale præjudicium creditorum antea jus quæſitum habentium, n. 19. ibid.

Princeps non debet auferre exceptionem Tertio competentem, c. 16. n.21. ibid.

Princeps non tollit jus quæſitum creditoribus, c.16. n.22. p. 107.

Princeps non debet concedere jus hypothecæ vel prælationis uni creditori chirographario in præjudicium cæterorum, cap.16. num.24. ibid.

Princeps poteſt per legem generalem & publicam dare jus prælationis creditori poſteriori ex juſta cauſa, c.16. n.9. p.105.

Princeps non poteſt ſubvertere contractum inter partes firmatum de jure naturali, abſque illarum conſenſu, c.16. n.21. p.106.

Princeps non poteſt mutare diſpoſitiones teſtamentarias legibus conſentaneas, c. 16. n.21. ibid.

*Privilegium.*

Privilegium competens donatori, marito, & ſocio, ne ultra quàm facere poſſit conveniantur, non prodeſt fidejuſſoribus nec hæredibus eorum, c.1.§.1. n.3.12. & 13. p.7. & 8.

Privilegium deducendi portionem ne egeat donator eſt merè perſonale, nu.5. & 11. ibid. pag. 8.

Vid. *Exceptio.*

Privilegium tendens in præjudicium Tertii tanquam exorbitans ab omni jure Princeps concedere non debet, c.16. n.10. p.105.

Vide *Princeps.*

Declara ut ibid. n.9. ibid.

*Probatio.*

Qui probare vult per teſtes quod debet probari per inſtrumentum, habet præſumptionem juris contra ſe, c. 3. n.29. p. 30.

Probari poteſt voluntas ex actu nullo, c.14. n.2. pag. 97.

Vide *Nullitas.*

*Prorogatio.*

Prorogatio & extenſio fit cum eiſdem qualitatibus, c.5. n.24. p. 42.

Prorogatur hypotheca ſuper emphyteſi conſtituta, ſi generationes prorogentur, c.5. n.21. ibid.

Prorogatum à Principe officium idem remanet quale erat ante prorogationem, c.5. n.23. ibid.

Proro-

Prorogatio non admittitur de eo quod non eſt, c.5. n.32. p.43.
Prorogatio rei hypothecatæ non durat poſt jus prius extinctum, c.8. n.8. p.54.

*Proteſtatio.*

Proteſtatio tunc eſt neceſſaria quando procedendum eſt contra ſcribentem literas cambii non acceptatas, c.3. n.50. p.32.
Proteſtatio non requiritur quando ſcribens literas, ſciens non fuiſſe acceptatas nec ſolutas, reddidit ultrò pecunias quas acceperat, cap.3. n.51. & 52. ibid.

Q

*Qualitas.*

Qualitates omnes primi contractus an & quomodo cenſeantur repetitæ in ſecundo, c.2. n. 57. & ſeqq.
Vide *Reconductio.*
Qualitatibus primi contractus ſubjicitur augmentum ſuperveniens ex facto ipſorum contrahentium, c.2. n.68. p.21.
Vide *Augmentum.*
Qualitas rei inſpicitur quæ erat tempore contractæ obligationis, c.5. n. 17. p.42.
Extenſio fit cum eiſdem qualitatibus, c.5. n.24. ibid.
Augmentum eſt ejuſdem qualitatis ſuo principali, c.5. n.25. ibid.
Qualitas Nominis determinans Verbum, limitat diſpoſitionem juxta qualitatem & tempus Verbi, c.9. n.39. p. 65.
Ultra Qualitatem & modum non extenditur legis diſpoſitio, quando aliquid ſub certa qualitate & modo prohibet, c.9. n.49. p.66.
Qualitas nova ſuperveniens enti, illud tranſmutat in novam ſpeciem, c.10. n.9. p.77.
Qualitas ſuperveniens enti non immutat illius ſubſtantiam, cap. 10. numer. 23. 24. & 25. pag. 79.
Qualitas ſuperniens rei hypothecatæ, non immutat nec extinguit hypothecam, c.10. n.26. ibid.
Qualitas liberalis ſuperveniens majoratui reſpectu vinculi, non deſtruit ſubſtantiam bonorum ejuſdem, c.10. n.16. p.78.

R

*Ratihabitio.*

Ratihabitio hypothecæ an retrotrahatur ad tempus prioris contractus in præjudicium poſterioris creditorum, cap.11. nu.19. & 20. pag. 82.
Ratihabitio contractus antea geſti, non nocet hypothecæ medio tempore contractæ, c.11. n.24. p.83.
Ratihabitio contractus à minore celebrari abſque decreto non nocet hypothecæ contractæ poſt adeptam ætatem legitimam, cap. 11. nu. 25. ibid.
Ratihabitio nunquam retrotrahitur in præjudicium Tertii medio tempore jus acquirentis, c.11. n. 26. & 27. ibid. 8. ibid.
Ratihabitio poſſeſſoris majoratus circa facultatem à creditoribus impetratam contrahendi ſuper bonis vinculatis, nullius eſt momenti poſt decoctionem, c.13. n.21. 22. 23. cum aliis ſeqq. p. 93.
Vide *Contractus.*
Ratihabitio actus nulliter facti, eſt novum actum celebrare, c.7. n.17. p.52.

*Reconductio.*

Reconductio tacita an ſit ejuſdem qualitatis cujus eſt expreſſa; & utrum cenſeantur eadem pacta & pignora in ea repetita, cap.2. nu.20. pag. 17.
Reconductione tacitè contracta, renovantur pacta, qualitates, conditiones, & hypothecæ expreſsè appoſitæ per contrahentes in primo contractu, c.2. n. 56. & 57. p.20.
Reconductio tacita non inducitur à jure, quando in aliquo ex contrahentibus deficit aptitudo conſenſus, ut in pupillo, mente capto, & ſimilibus, c.2. n. 58. ibid.
Reconductionem novam ac repetitionem hypothecæ operatur tacita contrahentium voluntas, c.2. n.62. ibid.
In Reconductione novus requiritur conſenſus qui præſumitur, c.2. n.65. & 66. p.21.
In Reconductione tacita prior hypotheca non manet in veritate, ſed videtur manere, c. 2. n.67. ibid.
Exponitur textus in *l. cum quæritur*, §. *qui impleto*, *ff. locati*: c.2. n. 64. ibid.
Et in *l. repetitionem*, 4. *C. de uſur.* n. 67. ibid.
In Reconductione tacita ſolùm inter ipſos principales contrahentes adeſt repetitio hypothecæ, c.2. n.81. p.22.

*Regula.*

Regula, *Qui prior eſt tempore*, an locum habeat inter creditores hypothecarios ex cauſa lucrativa & oneroſa, c.1. §.1. n.19. p.9.
Regulam exempla non reſtringunt, ſed declarant, & lex exemplariter loquens alios caſus ſimiles non excludit, c.16. n.4. & 5. p. 104.

*Renuntiatio.*

Renuntiatio voluntaria Officii in manibus Principis, vel Papæ, non nocet creditoribus quibus tale officium fuit legitimè hypothecatum, c.1. n. 11. verſ. *conſonat.* p. 3.
Renuntiatio obligationis principalis nulliter facta non extinguit acceſſorias, cap. 14. n.17. pag. 99.
Renuntiatio uſusfructus à patre facta in illius acquiſitionem, præjudicat creditoribus patris, c.15. n. 24. p.102.
Secùs poſt acquiſitum patri uſumfructum & acceptatum, n. 25. & 26. ibid.
Declara ut n.27. p.103.
Quid ſi renuntiatio fiat, emancipando filium remiſſivè, n.25. p.102.

*Res.*

Rei principalis, & augmenti, idem eſt judicium, & eadem natura, c.2. n. 2. p.15.
Una & eadem res non debet diverſo jure cenſeri, c.2. n.3. ibid.
Vide *Augmentum.*
Res acquiſita per præſcriptionem à poſſeſſore Majoratus, fit majoratus, c.2. n.43.
Vid. *Præſcriptio.*
Rem augent ſervitutes acquiſitæ, ejuſque naturam ſequuntur, c.2. n.53. p.19.
Res æquè principaliter unita alteri debet exprimi in facultatis impetratione illam alienandi, c. 2. n. 111. p. 25.
Rei forma mutata ſuper qua quis habet uſumfructum,

fructum, extinguitur uſusfructus, cap.4. n.4. pag. 34.
Rei forma mutata, ita ut tranſeat in aliam diverſam ſpeciem, mutatur jus, cap.4. num. 7. ibid.
Quod declaratur, n.32. 33. & 34. p.37.
Rei formâ mutatâ in qualitatibus tantum, non extinguitur hypotheca ſuper ea contracta, c.4. n.40. & alus ſeqq. p.38.
Vid. *Hypotheca*.
Res initium capere non poteſt ab eo caſu quo finem accipere debet, c.4. n.45. ibid.
Re mutata quoad ſubſtantiam jus omne in illa extinguitur, aliàs non, c.4.n.64. p.40.
Res redit ad ſuum priorem ſtatum ex vi attractiva, c.6. n.6. p.45.
Res ſua nemini ſervit, c.6. n.21. p.47.
Rei mutatio non inducitur ex mutatione perſonæ, c.8. n.42. p.58.
de Re ad perſonam, & è contra, an valeat argumentum, c.8.n.38. ibid.
Rei hypothecatæ prorogatio: Vid. *Prorogatio*.
Res ſemel legitimè à vero domino hypothecata, quovis modo poſtea alienetur, tranſit in acquirentem cum ſuo onere. c.9. n.25. p.64.
Declaratur, ibid. n. ſeqq. ibid.
Vid. *Hypotheca*.
Res pluribus creditoribus ſeparatim hypothecata, ſi uni ſatisfactum ſit, non fit libera reſpectu aliorum, c.10. n. 28. p.80.
Rei alienæ hypotheca regulariter non valet, c. 11. n.9. p. 82.
Rei alienæ hypotheca ſuſtinetur quando debitor illam obligans aliquid juris in ea habebat, ex quo poſtea rei dominium acquirit, c.11. n.10. ibid.
Si Rei mea abſque meo mandato ſubjiciatur hypothecæ quam poſtea ratificem, ratificatio ſuperveniens non nocet hypothecæ medio tempore contractæ, c.11. n.24. p.83.
de Re ad tempus valet argumentum, c.2.n.18. & 19. p.17.

*Reſcriptum.*

Reſcripta moratoria ſæpè à debitoribus impetrantur validè & efficaciter etiam in diſpendium creditorum, c.16. n.2. p. 104.
Reſcripto Principis an poſſit creditor poſterior præferri anterioribus, c.16. n. 1. ibid.
Reſcripto Principis poteſt creditor acquirere jus hypothecæ in bonis debitoris, cap. 16. n.8. ibid.
Reſcriptum Principis præpoſterans ordinem & gradum creditorum, non eſt admittendum, c.16. n.9. p. 105.
Reſcriptum Principis quod tendit in præjudicium juris alicui Tertio quæſiti tanquam exorbitans ab omni jure, non debet admitti, c. 16.n.16. p. 106.
Reſcriptum Principis prævertens ordinem hypothecarum, longè differt à reſcriptis moratoriis, c.16.n.11.16. & 17. p.105. & 106.
Reſcriptum præpoſterationis conceſſum creditori poſteriori in præjudicium anteriorum, omni ex parte noxium eſt ipſis, non ſolum ratione rei, ſed etiam temporis ad agendum, c.16.n.14. & 15. p. 105.
Vide *Princeps*.
Reſcriptum ab uno ex correis in ſolidum obligatis impetratum à Principe, ne conveniatur pro tota quantitate, non valet, c.16. n.20. p. 106.
Reſcriptum tollens exceptionem Tertio competentem, concedi non debet, cap.16.num.21. ibid.
Reſcriptum à poſteriore creditore impetratum quo anterioribus præferatur, ſubreptitium eſt & nullum, c.16. n.23. p.107.
Reſcriptum moratorium à Principe debitori conceſſum non ſuſpendit curſum uſurarum, c.17. n.10. p. 109.
Reſcriptum moratorium ſuſpendit dumtaxat exactionem tam ſortis quàm uſurarum, non tamen ſiſtit curſum ipſarum, cap. 17. num. 11. ibid.
Reſcriptum moratorium non ſuſpendit curſum uſurarum ſi jam inceperint currere propter moram commiſſam ante impetrationem, c.17. n.24. p. 110.
Reſcriptum moratorium minus favorabile eſt beneficio ceſſionis bonorum, cap. 17. num.26. ibid.

*Rota Romana.*

Rotæ Romanæ deciſio *in una Civitatis plebis Penſionis*, 15. *Jun.* 1606. *coram Sacrato*, adducitur, explicatur, & declaratur, c.6. n.7. 24.38. & 51. p.45.47.48.49.
Rota Rom. ſæpiùs decidit Penſionem Eccleſiaſticam tranſlatam, non eſſe diverſam à priore, ſed eandem, c.8. n. 14. & 26.p.55. & 56.
Ad quod adducitur deciſ. *in una Carpen. penſionis*, 29. *Maii* 1602. *coram Lancelloto*. c.8. n.16.17. 18. & 19. ibid.
Alia deciſ. *in una Papien. Penſionis*, 11. *Decemb.* 1606.c.8.n.20.21. & 22. p.56.
Alia *in una Tertul. penſionis*, 15. *Decemb.*1610. c.8. n.23. ibid.
Alia *in una Feron. Penſionis*, 14. *Januar.* 1613. c.8. n.24. & 25. ibid.
Rota Rom. *apud Ludoviſ. deciſ.*76. ex aliis ejuſdem Rotæ deciſionibus & communi Doctorum ſententia rejicitur, cap. 14. num. 21. & 22. pag. 99.

## S

*Sententia.*

Sententia lata contra debitorem decoctum, in favorem ejus qui concurſum formatum ignorabat, an valida ſit? diſputatur ad partes, c. 12.n.30.31. cum ſeqq. uſque ad 42. p. 88.
Sententia lata contra debitorem poſt hypothecam contractam non nocet creditoribus ignorantibus litem ſuper hypotheca motam, c.12.n.32. ibid.
Sententia lata contra debitorem pendente concurſu valida eſt, ſive adverſarius ſciverit, ſive ignoraverit concurſum, non tamen nocebit creditoribus non citatis, c.12.n.34.35. & 42. ibid. & 89.
Sententia lata contra debitorem non mandatur executioni contra tertios rerum hypothecatarum poſſeſſores, c. 12. n.39. ibid.

*Servitus.*

Servitutis ſpecies, eſt penſio impoſita beneficio Eccleſiaſtico, c.6. n. 17. & 18. p.46.
Vide *Penſio*.
Servitutis perſonalis ſpecies eſt uſusfructus, c.6. n.18. ibid.
Vide *Uſusfructus*.
Servitutem habens in re aliqua, eam amittit ſi proprietatem ejus nanciſcatur, c.6.n.20. & 21.p.47.

Ser-

Servitutes acquiſitæ augent rem, & ejus naturam ſequuntur, c.2. n.53. p.19.

*Servus.*

Servus delinquens hypothecatus poteſt damnari ad mortem non attento jure domini nec creditorum, c.9. n. 100. p.74.

Servi, ſicut alia debitoris bona, hypothecariæ obligationi ſubjici poſſunt, cap. 10. num. 6. & 7. p. 77.

Servo hypothecato manumiſſo, hypotheca diſſolvitur etiam in præjudicium creditorum, c. 10. n. 8. ibid.

Servus hypothecatus per hypothecam generalem omnium bonorum debitoris, poteſt manumitti, & hypotheca extinguitur, ſecùs ſi per ſpecialem, c.10.n.17. p.78.

Servi etiam generaliter hypothecati manumiſſio non valet in præjudicium creditorum ſi debitor non ſit ſolvendo, c.10. n.19. p.79.

Servo vagabundo confiſcato, petit hypotheca ſuper ipſo impoſita, c. 9. n.97. p. 73.

*Solutio.*

Solutio pecuniæ fiſcalis facta uni ex Theſaurarii, informis eſt, & non liberat debitorem à ſorte principali & intereſſe, c.3.nu.4. & 17. pag. 18.

Vide *Theſaurarius.*

Et ſolutionis ratio ſumitur in libro Rationum, n. 3. ibid.

Solvens Theſaurario contra formam mandati per ignorantiam, malè ſolvit, & ſibi debet imputare, c.3. n.10.11. & 19. p. 28. & 29.

Solutio aliter facta quàm vero creditori, vel ab eo mandatum habenti, non liberat debitorem, c.3. n.12. p.28.

Solutio quæ fieri debet cum certis circumſtantiis, & interventu quarundam perſonarum, ſi aliter facta ſit, non valet, cap.3. num.18. pag. 29.

Vide *Apocha.*

Solutio pecuniæ fiſcalis per apochas ſolemnes probanda eſt, c. 3. n.29. p.30.

Solutione non facta die & loco aſſignatis, ſcripto litterarum cambii conſtituitur in mora, c. 3. n.49. p. 32.

Vide *Cambium.*

Vide *Mora.*

Solvens perſonæ inhabili ſcienter vel ignoranter non liberatur, c.12. n.5. p.85.

Solutio facta bona fide debitori decocto an liberet ſolventem ignorantem judicium concurſus, c.12. n.12. p.86.

Solvens per juſtam ignorantiam debitori decocto excuſatur & liberatur, c. 12. num. 16. & 20. ibid.

Secùs ſi ſciverit, vel ſcire debuerit, ibid. n.17. 18.19.20. & 21. & 22. p.87.

Vide *Ignorantia.*

Solutio facta debitori poſt formatum concurſus judicium non liberat ſolventem, niſi ſolvens probabiliter ignoraverit concurſum & decoctionem, c.12. n.4. ibid.

Quamvis ſolutio facta decocto liberet ſolventem ignorantem decoctionem, non tamen valet contractus cum eo celebratus, cap. 12. n.55. p.90.

Solvere an teneatur filius creditoribus patris ex fructibus adventitiorum quæ ob dilapidationem à patre factam conſolidantur in favorem filii, cap. 15. num. 3. 13. & ſeqq. pag. 100. & 101.

Vide *Filius.*

Quid de ſucceſſore in majoratu, cap. 15. nu.13. p. 101.

Solvendi difficultas non excuſat debitorem à mora, nec ab intereſſe propter moram debito, c.17. n. 13. p.109.

Vide *Mora.*

Solvere non licet debitori creditoribus ſuis pendente concurſus judicio, c.17. n. 28. p.97.

Solvendi impotentia excuſat debitorem à mora & intereſſe lucri ceſſantis, c.17. n.34. p.111.

Maximè ſi impotentia præceſſerit moram, n.35. ibid.

*Statutum.*

Statutum diſponens ſuper lucro dotis extenditur ad augmentum ejus, c.2. n.12. p.25.

Vide *Dos.*

Statuto requirente conſenſum mariti, aut interventum duorum propinquorum, ad authorizandum mulieris vel minoris contractum, non ſufficit ſola præſentia cum taciturnitate, c. 3. n.26. & 27. p. 29.

Quod fortiùs procedit quando agitur de præjudicio Tertii, n.28. p.30.

Et talis contractus non ſervatis ſolemnitatibus à Statuto requiſitis celebratus nullus eſt, c.3. n.31. ibid.

Vid. *Theſaurarius.*

Statutum diſponens aliquid ultra jus commune, illud cenſetur forma ſubſtantialis, qua deficiente actus corruit, c.3. n.36. p. 43.

Statutum prohibens extrahi frumentum, habet locum in farina, c.4. n.50. p. 39.

Statutum diſponens ſuper actu ſibi licito, non attendit voluntatem domini, c. 9. n. 111. & 112. pag. 75.

Statuto diſponente ſuper aliquo actu, non attenditur præjudicium quod in conſequentiam accidere poteſt, c.9. n.113. ibid.

Statuto diſponente quod cauſæ viduarum ſint ſummariæ tales fient, ſi, lite pendente matrimonium ſolvatur per mortem viri, c.17. n. 43. p. 111.

*Succedere. Succeſſio.*

Succedens in locum alterius per privationem prædeceſſori inflictam an teneatur ſatisfacere creditoribus prædeceſſoris privati, c.9. n.21. & ſeqq. ubi tractatur ad partes, p.64.

Vide *Fiſcus.*

Succeſſorum jus non attenditur in alienationibus bonorum majoratus, juris authoritate intervenient facti, cap.9.nu.110. & aliis ſeqq. pag. 75.

Vid. *Alienatio.*

Succeſſor in majoratu an teneatur ſatisfacere creditoribus primi poſſeſſoris ex fructibus ab illo hypothecatis, quando fuit privatus ob dilapidationem, c. 15. n.13. p.101.

## T

*Tempus*

Tempore prohibito, quæ fiunt vel conferuntur in tempus prohibitum, irrita ſunt & nulla, c. 13. n.31. p.96.

Contrahentibus quibus medio tempore jus quæſitum eſt, non nocet fictio retractiva, c. 13. n.37. p. 95.

Tempus non currit legitimè impedito, & juſtum impedimentũ excuſat à mora, c.17. n.14. p.109.

Vide

Vide *Mora.*
Vide *Impedimentum.*
De tempore ad rem, & de re ad tempus, valet argumentum, c.2.n.18. & 19. p. 17.

*Tertius.*

Tertius conſequitur æſtimationem melioramentorum quæ fecit in re hypothecata, c.2.n.51. pag. 19.
Tertius aggregans bona ſua antiquo majoratui non poteſt comprehendi in contractu antecedente inter hypothecarium & tunc poſſeſſorem majoratus celebrato, c.2. n.78.79. & 80. pag. 22.
Vide *Diſpoſitio.*
Vide *Hypotheca.*
In Tertii præjudicium verba enuntiativa nihil probant, c.3. n.34. p.30.
Vide *Aſſertio.*
Vide *Verba.*
In Tertii præjudicium non admittitur confuſio, c.4. n.19. & 20. p.35.
Vide *Confuſio.*
Tertii hypotheca illæſa non obſtante confuſione actionum inter creditorem & debitorem, c.4. n. 21. ibid.
Vid. *Hypotheca.*
In præjudicium Tertii non conſideratur conſolidatio uſusfructus cum proprietate, cum Tertius ipſe intermediat pro ſuo intereſſe, c. 4 n.59. p.39.
Uſufructu apud Tertium conſolidato extinguitur hypotheca ſuper ejus commoditate conſtituta, c.4. n. 64. & ſeqq. p. 40.
Vide *Uſusfructus.*
Tertii præjudicium non attenditur, ubi concurrit neceſſitas & rigor legis jubentis merces comburi ob metum peſtis, c. 9. n. 104. p.74.
Vide *Hypotheca.*
In Tertii præjudicium medio tempore jus acquirentis nunquam retrotrahitur ratihabitio, c. 11. n.16. & 27. p. 83.
Si Tertii interſit ne res aliqua alienetur, pactum de non alienando cum ipſo initum impedit dominii tranſlationem, c.12. n.25. p. 87.
Tertios rerum hypothecatarum poſſeſſores non afficit ſententia contra debitorem lata, c. 12. n.39. p.89.
Tertii jus lædi non debet per reſcriptum à Principe impetratum, cap.16.n.10. & ſeqq. p.105.
Et tale reſcriptum tanquam ſubreptitium non attenditur in præjudicium Tertii, c.16.n.21. & ſeq. p. 106.

*Theſaurarius.*

Theſaurarius unus Arcæ Regiæ ſine interventu aliorum non poteſt recipere ſolutiones, c. 3. n. 1. p. 27.
Theſaurarii Regii nihil poſſunt extrahere ex arca abſque ſpeciali decreto, c.3. n.2. ibid.
Theſaurarii arcæ Regiæ non poſſunt etiam ſimul recipere ſolutiones abſque decreto Senatus, c.3. n.5. p.28.
Theſaurariorum arcæ Regiæ in quo munus conſiſtat, ibid. & n.6. ibid.
Theſaurarii arcæ Regiæ recipiunt pecunias fiſcales ab exactoribus ſpecialiter deputatis, & ab illis non exeunt, niſi ſub certis ſolemnitatibus, c.3. n. 7. ibid.
Theſaurarius Sedis Apoſtolicæ recipit pecunias Cameræ ſolvendas, de quibus computum reddit, c. 3. n.8. ibid.
Theſaurario ſolvens ignorans formam mandati ſibi imputet; ſicut qui contrahit non ſervata lege & forma præſcripta, ſi inde damnum ſentiat, cap.3. num.10. 11. & 19. ibid. & 29.
Theſaurarius unus ex tribus deputatis non poteſt ſolus recipere ſolutiones etiam cum decreto Senatus, c.3. n. 13. & 14. p.28.
Vid. *Solutio.*
Vid. *Apocha.*
Theſaurarius qui ſine ſolemnitatibus requiſitis recepit ſolutionem à debitore fiſcali, debet primùm excuti; & ſi ſolvendo non ſit, recurritur in ſubſidium contra debitorem qui ſolvit, c.3. n.37. p.31.

*Tranſactio.*

Tranſactio inter hæredem inſtitutum & ſucceſſorem ab inteſtato facta impugnari poteſt à creditoribus & legatariis, quorum intereſt teſtamentum ſuſtineri, c.1. n. 30. p.6.
Vid. *Creditor.*
Per tranſactionem contrahitur nova hypotheca illi adjecta in augmentum primæ obligationis, ſi tranſactioni non ſtetur, c.14. n. 7. p.97.
Etiamſi Tranſactio facta ſit animo novandi præcedentem obligationem, n. 7. ibid.
Quod declaratur remiſſivè, n.22. p. 99.

*Tranſlatio.*

Tranſlatio penſionis Eccleſiaſticæ virtute indulti Apoſtolici, an inducat novam penſionem, an verò tranſlata ſit eadem cum prima, c. 8. n.3. & 14. & paſſim per tot. c. p. 54. & ſeqq.
Vid. *Penſio.*
In tranſlatione qualibet juris, idem jus, & non aliud diverſum tranſit in tranſlatarium, c. 8. n.41. & 42. p.58.
Tranſlatio penſionis eſt actus merè voluntarius penſionarii, c.8. n.46. & 47. ibid.
Tranſlatio dominii non impeditur, ſi in prohibitione alienationis pœna fuerit impoſita alienanti, c.9. n.54. p.66.
Vide *Alienatio.*
Tranſlatio dominii impeditur propter prohibitionem alienationis ex pacto cum Tertio inito cujus intereſt rem non alienari, cap.12.n.25. p. 87.
Tranſlatio dominii impeditur ex pacto jurato de non alienando, c.12. n.7. p.85.
Vide *Nullitas.*
Tranſlatio dominii impeditur in rebus à debitore alienatis poſt concurſum formatum, c.12.n.26. p. 87.
Tranſlatio hypothecæ à priore creditore in poſteriorem, per jus offerendi, non inducit novam hypothecam, ſed eadem numero tranſit quæ erat antea, c.8. n.39. in fin. n. 58.
Tranſlatio fit cum ſuo onere, qualitate, & cauſa, c.8. n.40. ibid.

*Tranſmiſſio.*

Quod non eſt tranſmiſſibile, non eſt ceſſibile, c. 1. §.1. n.6. p.8.
Et viciſſim quod eſt tranſmiſſibile, ceſſionem admittit. n.7. ibid.

*Tutor.*

Tutores plures licèt debeant conficere librum rationum, ſufficit ſcriptura unius & ſubſcriptio cæterorum, c.3. n. 25. p.29.
Tutoris bonis confiſcatis, an & quomodo poſſit pupillus agere adverſus fiſcum, cap.9. nu.88. p. 71.

Verba.

## V


*Verba.*

Verba Collegæ, vel alterius qui non poteſt diſponere de actu à ſe geſto, nullam inducunt præſumptionem, c.3. n.33. p.30.

Verba enunciativa in præjudicium Tertii nihil probant, c.3. n.34. ibid.
Vide *Aſſertio.*

Verba contractus referuntur ad tempus quo fuit celebratus, c.5. n.15. & 16. p. 42.

Verbum, *Bona*, adjectum genitivo, *Majoratus*, indicat omnia bona pertinentia ad majoratum, ſive ex dominio, ſive ex poſſeſſione, c.2. 116. pag. 26.

Verbum, *Videtur*, denotat improprietatem ſui natura, c.2. n.67. p.21.

*Venditio. Vendere.*

Venditione perfecta, periculum rei, ſicut & incrementum, pertinet ad emptorem, c.2. n.32. pag. 18.
Vide *Augmentum.*

Venditor an & quando propter læſionem poſſit à contractu diſcedere, c.1. §.2. n.13. p.11.
Vide *beneficium leg. 2. C. de reſc. vend.*

Vendere quis cogi poteſt ad ornatum urbis, c.9. n.109. p.75.

*Unio.*

Per unionem unius rei factam alteri, in iſtam omnia emolumenta alterius tranſeunt, c. 2. n. 107. p. 25.

Unitæ rei mentio facienda non eſt in impetratione rei principalis, c.2. n.106. ibid.
Declara, niſi una res ſit æquè principaliter unita alteri, n. 111. ibid.
Vide *Augmentum.*

*Voluntas.*

Voluntas elici poteſt & probari ex actu nullo, c.14. n.3. p. 97.

Voluntas teſtatoris deduci poteſt ex diſpoſitione, etiamſi nulla & irrita, c. 14. n. 4. ibid.

Voluntas teſtatoris declarari poteſt per diſpoſitionem nullam; ſecùs eſt in contrahentibus, c. 14. n.19. p.99.

*Uſuræ.*

Uſuræ legitimæ debentur propter moram debitoris in ſolvendo, c. 17. n. 1. p.108.

Uſuras ante concurſus judicium debitas peti non impedit ſuperveniens concurſus, cap.17. n.3. ibid.

Uſuræ non currunt pendente judicio concurſus in præjudicium poſteriorum creditorum, c.17. num. 6. ibid.

Uſurarum curſum non ſiſtit reſcriptum moratorium à principe debitori conceſſum, licèt ſuſpendat exactionem illarum, c.17. n. 10. & 11. & 24. p. 109.

Uſuræ debitæ ex officio judicis ceſſant, quandiu bona debitoris inopis ſunt in ſequeſtro, c.17. n.29. p.110.

Uſuras jam debitas non tollit impedimentum ſolvendi ex concurſus judicio ſuperveniens, licèt extinguat curſum illarum pro futuro, c. 17. n.37.38. & 44. p. 111. & 112.

Uſuræ currentes ante rem judicatam ſuſpenduntur per dilationem conceſſam debitori ad ſolvendum ex cauſa miſerationis, c.17. n.39. & 40. p. 111.

Uſuræ ex mora non debentur poſt formatum judicium concurſus, quia debitor deſinit eſſe in mora, quæ habet tractum temporis ſucceſſivum, c.17. n.41. & 42. ibid.

Uſuris minoribus promiſſis, ſi poſtea per novum contractum convenerit de uſuris majoribus, an prior hypotheca extenditur ad hoc augmentum majorum uſurarum, cap.2. num.67. verſ. Sed contra. p. 21.

*Uſusfructus.*

Uſufructu extincto an extinguatur hypotheca ſuper eo conſtituta, c.4. n.1. p.34.

Uſusfructus extinguitur conſolidatione, ſi uſufructuarius nanciſcatur rei proprietatem, c.4. n.3. ibid.

Uſusfructus extinguitur mutata forma rei ſuper qua conſtitutus erat, c. 4. n.4. ibid.

Uſusfructus formalis transfunditur in cauſalem per acquiſitionem proprietatis, c.4. n.5. ibid.
Et inter utrumque magna eſt differentia. ibid.

Uſusfructus formalis tranſlatus in cauſalem non poteſt reduci ad priorem formam, c.4. n.12. p. 35.

Uſufructu conſolidato cum proprietate apud Tertium, extinguitur hypotheca ſuper ejus commoditate conſtituta, cap.4. num.60.61. & 62. pag. 39.

Uſusfructus commoditas ſimpliciter hypothecata non patitur mutationem per adquiſitionem proprietatis, c.4. n.66. p.40.

Uſusfructus hypothecatus nihil influit in proprietatem, ſed finitur hypotheca per mortem fructuarii debitoris, c.5. n.3. 4.9. 13. 29. & ſeq. p.41. & ſeqq.
Vide *Hypotheca.*

Jus Uſusfructus non poteſt hypothecari, nec cedi, ſed ſola commoditas fructuum, c.4. n.24. p. 36.

Uſufructu conſolidato, commoditas fructuum & eorum perceptio eodem modo remanet penes debitorem, quo erat ante conſolidationem, c.4. n.25. & 26. & 29. ibid.
Vide *Hypotheca.*

Uſusfructus non tranſgreditur vitam fructuarii, c.4. n.32. p.43.

Uſusfructus eſt ſervitus perſonalis, cap. 6. n.18. pag. 46.

Uſusfructus finitur per acquiſitionem proprietatis rei fructilis perfectam & abſolutam, cap. 6. n.19. 20. & 21. p.47.

Uſusfructus reviviſcit, ſi proprietas empta à fructuario, fuerit retracta à conſanguineo proprietarii, c.6. n.35. & 36. p.48.

Uſusfructus finitur per mortem fructuarii, c.6. n. 10. p. 46.

Uſusfructus tranſit in Monaſterium, durante vita Monachi, c.6. n. 12. ibid.

Uſufructu duobus ſucceſſivè relicto novus dicitur uſusfructus in ſecundo fructuario, c.8. n. 5. & 55. p. 54. & 67.
Et an ſimiliter penſio tranſlata dicatur nova penſio. ibid.
Vide *Penſio.*

Uſusfructus non extinguitur per conſolidationem ſubſequutam, reſciſſam vel irritam factam, c. 14. n. 11. p.98.

Uſusfructus quoad jus diſcrepat ab ipſa commoditate fructuum, c. 15. n.7. p.100.

Uſufructu amiſſo, durat hypotheca ſuper commoditate impoſita, c. 15. n.8. ibid.
Vide *Hypotheca.*

Uſusfructus patris in bonis adventitiis filii finiunt

tur per abuſum ſeu dilapidationem, non ſecus ac per mortem, c.15. n. 14. & 15. p.101.
Uſusfructus an & quomodo poteſt remitti à patre filio in fraudem creditorum, necne, c.15. n.24. 25.26.27. & 28. p. 102. & 103.
Vid. *Pater.*

*Uſusfructuarius.*

Uſusfructuarius dimittens voluntariè proprietatem, non recuperat uſumfructum ſemel conſolidatum, c.1. n.14. p. 35.
Uſusfructuarius rei ſuæ nemo eſſe poteſt, c.4. n. 15. ibid.
Uſusfructuarius ultro dimittens uſumfructum, non præjudicat creditoribus ſuis, cap.4. n.17. & 18. ibid.
Uſusfructuarius obligans uſumfructum, intelligitur obligare commoditatem, c.4. n. 43. p.38.
Uſusfructuarius legans uſumfructum quem habet in re aliena, ſi poſtea proprietatem acquirat; eam non præſumitur legaſſe, cap. 5. num.18. p.42.
Uſusfructuarius omne jus in re fructili amittit per mortem, c.5. n. 19. ibid.
Uſusfructuarius æquiparatur penſionario beneficii, & viciſſim penſionarius fructuario, c. 6. n.9. cum multis ſeqq.
Vid. *Penſio.*
Uſusfructuarius tranſmittit fructus perceptos ad hæredes, c. 6. n.11. ibid.
Uſusfructuarius ob dilapidationem privatur omni jure commoditate uſusfructus, c.15. n.16. & 17. cum ſeqq. p. 101.
Uſusfructuarius acquirens proprietatem ex teſtamento poſtea reſciſſo per contra tabulas, recuperat uſumfructum, c.6. n.34. p.48.
Sed vide n. 42.

**F I N I S.**

*Laus Deo, Virginique Matri Deiparæ ſine macula conceptæ.*

# D. FRANCISCI SALGADO DE SOMOZA,

IN REGALI CANCELLARIA VALLISOLETANA SENATORIS,

*TRACTATUS*

# DE LIBERTATE BENEFICIORUM, ET CAPELLANIARUM RECUPERANDA;

*ET QUASI POSSESSIONE PRÆSENTANDI ſubvertenda.*

Opus non minus Prælatis Eccleſiaſticis, quàm utriuſque fori Judicibus perutile.

*Cum Indicibus Articulorum & Rerum notatu digniorum.*



LUGDUNI,
Sumptibus LAURENTII ANISSON.

*M. DC. LXXII.*

CUM PRIVILEGIO REGIS.

# INDEX
## Articulorum hujus Tractatus.

ART. I. CONSUETUDO legitimè adquiſita in Tribunali Eccleſiaſtico exequendi ſententias in proviſionibus Capellaniarum non obſtante appellatione; laudabilis eſt, & juſta.
Et probata per actus poſitivos vim legis habet.
Et ubique ſervanda, tam in Tribunalibus ſuperioribus, quàm in Cancellariis, ſuper cauſis ad eas delatis per viam violentiæ. pag. 1
II. Reſponſio ad objectiones ex adverſo inaniter oppoſitas huic conſtanti conſuetudini.
Ad conſuetudinis creationem non requiruntur actus poſitivi judiciales in contradictorio judicio, ex quibus formetur; ſed extrajudiciales ſufficiunt.
Decreta Regia violentiæ ſuper executione ſententiarum in proviſione Capellaniarum, non ſunt capacia ad detrahendum, nec interrumpendum conſuetudinem perfecte formatam.
Decreta violentiæ emanata ſuper repoſitione executionum ſententiarum, quæ aliàs de jure *nullæ* ſunt, non opponuntur conſuetudini exequendi *validas*, appellatione non obſtante.
Conſuetudo exequendi ſententias appellatione pendente, reſtringitur ad ſententias validas: non tamen extenditur ad nullas. Ex quo decreta violentiæ emanata ex hoc defectu, conformia ſunt conſuetudinis diſpoſitioni. p. 3. & ſeq.
III. Conſuetudo exequendi ſententias ſuper Capellaniis latas, quantumcumque conſtans ſit; non operatur in latis, contempto jure patronatus, ſeu quaſi poſſeſſione præſentandi, legitimè quæſita.
Super capellaniis ab origine fundatis abſque jure patronatus, nec quaſi poſſeſſio præſentandi, nec præſcriptio cadere poteſt. p. 11
IV. Quaſi poſſeſſio præſentandi ad beneficium duntaxat attenditur inter ipſos compatronos, inter quos ſolùm actum fuit de pertinentia juris præſentandi; ſed nunquam attenditur imò potius contemnitur ipſa quaſi poſſeſſio contra Ordinarium deducentem in judicio libertatem beneficii, & impugnantem exiſtentiam juris patronatus.
Tuncque juſtè denegatur inſtitutio præſentato per exiſtentem in tali quaſi poſſeſſione. p. 16
V. Quaſi poſſeſſio juris præſentandi ad beneficium nunquam tranſit in ſucceſſorem, ſive filium, ſive hæredem, niſi iſte poſtmodùm illam actualiter apprehendat per præſentationem admiſſam. p. 19
VI. Quaſi poſſeſſio præſentandi ad beneficium adquiſita cum mala fide & multò minus cum vera mala fide, ad nihilum ſuffragatur, etiam immemorialis. p. 20
VII. Ordinarius repertus in ultimo ſtatu conferendi Capellaniam præfertur quibuslibet, etiam habentibus quaſi poſſeſſionem quæſitam in antecedentibus vacationibus, ex quo juſtè denegatur inſtitutio per eundem præſentato.
Verba inepta ſententiæ, quæ non conveniunt, nec juſtificantur ex actis proceſſus, delentur ab ea. p. 21
VIII. Inſtrumenta in judicio præſentata, ſi de falſo redarguantur, & non comprobentur, quaſi poſſeſſionem præſentandi non probant.
Antiqua tamen ultra centum annos à comprobatione excuſantur.
Inſtrumenta producta per ſententiam contrariam remanent perpetuò reprobata. p. 24

IX.

IX. Libri viſitationis, quibus enunciatur jus patronatus, nihil probant, Et ex quibus requiſitis ad iudicium deſerviant.

Enuntiativa inſtrumenti nihil probat, poſtquam de enuntiato dubitari, & controverti contigerit. p. 25

X. De differentia quoad ſucceſſionem inter jus patronatus hæreditarium, & gentilitium.

Prætendens jus patronatus hæreditarium, tanquam gentilitium, non poteſt obtinere in hæreditario ob non deductam hanc cauſam in judicio; aut ob hujus qualitatis defectum; nec in gentilitio, ſi in fundatione non legitur ſcriptum, & expreſſum. p. 27

XI. Ad jus patronatus hæreditarium ſi facta fuit præſentatio tanquam gentilitium per conſanguineos proximiores, familiare præſumitur interim, quod ex fundatione contrarium non appareat.

At ſemper ubi ex fundatione docetur hæreditarium, & non gentilitium eſſe, reducitur ad ſuum ſtatum originalem: Qualibet quaſi poſſeſſione antiqua contraria non refragante. p. 29

XII. Error in apprehenſione poſſeſſionis reſpiciens titulum, & cauſam poſſidendi, quamvis juris effectibus careat in judicio proprietatis; prodeſt tamen ad judicium manutentionis.

Error, & falſa cauſa in apprehenſione poſſeſſionis, reſpiciens ipſam rem, nec ſuffragatur in judicio plenario, nec in ſummariſſimo manutentionis. p. 32

XIII. Conſenſus Ordinarii requiſitus, ſimul cum fundatione Capellaniæ, ut adquiratur jus Patronatus, nullatenus inducitur ex admiſſione præſentationum, & inſtitutione facta poſtmodùm per Ordinarium præſentantis. p. 33

XIV. De differentia judicii ſuper jure Patronatus moti, nempe inter ipſos compatronos ſuper pertinentia juris præſentandi, & inter ipſos, & Ordinarium moti ſuper exiſtentia ipſius juris Patronatus. p. 36

XV. Omnes cauſæ, ex quibus impeditur à jure alicui adquiſitio quaſi poſſeſſionis juris præſentandi, vel adquiſita deſtruitur; omnes eadem influunt in præſentatum ab eo, ne inſtitui poſſit.

Recenſetur conſtitutio ſynodalis Diœceſis Compluti Regii ad eundem finem emanata. p. 39

XVI. De inanibus tramitibus, quibus uſus eſt adverſarius abutendo ſalubri recurſu violentiæ.

Violentiæ decreto & proviſione inde emanata, ſemel intimatis, & per Senatum Regium juſtis de cauſis denegato complemento; ſi pars iterum utatur, abſque Senatus novo decreto, reus erit pœnæ ob temeritatem. Super appellatione poſtmodum reſoluta, aut renuntiata, ſeu aliàs nulliter interpoſita, recurſus ad Regem per viam violentiæ cadere non poteſt. p. 41

TRACTA-

# TRACTATUS DE LIBERTATE BENEFICIORUM ET CAPELLANIARUM RECUPERANDA.

## *ET DE QUASI POSSESSIONE præſentandi ſubvertenda.*

### ARTICULUS I.

Conſuetudo legitimè adquiſita in Tribunali Eccleſiaſtico exequendi ſententias in proviſione Capellaniarum, non obſtante appellatione, laudabilis eſt, & juſta, & probata per actus poſitivos continuatos vim legis habet; & ubique ſervanda, tam in Tribunalibus ſuperioribus, quàm in Conſilio Regio, & Cancellariis, ſuper cauſis ad eas delatis per viam violentiæ.

### SUMMARIUM.

1 *Utilitas hujus Tractatus commendatur profuturi tam in judiciis Eccleſiaſticis, quàm in Cancellariis.*

2 *Eſt excluſivus quaſi poſſeſſionum juris præſentandi, dum agitur de libertate Beneficii.*

3 *Subtiliter hauritur ex viſceribus materia juris patronatus.*

4 *Hoc tractatu ceſſabit contagium præſentationum ad jus patronatus uſurpatum.*

5 *Brevis proponitur ſpecies litis, ex qua hauritur iſte Tractatus, & n. 6.*

7 *Appellatio à ſententia lata ſuper proviſione beneficii ſimplicis, eſt legitima quoad utrumque effectum.*

8 *Limitatur niſi conſuetudo Tribunalis Eccleſiaſtici ejus executionem admittat appellatione non obſtante.*

9 *Conſuetudini huic aſſiſtit præſumptio juris.*

10 *De conſuetudine exequendi ſententias ſi conſtet Tribunali Regio, vim non fieri, declaratur.*

11 *Conſuetudo poteſt introducere, ut ſententia in caſu non privilegiato poſſit mandari executioni, appellatione non obſtante.*

12 *Conſuetudo exequendi ſententiam ejus Tribunalis, ad quod fertur, eſt attendenda.*

13 *Appellatio eſt de ordinatoriis judicii, & attendenda conſuetudo inferioris à quo interponitur.*

14 *De conſuetudine ad ſtatutum valet argumentum, cum ad paria procedant.*

15 *Et quantum ad effectum non differt à conſuetudine.*

16 *Conſuetudo fortior eſt ſtatuto.*

17 *Conſtitutione Synodali poteſt tolli appellatio ſuſpenſiva in beneficiis ſimplicibus.*

18 *Conſuetudo Tribunalis Abbatialis exequendi ſententias latas ſuper Capellaniis, conſtans eſt, & exuberanter probata.*

19 *Et pluribus cauſis delatis per viam violentiæ declaratum fuit, vim non fieri attenta conſuetudine.*

20 *Officialibus ejuſdem Tribunalis atteſtantibus de conſuetudine multum defertur.*

21 *Teſtibus etiam extraneis atteſtantibus de conſuetudine alicujus Tribunalis datur fides.*

22 *Notariis Tribunalis atteſtantibus de ejus conſuetudine magna fides datur.*

23 *Pars contradicens conſuetudini, & nihil probans, ſuccumbit.*

24 *Idem eſt, non allegare, vel allegare, & non probare.*

25 *Pars, quæ in una cauſa confeſſa eſt conſuetudinem Tribunalis, & in altera negat, non auditur.*

26 *Refertur caſus, quo Cancellaria detulit conſuetudini exequendi ſententias, & vim non fieri decrevit, & n. 27.*

1 TRACTATUS iſte juridicus, atque ma-
giſtralis, Tribunalibus Eccleſiaſticis,
nec non Cancellariis admodum uti-
lis eſt, illoque conſulitur libertati
beneficiorum, & capellaniarum, eſt-
2 que excluſivus quaſi poſſeſſionis præſentandi ab
eo acquiſitæ, qui jure patronatus caret: & ſub-
3 tiliter hauſtus ex viſceribus, & occultis antris
materiæ juris patronatus. Sumpta occaſione, à
quadam lite controverſa in Tribunali Abbatiali
Diœceſis Compluti regalis inter D. Petrum de
Aranda & Figueroa, presbyterum, & Fiſcalem,
prædictæ Abbatiæ. Variis quæſtionibus orna-
4 tus omni commendatione, & notatu digniſſimis,
Quo jam tractatu ceſſabunt diſſidia aſſiduè con-
tingentia in recuperatione prædictæ libertatis,
& contagium uſurpationis, atque venenum oc-
cultum quaſi poſſeſſionum præſentandi decipien-
tium viros doctos, facilè, & indiſtinctè illis de-
ferentes. Ex hac itaque lite mirè, & ſubtiliter
exhauſtæ fuerunt omnes difficultates, & quæſtio-
nes, quæ ad omnimodam perfectionem novi hu-
jus tractatus deſiderantur.

5 D. Petrus de Aranda, præſentatus à D. Joan-
na Maria de Valençuela contendit, Judicem Ec-
cleſiaſticum vim feciſſe in exequendo ſuam ſen-
tentiam, qua declaravit nullum adeſſe jus pa-
tronatus ad capellaniam, de qua agitur; & no-
minationem, & collationem ejus pertinere Dig-
nitati Abbatiali, non obſtantibus appellationi-
bus ab eis interpoſitis, eo quod capellania bene-
ficium ſimplex eſt.

6 Fiſcalis autem Eccleſiaſticus conſtanter præ-
tendit, nullam adeſſe vim in hujuſmodi ſenten-
tiæ executione, attenta inviolabili conſuetudine
prædicti Tribunalis Abbatialis.

Principium, & regula conſtans eſt in jure;
7 ſententias latas in contradictorio judicio ſuper
capellaniis, & beneficiis ſimplicibus non poſſe
exequi, nec earum virtute poſſeſſionem dari,
legitima exiſtente appellatione: hæc namque
utrumque habet effectum devolutivum, & ſuſ-
penſivum: ita ad longum præ cæteris comproba-
mus *in noſtris commentariis de Reg. protect. 2.*
*part. cap. 13. per tot.*

8 Attamen ab hac regula, inter alias limitatio-
nes, quam patitur, illa principalis, & ſelecta
eſt, quotiens adeſt conſuetudo, & ſtylus legiti-
mè introductus in aliquo Tribunali Eccleſiaſtico
exequendi ſententias latas in contradictorio ju-
dicio ſuper capellaniis, & aliis ſimplicibus be-
neficiis non obſtante appellatione, quo caſu
nullum inducitur attentatum, ut pluries decla-
ravit Rota Romana, prout latè videre eſt pe-
nes Lancellotum Robertum *de Attent. 2. part.*
*cap. 12. dub.* 48. Hieron. Gonçales *de Alternat.*
*gloſ. 9. in annotat. à num.* 211. Dom. Perez de
Lara *de Anniverſar. & Capella. l. 2. cap.* 11. *n.*
13. Rota *deciſ.* 1155. *part.* 3. *diverſ.* Nicolaus
Garcia *de benefic. 9. part. cap. 4. num. 27.* Re-
ſolventes unanimiter, hujuſmodi conſuetudinem
exequendi ſententias, & virtute earum mitten-
di in poſſeſſionem capellaniæ, ſeu cujuſvis alte-
rius beneficii ſimplicis, illos, ad quorum favo-
rem latæ ſunt, eſſe omnino tolerabilem, & lau-
dabilem, quâ revera extante, & legitimè de ea
conſtito, prorſus ceſſare attentata, & ita fuiſſe
deciſum in Rot. *in una Pampilon. parochiali.* 16.
*Junii, anno* 1557. teſtatur Gonçales *dict. gloſ. 9.*
*in annotat. à n.* 211. Et in alia Compoſtellana, de
qua teſtatur Garcia *de Benefic. 9. part. cap. 4.*
*n. 27.* Et ulteriùs ſtante juris præſumptione, 9
quam hujuſmodi conſuetudo in ſui favorem ha-
bet, prout videre eſt infra *in articulo 2. ex n. 59.*
*cum ſeqq.*

Quapropter ſi pro hujuſmodi appellationis de- 10
latione adeatur Curia Regia, ſi ex actis appa-
ruerit de hujuſmodi conſuetudine exequendi ſen-
tentias, vim nullam eſſe declarabitur.

Quæ omnia congeſſimus in Tractatu noſtro, *de* 11
*Reg. protect. dict. 2. part. c. 13. ex n. 275. cum ſeqq.*
Et iterum, *eadem 2. part. c. 8. n. fin.* ibi: *Illud non*
*omittam, quod conſuetudo poteſt inducere, ut ſen-*
*tentia aliquo caſu de jure communi non privilegiato*
*poſſit exequi, appellatione non obſtante: Anton.*
*Auguſtin. dec. 3. lib. 1. Mareſcot. var. reſol. part. 2. c.*
*64. à n. 16. &c.*

Et quod ad effectum denegandæ appellationis 12
ſuſpenſivæ ſit attendendus ſtylus, & conſuetu-
do, ſeu ſtatutum fori, quo prolata fuit ſenten-
tia, plenè comprobat Rota *in deciſ.* 439. *ex n.*
13. *& ſeqq.* inter recollectas à Ludoviſio Poſthio
*poſt tractat. de manutent.*

Et cum appellatio ſit de ordinatoriis judicii, 13
debet attendi conſuetudo judicii inferioris cujus
ſententia interpoſita fuit: ita per duas deciſio-
nes Rotæ, tenet Riccius *in collect. 5. part. collect.*
2057. *verſ. Quartum quando fol.* 329.

Et comprobatur propoſitio hæc, quoniam de 14
conſuetudine ad Statutum, valet argumentum, ad
paria etenim procedunt. Cyriac. *controverſ.* 460.
*num. 16. tom.* 3. Alderan. Maſcard. *de Statut. inter.*
*concl. 8. num. 11. ex l. de quibus, in fine, de le-*
*gib.* Imò Conſuetudo fortior eſt Statuto. Gon-
çalez *ad Reg. Cancell. gloſſ.* 45. §. 1. *n.* 78. Joannes
Maria Novarius, *qu. For.* 103. *n.* 2. Quantum ad 15
effectum non differt ab ſtatuto, ut plurimis DD.
comprobat Bobadilla *in Polit. lib. 2. c.* 10. *n.* 37.
Et pro his omnibus plurimos congerit Giurba
*ad conſtit. Meſſanenſ. in proœmio*, 1. *p. num.* 22.
D. Valençuel. Velaſq. *in conſ.* 34. *num.* 149. *&*
*conſ. 4. num. 156. & 157. t. 1.* Surd. *de aliment.*
*tit. 8. privil. 56. num. 27. & in conſ. 2. num. 29.*
Mar. Anton. *var. reſol. l. 1. reſol. 1. num. 3.*
Scaccia *de appellat. quæſt. 2. num.* 22. Et quod
Conſuetudo æquiparetur Statuto, imò Statuto 16
fortiorem eſſe conſuetudinem, probat Cened.
*q. 8. n.* 13.

Sed ſic eſt quod per ſtatutum, ſive conſtitu- 17
tionem Synodalem poteſt in beneficialibus, &
ſimplicibus beneficiis tolli appellatio ſuſpenſiva,
quòd ſententia diffinitiva executioni mandetur
pendente appellatione, ut ad longum per quam
plures DD. & Rotæ deciſ. comprobat (regulam
limitans) Gonçalez *de Alternat. dict. gloſſ. 9. in*
*annotat. ex num.* 213. *cum ſeqq.* igitur conſuetu-
do, idem diſponens, eundem debet operari ef-
fectum.

Quam conſtans, & inviolabilis ſit conſue- 18

tudo

tudo immemorabilis introducta in Tribunali Abbatiali Diœceſis Compluti Regalis exequendi ſententias diffinitivas latas ſuper capellaniis in contradictorio judicio, atque immittendi præſentatum, cui ſit collatio, non obſtante appellatione; abundè apparet probata, non ſolum in hoc judicio, verum & in aliis litibus antecedentib. multis adhibitis Notariorum teſtimoniis ejuſdem Tribunalis, ad petitionem partium litigantium, & earum citationibus, & judicum decretis conceſſis, in quibus innumerabiles actus poſitivi longiſſimi temporis recenſentur, & quibus qualificata dicitur conſuetudo, eo quod ſententiæ executæ fuerunt appellatione non obſtante, de quibus latius infra apparebit *in hoc artic. 1. ex n.... cum ſeqq.*

Et amplius qualificatur conſuetudo ex pluribus teſtibus ejuſdem Tribunalis Officialibus nunc exiſtentibus in eo, aliiſque, qui quondam fuerunt, qui omnes deponunt de actibus particularibus, in quibus de latis per viam violentiæ ad Cancellariam Granatenſem, attendentem conſuetudinem hanc, & ſtylum immemorialem, declaravit, vim non fieri à judice Eccleſiaſtico exequente ſuam ſententiam appellatione non obſtante.

19 Quibus Officialibus, & miniſtris ejuſdem Tribunalis atteſtantibus de conſuetudine ejuſdem,

20 maxima fides datur; Gratian. *in dict. diſcept.* 308. *num.* 16. *&* 17. Ubi etiam de Procuratoribus, & Advocatis, in dicto Tribunali, cum *Bartolo*, *Baldo*, *Socino*, *& Afflictis*, probat Vivianus *de jur. pact. deciſ.* 14. *n.* 2. Imò etiam quoſlibet teſtes ex-

21 traneos deponentes de conſuetudine Tribunalis ſufficere, probat text. expreſſus, *in cap. Abbate* 25. *de V.* 1. *in verſ. Non igitur depoſitionibus teſtium diligenter inſpectis, invenimus eſſe probatum, quod à* 40. *annis, & infrà, Monachi Alciatenſes Abbatem ſibi de Sancti Bertini Monaſterio elegerunt: & infra &c.* & quod ad probandam

22 conſuetudinem alicujus Curiæ credatur Notariis ejus, & aliis teſtibus, optima eſt Rotæ *deciſ.* 704. *ex n.* 4. ubi latè comprobat, per Farinac. *part.* 1. *in recent.*

23 Imò, & quod plus eſt, in hoc articulo hujus litis, cum dict. D. Petrus contradixerit & impugnaverit hanc conſuetudinem, cujus contradictio, partibus citatis, fuit admiſſa, imo quamvis ei aſſignatus fuit terminus ad probandum ſuam contradictionem, nullam adhibuit diligentiam, imò primo termino tranſacto, ad majorem hujus articuli juſtificationem, novus, & ſecundus ſibi fuit conceſſus terminus ex officio, & per duo decreta mandatum, ſibi tradi acta proceſſus, quæ nec accipere voluit, nec aliquid probare intentavit contra hujuſmodi conſuetudinem conſtantem, & indubitabilem, probatio conſuetudinis exiſtentis firmiſſima, & ſecura remanſit, deleta contradictione, cum idem ſit non allegare, vel allegare, & non probare: *l. ſi manumiſſus*

24 2. *C. de lib. & eorum filiis*, latè Gallin. *de V.S. lib.* 5. *cap.* 16. *ex n.* 17.

25 Et quod magis eſt, in alia capellania, in qua dict. D. Petrus de Aranda obtinuit ſententiam favorabilem, ejus executionem petiit virtute conſuetudinis vigentis in hoc Tribunali, eodem modo, quo & in eadem capellania, fuiſſe executam ſententiam ad favorem anteceſſoris, appellatione in contrarium non obſtante, imò introducto articulo violentiæ in cancellaria fuiſſe decretum, vim non feciſſe Judicem Eccleſiaſticum, in exequendo ſententiam, hujus allegationis, & petitionis copia judicis decreto, & parte citata authoritate notarii exhibita, & præſentata eſt hac in lite. De hac confeſſione latiſſimè agitur infra, *in articul.* 2. *ex n.* 63. *uſque ad finem*, ubi comprobatur.

Et iterum in hac eadem capellania, de qua agitur, cum litigaretur, & fuiſſet lata ſententia in favorem Dignitatis Abbatialis, eo quod nullum apparebat jus patronatus, declaratum fuit, nominationem ad Dignitatem pertinere, & facta nominatione executa fuit ſententia appellatione non obſtante, & cauſa deducta ad Cancellariam per viam violentiæ, clarè apparuit ſententiam eſſe nullam, & appellationem legitimam, eo, quod pars appellans petierat accumulationem alterius litis, quo articulo pendente dicta ſententia nulla fuit, & ideo juſtè Senatus protulit decretum tertii generis, *que reponiendo y oyendo de nuevo a las partes, no hazia el Juez Eccleſiaſtico fuerça, y ſe le remitia, &c.* 26

Quibus noviter auditis in contradictorio judicio, & per exactam cauſæ cognitionem, idem judex protulit ſententiam, nullum adeſſe jus patronatus capellaniæ declarans, ſed ad Dignitatem Abbatialem pertinere nominationem, quam fecit, & hac ſententia executioni mandata, data fuit capellaniæ actualis poſſeſſio nominato à Dignitate, quam poſſeſſionem multis annis continuavit abſque ulla contradictione, ſeu appellatione, ſed dictæ ſententiæ tanquam juſtæ, & legitimè datæ acquieverunt partes, attenta conſuetudine; & per obitum hujus poſſeſſoris cauſata fuit vocatio præſens ejuſdem capellaniæ, de qua controvertitur, cum fuerit ultimus ſtatus, & hujus conſuetudinis juſtificatio clarior apparebit *ex art.* 2. *ſeq. n.* 48. *cum ſeqq.* ubi de hoc exemplo altiùs tractatur, & apertè oſtenditur, indubitanter aſſiſtere in favorem conſuetudinis habentis ex eo ultimum & immediatum ſtatum. 27

---

## ARTICULUS II.

Reſponſio ad objectiones ex adverſo inaniter oppoſitas huic conſtanti conſuetudini.

Ad conſuetudinis creationem non requiruntur actus poſitivi judiciales in contradictorio judicio, ex quibus formetur; ſed extrajudiciales ſufficiunt.

Decreta Regia violentiæ ſuper executione ſententiarum in capellaniis non ſunt capacia ad detrahendum, nec interrumpendum, conſuetudinem formatam, & perfectam.

Decreta violentiæ lata ſuper repoſitione executionum ſententiarum, quæ aliàs de jure *nullæ* ſunt, non opponuntur conſuetudini exequendi *validas*, appellatione non obſtante.

Conſuetudo exequendi ſententias appellatione pendente reſtringitur ad ſententias validas: non tamen extenditur ad *nullas*. Ex quo decreta violentiæ lata ex hoc defectu, conformia ſunt conſuetudinis diſpoſitioni.

SUMMARIUM.

1 *Conſuetudo exequendi ſententias in capellaniis latas, concludenter probanda eſt.*

2 *Actus poſitivos, inductivos conſuetudinis, debere fieri in contradictorio judicio, qui tenuerunt.*

3 *Horum Doctorum opinio eſt communiter reprobata.*

4 *Ad conſuetudinem inducendam non requiruntur actus judiciales in contradictorio judicio, juxta receptam opinionem multorum, & num. 5.*

6 *Actus geſti ad introducendam conſuetudinem exequendi ſententias, ſunt judiciales.*

7 *Decreta violentiæ an opponantur conſuetudini exequendi ſententias, & n. 8.*

9 *Ad conſuetudinem introducendam in aliquo Tribunali, actus poſitivi ejuſdem Tribunalis requiruntur.*

10 *Ad interruptionem conſuetudinis ſemel formatæ, contrarii actus ejuſdem Tribunalis requiruntur.*

11 *Et per contrarium conſenſum conſuetudinem introducentis.*

12 *Conſuetudo ſemel formata non tollitur, niſi eodem modo contrario, quo fuit creata.*

13 *Et cum eiſdem contrariis requiſitis.*

14 *Solemnitas quæ requiritur in conſtruendo eadem requiritur in deſtruendo.*

15 *Decreta violentiæ non ſunt capacia interrumpendi conſuetudinem Tribunalis Eccleſiaſtici, & n. 16.*

17 *Tribunali Regio ſi non conſtat ex proceſſu delato, de conſuetudine exequendi ſententias, legitimè vim fieri decernit, abſque læſione conſuetudinis, & n. 18.*

19 *Conſtito Tribunali Regio de conſuetudine, decreto violentiæ vim fieri, non tribuuntur defectui conſuetudinis.*

20 *Sed defectui ſubſtantiali proceſſus ex variis cauſis, quæ aſſiduè accidunt, impedientibus executionem, etiam in caſibus aliàs privilegiatis.*

21 *Sententia nulla non meretur executionem, ſed permittit appellationem cauſantem attentata.*

22 *Decreta violentiæ lata propter nullitatem ſententiæ non opponuntur conſuetudini, quæ etiam non admittit executionem ſententiæ nullæ.*

23 *Statutum, & conſuetudo exequendi ſententias appellatione non obſtante intelligitur de ſententiis validis, non nullis.*

24 *Actus difformes ſi non ſint inter ſe incompatibiles, non impediunt curſum conſuetudinis.*

25 *Actus conſuetudini contrarii, ſi poſſunt attribui alteri cauſæ, non præjudicant conſuetudini.*

26 *Conſuetudo ſemel legitimè formata non interrumpitur per ſententiam contrariam.*

27 *Decretum violentiæ, latum eſt conſtito de conſuetudine. Ergo conſuetudo reprobatur; non valet argumentum.*

28 *Varii ſunt caſus, ex quibus poteſt variari diſpoſitio legis, & conſuetudinis permittentis executionem ſententiæ, & n. 29.*

29 *Quatuor decreta violentiæ inferuntur per quæ dicitur vim feciſſe Judicem in non deferendo appellationibus ab executionibus ſuarum ſententiarum, ut ex cauſa nullitatum lata fuiſſe appareat.*

30 *Decretum primum violentiæ.*

31 *Decretum ſecundum.*

32 *Decretum tertium.*

33 *Decretum violentiæ quartum.*

34 *De conſuetudine exequendi ſententias in litibus ſuper quibus ſuperiora decreta violentiæ lata fuere, non conſtitit Senatui Regio.*

35 *Conſuetudo conſiſtit in facto, & ideo non præſumitur, niſi probetur, & n. 36.*

37 *Decreta violentiæ lata propter nullitatem proceſſus conformia ſunt conſuetudini pariter tunc neganti executionem ſententiæ.*

38 *Sententia lata, termino probatorio pendente nulla eſt, admittens appellationem ſuſpenſivam.*

*Cum Judex debuerit ſuperſedere, ibid.*

39 *A Judice procedente, tempore, quo debebat conquieſcere, appellatio legitima eſt.*

40 *Decretum violentiæ latum ob nullitatem ſententiæ compatitur cum conſuetudine, pariter tunc negante executionem ſententiæ.*

41 *Omnis mundi diſpoſitio ſive legis, ſive hominis, loquens de actu exequendo, intelligitur de valido, & non de nullo.*

42 *Caſus ſententiæ nullæ non includuntur in conſuetudine, ſicut nec in decretis violentiæ, quæ ideo non opponuntur conſuetudini.*

43 *Privatio præſupponit habitum.*

*Ademptio ejus quod in diſpoſitione non comprehenditur, non operatur, ibidem.*

44 *Conſuetudo exequendi ſententias ſi non conſtat Superiori cognoſcenti de appellatione, juſtè ſuper attento declarat.*

45 *Attentati ſententia exequenda appellatione non obſtante.*

46 *A ſententia lata ſuper negotio, quo judex poſt lapſum terminum probatorium admiſit teſtes nulla eſt, & admittit appellationem.*

47 *Et ſi de conſuetudine in proceſſu conſtaret Senatui.*

*Et etiam in judiciis, in quibus aliàs permittitur executio prædicta, nullitas appellationem ſuſpenſivam admittit, ibid.*

48 *Pro conſuetudine exequendi ſententias ſuper capellaniis latas, ultimus ſtat ſtatus.*

49 *Pendente articulo accumulationis alterius litis, ſententia lata nulla eſt, admittens appellationem.*

50 *Et quo decreti genere tutè utitur Senatus Regius aditus per viam violentiæ, & n. 51.*

52 *Ultimus ſtatus aſſiſtit conſuetudini exequendi ſententiam in proviſionibus capellaniarum.*

53 *Decreta violentiæ probata in caſibus nullitatis proceſſus ſolum in iiſdem caſibus interrumperet conſuetudinem ſi illos comprehenderet.*

54 *Actus poſitivi contra conſuetudinem contineri debent intra ſuos terminos, illos non egrediendo.*

55 *Conſuetudo eſt ſtricti juris, in qua nihil ſuppleri debet ultra obſervantiam.*

56 *Conſuetudine contraria, qui ſe vult juvare non in genere, ſed in ſpecie illam probare debet.*

57 *Conſuetudo non poteſt trahi de uno ad alium caſum.*

58 *Lex, vel ſtatutum reformatum in parte, in cæteris firmum remanet.*

59 *Pro*

59 *Pro conſuetudine probata, præſumit lex eam ex juſta, & rationabili cauſa proceſſiſſe.*
60 *Præſumptionem juris, qui pro ſe habet alia non eget probatione.*
61 *Conſuetudo exequendi ſententias latas ſuper proviſione cappellaniarum eſt laudabilis, & numer. 62.*
63 *Conſuetudinem unius Tribunalis confitens pars in una lite, an ſibi præjudicet in alia inter diverſas partes, quæſtio eſt controverſa.*
64 *Confeſſio partis expreſſa, & non tacitè inducta ex aliquo actu, præjudicat in alia lite.*
65 *Confeſſio partis principaliter, & non incidenter facta in uno judicio, ſibi præjudicat in alio.*
66 *Confeſſio partis in uno judicio, ſi ad aliud trahatur ad eundem finem, & non diverſum, ſibi præjudicat.*
67 *Confeſſio partis facta per libellum, in judicio, prodeſt etiam abſentibus.*
68 *Confeſſio partis in iis, quæ non dependent à ſola voluntate ejus ſibi non præjudicat, & n. 69.*
70 *Confeſſio inter prohibitos præjudicat, concurrentibus adminiculis, & n. 71.*
72 *Indignum eſt viro provido, quod ſemel confitendo deſideravit, iterum impugnare.*

1 HAnc inſuper conſtantem conſuetudinem immemorialem exuberanter & concludenter probatam per omnia legitima media, quæ in Juriſprudentia reperiri poſſunt, & in qua directè verificatur doctrina Gonçalez, & Nicol. Garcia *ſuprà* allegatorum, *artic. antecedenti. num.* 8. Deſiderantium veram, & concludenter probationem conſuetudinis ad effectum exequendi ſententiam in capellaniis, & beneficiis ſimplicibus non obſtante appellatione, voluit adverſarius turbidam reddere ex nonnullis fundamentis, totaliter juri, & facto hujus litis contrariis.

2 Inquit igitur primò, hanc conſuetudinem non extare probatam, eo quod actus poſitivi (quorum mentio fit in teſtimoniis notariorum) non fuerunt geſti in contradictorio judicio, facta per intereſſe habentes oppoſitione contra conſuetudinem & ea non obſtante declaratum fuiſſe in favorem conſuetudinis, ad quod citatur Salazar *de uſu, & conſuetudine, cap. 8. n.* 14. & Poſthius *de manuten. obſerv. 84. n. 72.*

3 Horum DD. doctrina, communiter eſt damnata, & ut falſa reprobata, *Salazar* etenim reprobat expreſsè innumerabiles penè DD. protinus allegandos pro vera opinione communi. Poſthius verò in ſui favorem allegat *Gratianum* in duobus locis, *in c. 604. n. 56. & c. 738. ſub n.* 10. *& ſeqq.* Gratianus *in dict. locis*, nec ullum verbum tetigit, tangens, vel concernens conſuetudinem, ad quam eum allegat *Poſthius*; ideo nec de iſto D. manente abſque teſte, & authoritate, mentio facienda eſt.

4 Sed quando omnes tres id firmarent, ſimul eadem damnatione, qua *Salazar*, participes forent: nam veritas eſt quod ad inducendam conſuetudinem, non requiruntur actus judiciales in contradictorio judicio, ſed extrajudiciales ſufficiunt, ut contra *Salazar* contrarium ſectantem acriter inſurgunt DD. agentes de interpretatione *l.* 5. *tit. 2. p.* 1. poſt quos abunde Molina *de primogeniis*, *l. 2. c. 6. à n.* 27. Flores de Mena *variarum*, *lib. 1. qu. 1. num.* 64. optimè Gutierrez *in tract. de tutel. 2. part. c. 1.* 32. *&* 33. qui plures alios allegant, Bobadilla *in Politica, l. 2. c. 10. n. 40. &* 41. quos omiſit Auguſtin. Barboſ. *in c. Abbate* 15. *n. 2. de verbor. ſignif.* idem tenens cum Flam. Pariſ. *de reſignat. beneficio. lib. 3. q. n.* 28. Cevallos (qui pro hac parte innumerabiles penè DD. congeſſit) *in contra commun. quæſt.* 358. Bernard. Græveus *ad practic. Cameræ Imperialis, libr. 2. concl. 31. ex n.* 117. exactè tractavimus, *in Labyrinth. 1. par. cap. 2.* §. 1. *ex n.* 57. videndi omnino, *ex n. 46. cum multis ſeqq.*

Et hanc quoque invenio, bene diſputatam à Diana *reſol. moral. 6. tom. in tract. 1. de conſuetudine, reſolut.* 8. *per totam*: ubi reſolvit ad acquirendam, & formandam conſuetudinem, non requiri actus judiciales, ſed duntaxat actus extrajudiciales ſufficere: allegat *Præpoſit. Sylvium, Gordonium, Granadum, Lorcam, Vaſquez, Suarez, Sales, Donellum, Oſvaldum*, & alios; & cum *Abbate Barbatia, Rocho de Curte, Turzano, & Emmanuele Xuarez*, idem tenet Cenedus, *in quæſt.* 45. *num.* 30. 5

Ex quo totaliter manet ſubverſum hoc falſum fundamentum: ultra quod, omnes iſti actus poſitivi ſunt judiciales, & in judicio quæſiti; quidam, citatis adverſariis intereſſe habentibus, alii allegati, & non impugnati, ut per nos *loco proximè citato.* 6

Aliud & minoris ſubſtantiæ, adeſt fundamentum, adductum per adverſarium dicentem, hanc conſuetudinem non extare probatam ob varietatem actuum in contrarium intervenientium, & quod ultimus actus adeſt contra conſuetudinem. 7

Huic diverſitati actuum, vult pars adverſa attribuere decreta violentiæ emanata ex Cancellaria Granatenſi, ad quam conductæ fuere nonnullæ cauſæ per viam violentiæ, in quibus quandoque declaratum fuit, vim non facere Judicem Ordinarium exequendo ſuas ſententias, in aliis verò declaraſſe vim facere, ut deferat, & reponat. 8

Hoc fundamentum ſomniatum fuit: hìc agitur de quadam conſuetudine introducta, & adquiſita in Tribunali Abbatiali, exequendi ſententias latas capellaniis appellatione qualibet non obſtante, & ad hujus adquiſitionis, & introductionis effectum præcisè requirebantur actus poſitivi geſti in eodem Tribunali (qui ſunt innumerabiles pene) ſicut manifeſtè apparent ex teſtimoniis Notariorum ejuſdem Tribunalis inferius inferendis ad majorem conſuetudinis evidentiam. 9

Atque ideo ad deſtruendum, & interrumpendum conſuetudinem, ſemel formatam & legitimè introductam, omnino & præcisè requiruntur alii actus poſitivi contrarii orti ex eodem Tribunali, non alterius; quia *omnis res per quaſcumque cauſas naſcitur & per eaſdem diſſolvitur: de regulis juris, in antiquis*; atque ideo per contrarium conſenſum conſuetudinem formantis, *l. nihil tam naturale eſt quàm eo modo quidquid diſſolvi, quo colligatum eſt* 36. *ff. de regulis juris, l. fere* 195. *ff. eodem titul. l. omnia, quæ jure contrahuntur, contrario jure pereunt.* 101. *eodem tit.* 10 11

Qua ratione conſuetudo ſemel formata, & impleta, nullatenus tollitur niſi eo modo, quo fuit introducta, & ſic per illam contrariam conſuetudinem: Salazar *de uſu, & conſuetudine, cap.* 8. 12

13 *cap. 8. num. 14. 15. & 16.* Cum eiſdem requiſi-
tis deſideratis in conſuetudinis affirmativa, &
in ejus actibus poſitivis, ex qua hæc cauſata
fuit: Rota *dec. 62. nu. 1. 2. & 4. apud Alexand.
Ludoviſ.* Quamplures Doctores per Surdum, *con-
ſil. 252. num. 80. & 81. tom. 2. & conſ. 317. n. 3. &*
14 *conſil. 382. n. 4. t. 3.* Eadem namque ſolemnitas,
quæ requiritur in conſtruendo, eadem requiri-
tur in deſtruendo, ex Surdo, locis citatis, *l.
Pomponius, §. præterea, ff. de acquirend. poſſeſſ.
l. item veniunt, in princ.* juncto. *§. 1. ff. de pe-
tit. hæreditat. c. de illis 1. in princ. de deſponſ. im-
puber.* juncto. *c. ultim. eodem tit. lib. 6.* Atque
15 ideo decreta violentiæ emanata è diverſo Tribuna-
li, quantumvis contraria, detrahere nequeunt
conſuetudini alibi introductæ.

Sed adhuc, quando vellemus capacitatem at-
16 tribuere decretis violentiæ Regiis interrumpendi
conſuetudinem Tribunalis Eccleſiaſtici, exequen-
di ſententias latas ſuper proviſione capellaniarum,
appellatione remota duo caſus ſupponi debent, &
neceſſariò diſtinguendi.

Primus erit, quando lites hujuſmodi deferun-
17 tur ad Tribunal Regium, & ſimul per eas non
conſtat de conſuetudine exequendi ſententias ap-
pellatione poſtpoſita (quæ eſt exceptio regulæ,
prout ad longum comprobatum remanet *ſupr.
articul. 1. à principio, & per totum*) & tunc
quid mirum, quod juxta regulam juris dentur
in Tribunali Regio decreta, vim fieri exequen-
do, appellatione non obſtante, cum illi non
conſtiterit de limitatione Regulæ, hoc eſt de
18 conſuetudine Tribunalis Eccleſiaſtici, quam pro-
pterea delere non intendit, nec illi opponitur,
ut inferius dicetur, quo caſu intacta, & illæſa
remanet conſuetudo, quia deficit animus illam
impugnandi, ſibi ignotam, nam cum conſiſtat
in facto, non præſumitur, ſed debet probari, ut
conſtat *infrà n. 35. & 36.*

19 Secundus datur caſus, quando ſimul in litibus
delatis ad Cancellariam per viam violentiæ, pro-
bata accedit conſuetudo exequendi ſententias in
proviſione capellaniarum, appellatione non obſtan-
te, & nihilominus fertur decretum vim fieri in exe-
quendo ſententiam & tunc omnino attendenda
eſt cauſa, ex qua decretum iſtud latum ſit, cùm
temerarium foret illam attribuere defectui con-
ſuetudinis legitimè probatæ, quam omnino obſer-
vare debent cuncta Tribunalia ſuperiora, tam Ec-
cleſiaſtica, quàm Regia, adita per viam violentiæ,
prout abundè comprobatum remanet ſuperius,
*art. 1. à princ. & per tot.*

Et tunc accuratè perquirenda erit cauſa, qua
20 motum fuit Tribunal Regium ad ſic decernen-
dum, cum facile non ſit, attribuere oppoſitio-
ni conſuetudinis legitimæ, de qua illi conſtitue-
rit; ſed potius aliis variis accidentibus litium,
quæ poſſunt, & aſſiduè ſolent accidere, quæ
illas annullant, atque ſententias vitiant, & juſtas
reddunt appellationes; etiam in caſibus aliàs à
jure privilegiatis, in quibus non admittitur ap-
pellatio; ſed ea non obſtante, permiſſa eſt
executio: veluti in executione inſtrumenti gua-
rentigiati, in remedio *l. fin. Cod. de edicto D.
Adrian. tollend.* in cauſis alimentorum futuro-
21 rum, & in ſimilibus, in quibus ſi adeſt defectus
ſubſtantialis in modo procedendi, ſententia eſt
nulla, & prorſus amittit privilegium executio-
nis, quod aliàs de jure habebat, ex quo juſta
redditur appellatio, quoad utrumque effectum,
juſtèque datur decretum, *vim fieri*, ad latiſſimè
cumulata *in commentariis noſtris, de Regia pro-
tect. 3. p. c. 9. à princ. & per tot.* Manente legis diſ-
poſitione illæſa ad alios caſus non patientes nulli-
tatem, cum hæ cauſæ accidentales poſſint adeſſe,
& abeſſe, abſque legis, conſuetudinis ſeu ſtatuti
corruptione, & læſione, iis enim in caſibus ac-
cidentalibus decreta violentiæ non feruntur con- 22
tra legem, nec eidem, aut conſuetudini oppo-
nuntur, ſed potius conſuetudini conformia ſunt:
etenim, ſtante defectu proceſſus, & nullitate
ſententiæ, nullatenus admittit, nec permittit
executionem ejuſdem; quia hæc eſt limitatio
conſtans, qua creatur conſuetudo, lex, vel ſta-
tutum, quoties generaliter diſponunt, in ali-
quibus caſibus ſententias exequi appellatione non
obſtante, ut intelligantur de ſententia *valida*,
ſed non de *nulla*: juxta text. expreſſum, *in l.* 23
*4. §. condemnatum, ff. de re judicata*: Atque
abundè comprobata per nos, *in tract. de Regia
protect. 3. p. d. c. 9. ex n. 7. & ſeq. & ex n. 201.
cum ſeq.*

Cum igitur hæc decreta violentiæ latæ ex
diverſis cauſis admittentibus de jure appellatio- 24
nem ſuſpenſivam compatiantur, cum conſuetu-
dine illam pariter admittente, quia actus diffor-
mes, ſi non ſunt inter ſe incompatibiles, non
impediunt curſum conſuetudinis, prout probat
Decius *in conſ. 11. num. 12. verſic. & adverten-
dum eſt*, cujus doctrinam ſecuta fuit Rota *in dec.
396. n. 4. part. 1. in recent. Farin. fol. 323.* Olive-
rius Beltramin. ad Alexand. Ludoviſ. *in deciſ.
192. n. 4.*

Et mirabiliter comprobatur, quoniam actus
conſuetudini contrarii, quando poſſunt attribui 25
alteri diverſæ cauſæ, non præjudicant conſue-
tudini, nec contra eam tanquam æquivoci pro-
bant, Rota *dec. 28. n. 4. in poſthumis Farinac. tom.
1. fol. 269.*

Imò, & quod plus eſt, quod conſuetudo ſe-
mel legitimè cauſata, & introducta, non inter- 26
rumpitur per ſententiam contra ejus diſpoſitio-
nem latam, ſicuti nec legem, juxta doctrinam
ſingularem Gloſſæ *in l. cum conſuetudinis, ff. quæ
ſit longa conſuetudo*: ſequitur Bonifacius, *in pe-
regrin. verbo conſuetudo, fol. 102. colum. 2. ad
fin.* Bobadill. *in Polit. lib. 2. cap. 10. n. 42*, con-
ſonat Gloſſ. *in l. nemo, §. temporales, ff. de re-
gul. jur.* Cancerius *variar. reſolut. l. 1. c. 4. de te-
ſtamentis, 122. ad fin.*

Quibus ſuppoſitis non valet argumentum; 27
*latum fuit Regium decretum violentiæ conſtito de
conſuetudine: ergo videtur reprobata*, quoniam
latum fuit ex cauſa diverſa, non impugnata à
conſuetudine, ſed huic conformi, & juxta il-
lam, quia non probat hoc eſſe, quod ab hoc
contingit abeſſe: *l. ad probationem 2. C. de probat.
l. non hoc, C. unde legitimi, c. in præſentia, de proba-
tionib.* Cum varii ſint caſus, ex quibus varia-
ri poteſt diſpoſitio conſuetudinis, ſicut & le- 28
gis, qui omnes virtualiter comprehenſi ſunt
in conſuetudine, & lege, concedentibus
executionem ſententiæ appellatione non ob-
ſtante.

Et quod diximus de decretis, violentiæ latis
in Regio Tribunali, idem poteſt contingere
in ipſo Abbatiali Tribunali abſque conſuetudi-
nis læſione; Judex namque ejuſdem, poteſt
ſententiæ à ſe latæ executionem denegare, eo
quod apparet nulla ex defectu proceſſus, quod

prorſus conforme eſt ipſi conſuetudini.

29 Tota hæc juridica conſideratio mirè convenit quatuor decretis Regiis, in quibus, vim fieri, decrevit Senatus, quorum mentionem faciunt Notarii; & quæ ſibi minùs attentè vult adverſarius adaptare. Sed ut evidenter appareat, in nihilo opitulari conſuetudini exequendi ſententias latas ſuper capellaniis in Tribunali Abbatiali, ad litteram inſeruntur, & cauſæ, ex quibus lata fuere, examinantur, & variis juris fundamentis exornantur, ne amplius adverſarius occaſionem ſumat illam turbandi.

*Decreta violentiæ.*

ET ut conſuetudo hæc fortior, & efficacior appareat, quatuor inſeruntur decreta, in quibus determinavit Senatus Regius, vim feciſſe Judicem Eccleſiaſticum, in non deferendo appellationibus interpoſitis à ſententiis latis in proviſione capellaniarum, ut juxta factum proceſſuum delatorum ad Senatum Regium conſtet manifeſtè fuiſſe decreta lata ex defectibus ſubſtantialibus, impedientibus de jure executionem, & permittentibus appellationem, quoad utrumque effectum, admodum conformia conſuetudini ad ipſum appetenti.

Primum Decretum.

30 *DA teſtimonio Auguſtin Guerrero, notario deſta Audiencia, como en el pleyto Eccleſiaſtico, ſobre la Capellania que fundo Bartolome de Silo, à que ſe opuſieron don Antonio de los Rios y D. Franciſco Mazuelos, à cuyo favor ſe ſentencio; y aviendoſe apelado de ello ſe hizo la colacion, y diò la poſſeſſion à dicho don Franciſco Mazulelos, en 12. de Enero de 1632. el qual pleyto ſe llevi* por via de fuerça, *a pedimento del dicho don Antonio de los Rios, y en la Chancilleria à 26. de Febrero de 1632. ſe declarò, que en no otorgar el Juez Eccleſiaſtico las apelaciones interpueſtas, haze y comete fuerça, aunque aqui fue por una nullidad notoria, como eſpendiente el articulo de prueva paſſo el Juez Eccleſiaſtico a pronunciar ſentencia, como conſta del meſmo auto de la Chancilleria, que eſtà en el pleyto viejo. fol. 112.*

Secundum Decretum.

31 *EL ſegundo es un teſtimonio, que dà Chriſtoval Nuño de Medrano, Notario de eſta Abadia, como en el pleyto Eccleſiaſtico, ſobre la Capellania que fundò Miguel de Mora, à quee ſe opuſieron los Licenciados Bernabè Cubero, y Pedro Duran, en que ſe diò ſentencia à favor del dicho Bernabè Cuberò, a quien ſe hizo la colacion, y diò la poſſeſſion y aviendo apelado, y ganado letras del ſeñor Nuncio, el dicho Pedro Duran pidio ſe revocaſſe por atentado lo deſpues de echo, y executado de las apelaciones interpueſtas, y aviendole repueſto, y dado por atentado el Juez de apelation, apelo de ello el dicho Bernabè Cubero, y lo llevò por via de fuerça à la Chancilleria, y ſe declarò en ella en 7. de Enero de 1628. el Juez no hazia, ni cometia fuerça en no otorgar las apelaciones interpueſtas de aver dado por atendado lo executado deſpues de aver apelado, conſta del pleyto viejo, fol. 108.*

Tertium Decretum.

*DA teſtimonio Juan Nuño de Medrano, Notario, como en el pleyto Eccleſiaſtico, ſobre la Capellania que fundo Pedro Fernandez de Alcaraz, à que fueron opoſitores don Pedro de Aranda, y don Alvaro de Valençuela, à quien ſe hizo colacion, y diò la poſſeſſion ſin embargo de apelacion, que interpuſo el dicho don Pedro de Aranda, el qual lo llevò por via de fuerça, y ſe declarò en la Chancilleria, hazia, y cometia fuerça el Eccleſiaſtico en no otorgar las apelaciones al dicho don Pedro, que las otorgaſſe, y repuſieſſe los deſpues de ellas hecho, y executado, conſta del pleyto viejo, fol. 106.* 32

Quartum Decretum.

*EN el pleyto Eccleſiaſtico, ſobre la Capellania que fundò Diegò Monte, ſobre que es el pleyto, en la vacante antecedente, a que ſe opuſieron don Diego Clavijo Civico, y el Licenciado Alonſo Colodrero, aviendoſe dado ſentencia à favor de la Dignidad Abacial, y por devoluta la dicha Capellania, y hecha la colacion, y dado la poſſeſſion al nombrado por la dicha Dignidad: ſe apelò, y dixo de nulidad, por averſe pedido acomulacion de un pleyto al pendiente, ſobre que ſe formò articulo, y ſin averſe hecho la acomulacion, ni pronunciado ſobre eſte articulo, ni citado para la ſentencia à las partes; paſſo à pronunciar ſentencia difinitiva, y a ſu execucion, ſe llevò por via de fuerça, à pedimento del dicho don Diego Clavijo; ſe declarò en la Chancilleria, que reaſumiendo en ſi el Eccleſiaſtico la juridicion, y oyendo de nuevo a las partes, no hazia ni cometia fuerça; lo contrario haziendo, la hazia; aſſi conſta del dicho auto en el pleyto viejo, fol. 194.* 33

Omnia hæc quatuor decreta violentiæ, quando in ſe fuiſſent capacia impugnandi conſuetudinem completam, & formatam per immemoriale tempus in Tribunali Eccleſiaſtico (quæ non ſunt, ut per varia fundamenta remanet probatum *ſuprà, in hoc 2. art. ex numer. 15. cum ſequentib.*) nihilo minus omnia una ſolutione, & reſponſione generali omnibus conveniente, diſſolvuntur, ea nempe, ut in nulla eorum lite delata ad Cancellariam, conſtitit Senatui de conſuetudine, nec in ulla fuit allegata, nec probata, prout apparet ex eiſdem certificationibus, & teſtimoniis Notariorum, quibus utitur adverſarius. Conſuetudo enim conſiſtit in facto, quæ non præſumitur, ſed præciſè debebat probari, ut nota eſſet Senatui Regio: ut *ſupra hoc art. 2. ex num. 17.* abſque qua juſtiſſimè præ oculis habuit jus commune admittens regulariter appellationem à ſententia ſuper capellania lata, habente utrumque effectum, devolutivum, & ſuſpenſivum; *ut ſupr. articul. à principio:* ex quo defecit animus ſe opponendi conſuetudini contrarium dictanti ex defectu ſcientiæ, & notitiæ. *l. ſi per errorem ff. de juriſdict. omn. judic.* cum *vulgaribus.* 34 35 36

Sed ultra hanc generalem & communem reſponſionem, ſingula decreta ſpeciale, & particulare habent reſponſum, prout breviter per quodlibet diſcutietur: in quibus etiam data, & ſuppoſita notitia Senatus Regii conſuetudinis exequendi ſententias appellatione non 37

a 4 obſtante:

obſtante: eo quod quilibet proceſſus delatus per viam violentiæ, conſuetudinis Tribunalis Eccleſiaſtici probationem ſimul continebat: Adhuc decreta præfata violentiæ conſuetudini non opponebantur, imò cùm ea compatiebantur, eo quod etiam in illis caſibus conſuetudo negat executionem ſententiæ, & admittit appellationem, tanquam legitimam ob proceſſuum defectus inſanabiles, & ſententiarum nullitatem, juxta ea, quæ viriliter comprobata remanent *hoc eodem art. 2. ex num. 20. cum ſeqq.* quæ omnia verificantur in eiſdem violentiæ decretis, prout ex quolibet apparebit de jure, & de facto.

38 Et quantum attinet ad primum, de quo *ſup. num.* 30. ſuper proceſſu inter D. Antonio de los Rios, & D. Franc. Mazuelos, juſtè cenſuit Senatus vim feciſſe Judicem Eccleſiaſticum in exequendo, & non deferendo, eo quod tulerat ſententiam diffinitivam pendente termino probationis, ex quo nullitas ſententiæ manifeſtè apparebat, cujus executio evidenter attentata erat atque appellatio legitima, quoad utrumque effectum, cùm termino pendente debebat judex ſuperſedere, juxta textum *in l. ſi ſive par, C. de dilationib.* quam in iis, in quibus verſamur, terminis, exactiſſimè exornat Sebaſtian. Vantius *de nullitat. ſement. ex defectu juriſdiction. Ordinar. ex num.* 157. *uſque ad num.* 161. & nos *in tractat. de protect. Regia,* 3. *part. c.* 9. *n.* 31. & 32.

39 Et quoniam à Judice procedente tempore, quo debebat conquieſcere, appellatio legitima eſt quoad utrumque effectum, cùm proceſſus, & ſententia interim lata, ſint nulla ipſo jure & cauſent attentata, magnam Doctorum catervam congeſſimus *in Labyrinth. 1.part.cap.10. ex n.97.cum ſeqq.* ubi memorantur alia tria loca noſtra in hujus doctrinæ comprobationem, procedentis in judiciis quantumcumque privilegiatis, & aliàs, nullitate ceſſante, non admittentibus appellationem ſuſpenſivam, *ut in dict. cap. 9. ex n. 99. cum ſequentibus.*

40 Hoc igitur violentiæ decretum juſtiſſimè latum, tantùm abeſt, quod opponatur conſuetudini, quia imò conforme prorſus eſt conſuetudini, quæ pariter negat executionem ſententiæ nulliter latæ, & appellationem ſuſpenſivam admittit, prout
41 probatum remanet *ſuprà, ex n.20. & ſeqq.* & quia omnis mundi diſpoſitio, ſive legis, ſive hominis loquens de actu exequendo, intelligitur de *valido*, non de *nullo* ampliſſimè egimus *in tractatu de protect. Regia*, 3. *part. cap. 9. ex n. 9. cum multis ſequentibus.*

42 Comprobatur hæc uniformitas inter decreta violentiæ, & conſuetudinem, nam ſi caſus ſententiæ nullæ non comprehenduntur, nec includuntur in conſuetudine, imò ab ea prorſus excluduntur, eodem modo, quo decreta violentiæ; impoſſibile eſt, ut conſuetudini opponantur, contra text. *in l. decem* 117. *ff. de verbor. obligation. l. Titio uſusfructus ff. de conditionib. & demonſtrat. l. remitti, ff. de jurejurand. l. manumiſſiones, ff. de juſt. & jur.* Nam privatio præſupponit habitum, &
43 ademptio ejus, quod in diſpoſitione non fuerat comprehenſum, nihil operatur, nec detrahit; *l. legata inutiliter* 14. *l. cum ſervus* 15. *l. & ſi transferam* 20. *& l.* 21. *ff. de adimendis legatis.* Quare hæc decreta violentiæ omnino uniformia ſunt conſuetudini, & cum ea compatiuntur, manente conſuetudinis diſpoſitione illæſa, & intacta ad cæteros caſus in ea comprehenſos, omni ceſſante repugnantia, prout remanet hactenus comprobatum.

Quantum ad ſecundum decretum violentiæ, de quo *ſuprà num.* 31. nihil ad nos pertinet, nec percutit punctum, de quo agitur; nam ſuper ſententia collationis illius capellaniæ, executioni mandatæ per Ordinarium non fuit cauſa delata ad Senatum per viam violentiæ, ſed tantum per appellationem devoluta fuit ad Nuntii Tribunal, quam delegavit cuidam judici, coram quo de attentato dictæ executionis dictum fuit per appellantem; altera verò pars non allegavit, nec probavit conſuetudinem vigentem in Tribunali Abbatiali, nec aliter de ea ex proceſſu conſtitit Judici: ideo Judex ſequendo juris regulam, de qua ſurſum, *articul. 1. ad principium*, juſtè executionem ſententiæ collationis attentatam declaravit; nam ſi de conſuetudine hac ſibi conſtitiſſet, eam omnino ſequi tenebatur; ad latè comprobata in *artic. 1. ex n. 7. cum ſeqq.* 44

Ab hac attentati ſententia fuit appellatum, quam nihilominus idem judex delegatus executioni mandavit, & delata cauſa ad Cancellariam per viam violentiæ, juſtiſſimè Senatus decrevit violentiam abeſſe à judice delegato exequente ſuam ſententiam attentati: clari namque juris eſt, ſententiam affirmativam latam ſuper attentato, de jure tanquam privilegiatam exequi poſſe appellatione non obſtante, prout latiſſimè poſt longam diſputationem comprobamus, *in tractat. de Regia protect. 2. part. cap. 12. per totum*: Quapropter decretum iſtud violentiæ, nihil conducit, nec punctum, de quo agimus, percutit, cum latum fuerit in caſu omnino diverſo ſuper ſententia attentati tantùm, juſtè lata per Judicem, cui non conſtitit conſuetudo Tribunalis Abbatialis. 45

Ad tertium decretum violentiæ, de quo *ſuprà num.* 32. accedamus, in quo aſſeverandum erit ejuſdem eſſe qualitatis, cujus & primum, licèt ex diverſa cauſa: nam licèt notarius, in ſuo teſtimonio, duntaxat meminerit ſententiæ collationis, & poſſeſſionis traditæ capellaniæ, ſuper qua litigabatur, appellatione pendente interpoſita ab alio litigante, à quo delatus fuit proceſſus ad Cancellariam per viam violentiæ, ubi decretum fuit Judicem Eccleſiaſticum vim feciſſe in exequendo, & non deferendo: Attamen in hac relatione notarius omiſit cauſam, ſuper qua fundabatur principaliter querela violentiæ, atque proceſſus circumſtantiam, quæ omnino juſtam reddebat appellationem (quantumvis de conſuetudine conſtaret) ea eſt etenim, prout ex eodem proceſſu conſtat, nam cauſa ad probationem inter litigantes recepta cum certo termino, eo jam tranſacto, judex ipſe Eccleſiaſticus alios unius partis novos teſtes recipit, altera contradicente, & impugnante; in quo cauſæ ſtatu judex ipſe protulit ſententiam ſuper cauſa principali, quam executus fuit appellatione interpoſita non obſtante; delatoque proceſſu ad Cancellariam per viam violentiæ, juſtè decrevit vim fieri, eò quod ſententia nulla erat manifeſtè, & ab ea appellatio legitima fuit cauſans attentatum evidens: nam à ſententia lata ſuper negotio, 46

negotio, quo judex admiſit teſtes poſt lapſum terminum probatorium, tanquam ab inordinato proceſſu, legitima eſt appellatio quoad utrumque effectum, ut per plures DD. Scaccia *de appellationibus q. 17. limit. 27. membr. 7. num. 40. & 41.*

47 Quæ doctrina æqualiter procedit, quamvis ex proceſſu conſtaret de conſuetudine Tribunalis Eccleſiaſtici exequendi ſuas ſententias appellatione remota, & pendente, (de qua non conſtabat, ut ex eodem proceſſu apparet) adhuc tamen præfata doctrina locum habet in omnibus judiciis privilegiatis, in quibus aliàs ceſſante nullitate proceſſus, permittitur executio ſententiæ, appellatione non obſtante: ut in terminis firmat Bald. *in l. poſt ſententiam 9. n. 7. & 8. Cod. de ſentent. & interloqu. omn. judic.* Aufrerius *ad Capellam Tholoſan. dec. ult. n. 3.* Ozaſcus *deciſ. Pedemontan. 25. ſub num. 14. verſ. contrarium*: Veſtrius *in Praxi Romanæ Curiæ, l. 7. c. 1. ſub num. 8. verſ. Et quamvis*: Cæſar Contardus, *in l. unica limitat. 5. num. 13. C. ſi de momen. poſſeſſ.* Scaccia, *diſt. quæſt. 17. limit. 7. membro 7. ex num. 41. & ſeqq.* Ex quibus patet dictum decretum violentiæ, latum non fuiſſe in contrapoſitionem conſuetudinis, ſed ex nullitate, & defectu proceſſus, & ſententiæ, cujus nec conſuetudo admittit executionem: ad latè comprobata circa primum decretum, *ex n. 38.* & ſuperius, *ex n. 16.* Et quo actus iſte poſitivus evaneſcit ex eiſdem fundamentis, quibus & primus.

48 Accedat quartum decretum, de quo *ſuprà, num. 33.* quod pro ſe juſtè adduxit Dignitas Abbatialis, quantumvis pars adverſa pro ſe, & in ſui favorem altiùs illud extollat, aſſeverans, eſſe actum poſitivum ultimi ſtatus contra conſuetudinem, cui ſtandum. Cum potius ſit directè contrarium ſuæ intentioni, abſque ulla ponderatione, ſed fideliter relato facto proceſſus juxta atteſtationem notarii illud referentis & prout fideliter retulimus *ſuprà, articulo 1. ex n. 26. & ſeq.*

49 Pendente articulo cumulationis alterius litis petitæ ab uno ex litigantibus cum debita pronuntiatione, eo quod ſubſtantialis eſſet negotio principali, de quo agebatur & in qua Pars præcipuè jus ſuum fundabat, ſuper qua cumulatione judex tenebatur cognoſcere, & prius pronuntiare ſuperſedendo in judicio principali, præcipitanter, & inordinatè, judex ſententiam definitivam protulit; quam (cum nulla fuiſſet ipſo jure ex latè deductis ſuperiùs *ad primum decretum, ex num. 38. & ad tertium, ex num. 46.*) executioni mandavit appellatione non obſtante.

50 Delato proceſſu ad Cancellariam Regiam per viam violentiæ latum fuit decretum tertii generis, *que reponiendo el Juez, y oyendo de nuevo à las partes, no hazia fuerça y ſe le remitia el proceſſo, y no lo haziendo, la hazia que otorgeſſe, y repuſieſſe.* Judex acceptans primam partem alternativæ decreti, audit noviter partes cum plena cauſæ cognitione, qua legitimè concluſa, ſententiam definitivam protulit declarans nullum jus patronatus ad Capellaniam adeſſe, ſed ad collationem pertinère Dignitatis Abbatialis, quam ſententiam juxta Tribunalis conſuetudinem, executioni mandavit, termino ad appellandum pendente in favorem Clerici nominati per Abbatem; proviſus quietè poſſedit per multos annos, quouſque per ejus obitum cauſata fuit præſens capellaniæ vacatio.

Dicat nunc adverſa pars, quid reperiet in hoc decreto violentiæ, quod ſuæ intentioni aſſiſtere poſſit; Quidque ex eo deduci, quod in minimo repugnet conſuetudini? Decretum remiſit cauſam eidem Judici Eccleſiaſtico, ut noviter procederet & audiret litigantes, attenta nullitate primi judicii, cui etiam conſuetudo reſiſtebat, & pariter negat ſententiæ nullæ executionem, atque ideo tantum abeſt, quod ex dicto decreto violentiæ poſſit induci contrarietas cum conſuetudine, ſed potius omnimoda uniformitas inter ſe: juxta latiſſimè comprobata in *hoc 2. articulo.* 51

Attento igitur progreſſu præfatæ litis, clarè, & manifeſtè ex eo deducitur, ultimum ſtatum aſſiſtere conſuetudini, & eam favere, eò quod judex legitimè in cauſa denuò procedens protulit ſuam ſententiam, & illam executioni mandavit pendente termino ad appellandum, attenta diſpoſitione conſuetudinis, quibus omnibus acquieverunt litigantes, nulla facta conditione, nec delatione proceſſus per viam violentiæ ad Senatum Regium, ſed immiſſus in poſſeſſionem capellaniæ, eandem quietè poſſedit per multos annos, uſque ad obitum, atque ideo ultimus hic ſtatus qualificat conſuetudinem, & illi evidenter aſſiſtit. 52

Et ad perfectionem prædictorum, & majorem ſtabilitatem hujus inviolabilis conſuetudinis, non eſt omittenda alia ſubtilis conſideratio; nam quando vellemus dare capacitatem decretis violentiæ ad interrumpendam conſuetudinem Tribunalis Eccleſiaſtici (quod viriliter negatur ex ſupra dictis, *ex n. 9.*) & inſuper vellemus in conſuetudine admittere comprehenſionem, etiam ſententiæ nullæ, ita ut ſimul, & indiſtinctè conſuetudinis diſpoſitio locum habeat, & executionem permittat, & attribuat, tam ſententiis nullis, quàm validis, & legitimè latis (quod iniquiſſimum, & neſandum foret) adhuc decreta præfata violentiæ non poſſent in totum deſtruere conſuetudinem, ſed in illa tantum parte, qua conſuetudo admiſiſſet executionem ſententiæ nullæ, ejus diſpoſitione illæſa manente, quoad ſententias validas, manifeſtè probatur; nam decreta violentiæ duntaxat expedita fuere in caſibus, quibus detegebatur nullitas ſententiarum, prout hactenus apertè vidimus; ergo iſti actus (quando eos vellemus admittere, uti poſitivos in contraventionem conſuetudinis) ſolum poſſent operari, & opitulari conſuetudini reſpectu ſententiarum nullarum, quas falſò ſupponimus in ejus diſpoſitione eſſe comprehenſas, & ſimul incluſas. 53

Nam iſti actus violentiæ poſitivi, conſuetudini repugnantes, debent reſtringi, & ſe continere intra terminos ſuæ obſervantiæ; debetque limitari contraria hæc conſuetudo intra terminos poſitivos, ex qua voluit formari, abſque eo, quod eorum terminos egrediatur; juxta text. *in cap. fin. de conſuetudine*, Alex. *conſ. 110. Adeo gravis, n. 15. volum. 6.* & ex Bart. *in l. 2. verſ. Si quis hoc interdicto, ff. de itinere, actuque priv.* tradit Rolandus à Valle *conſ. 94. num. 19. vol. 2. cap. quoad tranſlationem*, ubi 54

Abb.

Abb. *nota fin. de offic. legati.* Menoch. *de rer. poſſ. remed.* 5. *num.* 62. Greg. Lopez *in l.* 24. *tit.* 11. *part.* 4. *gloſſ.* 1. Ant. Gabr. *l.* 6. *concl. tit. de præſcript. concl.* 2. *num.* 14. quia ut tradit Bald. *in l. illud, n.* 9. *C. comm. utriuſque judicii, Conſuetudines reſtringuntur per actus ex quibus inducuntur, ut proprios facti terminos non excedant, ex l.* 1. *Julianus, ff. de itinere, actuque privat.* Bald. ſequitur Rolando à Valle *conſ.* 69. *numer.* 31. *volum.* 3. Menoch. *ubi proximè, n.* 63. D. Valençuela Velaſ. *in conſ.* 8. *num.* 24. 25. 26. *& ſeqq. tom.* 1. Et idem dixit Rota, apud Alexand. Ludoviſ. *deciſ.* 162. ex Bart. ubi proximè, & ex Bald. *conſ.* 275. *circa fin. l.* 2. Natta *conſ.* 555. *poſt num.* 5. Aimon. *conſil.* 30. *num.* 5. Quòd conſuetudo ſit ſtricti juris, & in ea nihil ſuppleri debeat ultra obſervantiam, & ubi non diſ-
55 ponit conſuetudo, nec nos diſponere debemus. Conſuetudo etenim non debet habere majorem poteſtatem, quàm uſus ei conceſſerit, Socin. Jun. *conſ.* 101. *num.* 23. *l.* 2. poſt Bald. *in cap.* 1. *in princ. colum. ult. verſic. Adde quod actus: de his, qui feudum dare poſſunt.* Gratian. *diſcept. tom.* 1. *cap.* 88. *num.* 18. Et ipſemet Bald. *in conſil.* 27. *volum.* 1. dixit. *Quod conſuetudo tantum habet de potentia, quam de actu, & uſu habet.* Surd. *conſ.* 325. *num.* 13. Pedemont. *deciſ.* 29. *n.* 26. Felin. *in cap. auditis, n.* 5. *de reſcript.* quos referens ſequitur Rota, penes Farinac. *dec.* 288. *n.* 4. *part.* 1. *in recent.* Mantica *dec.* 10. *n.* 10. *&* 11. Tondut. *quæſt. can. tom.* 2. *p.* 3. *quæſt.* 142. *n.* 9.

56 Hincque eſt, quod qui conſuetudine contraria ſe juvare voluerit eam non in genere, ſed in ſpecie probare tenetur ita ut percutiat eundem caſum controverſum, per plures Rotæ Alexand. Ludov. *deciſ.* 62. *num.* 1. 2. *&* 4. ubi Oliverius, *num.* 15. *& deciſ.* 45. *num.* 6. & ibi Beltramin. *num.* 8. Surd. *conſ.* 313. *num.* 32. *& conſ.* 371. *num.* 2. *conſ.* 382. *num.* 4. D. Valençuela *dict. conſ.* 6. *ex num.* 24. *cum ſeqq. tom.* 1. *& in conſil.* 34. *num.* 163. *& in conſ.* 4. *numer.* 44. *& conſil.* 8. *num.* 29. *Gratian. diſcept. tom.*
57 1. *cap.* 79. *num.* 10. quia non poteſt trahi de uno caſu ad alium caſum, Mareſcot. *var. reſolut. l.* 2. *cap.* 100. *num.* 4. Cavaler. *dec.* 638. *num.* 3. Tondut. *dict. quæſt.* 142. *nu.* 9. *& quæſt.* 146. *n.* 9.

Ex quibus manifeſtè ſequitur quod hæc decreta violentiæ (quando capacia forent controvertendi conſuetudinem) deberent ſe continere intra ſuos limites, & omnino reſtringi ad ſententias nullas, duntaxat reformantia in eiſdem caſibus conſuetudinem generalem Tribunalis Eccleſiaſtici (dato caſu, quod in ea includerentur, & ſuper illis indiſtinctè conſuetudo diſpoſuiſſet) manente ipſa illæſa, & intacta in cæteris, quoad ſententias validas, in quibus, ut dictum eſt, duntaxat diſponit.

58 Quia quando lex, vel ſtatutum reformatur, ſeu revocatur in parte, in cæteris firmum remanet, plurima congeſſimus, *in tract. de retent. Bull.* 2. *part. cap.* 31. *ex n.* 101. *cum multis ſeqq.* pro quibus eſt text. elegans, *in l. alumnæ, §. qui filius, ff. de adimen. leg.* ibi: *Non à tota voluntate receſſum videri, ſed ab iis tantum rebus, quas reformaſſet: l. tribuimus, §. de milit. teſt.* text. *in l. cum hic ſtatus, §. ſi ambo, in fine. ff. de don. inter vir. & uxor.* ibi: *Qui quaſdam res ex iis, quas donaverat, legaſſet, quaſdam non, videbitur cæteras res ad uxorem voluiſſe pertinere, l. ſi ex toto in princ. ff. de leg.* 1.

Ex quibus omninò præſervata remanet conſuetudo Tribunalis Abbatialis, ad exequendum ſententias validas, latas in proviſionibus capellaniarum, appellationibus non obſtantibus, abſque decretorum violentiæ impedimento.

Et ut conſuetudo hæc omni careat ſcrupulo, 59
& ut in totum maneat præſervata, ſatisfaciendum erit aliis inanibus oppoſitionibus per adverſarium conſideratis: inquit igitur, in conſuetudinis probatione defeciſſe probare, eam rationabilem eſſe; non attendens vivas replicationes; una erit, quod conſuetudine probata præſumit jus ex juſta, & rationabili cauſa proceſſiſſe, Bald. *in l. de quibus, ff. de legib.* Alexand. *conſ.* 123. *num.* 2. *vol.* 5. Dom. Valençuel. *conſ.* 146. *num.* 15. *vol.* 2. *& conſ.* 47. *n.* 4. *&* 5. *t.* 1. Gratian. *diſcept. Forenſ. tom.* 1. *c.* 184. *n.* 22. *&* 23. Et qui pro ſe habet præſumptionem 60
juris, non eget probatione, *l. fin. in principio, ff. quod metus cauſa: l. ſive nuptura, in fin. ff. de jure dotium l. ſive poſſideris, C. de probationib. cum vulgaribus.*

Altera erit, nam Doctores omnes loquen- 61
tes, admittentes hanc conſuetudinem exequendi ſententias ſuper capellaniis latas, expreſsè affirmant, eſſe laudabilem, juſtam, & rationabilem, ob detrimentum notiſſimum, quod beneficia, & capellaniæ ex longa vacatione recipiunt; ut in iis terminis notarunt Hieronym. Gonçal. Nicol. Garc. & alii, qui in individuo allegantur. *in commentariis noſtris, de Regia protect.* 2. *part. cap.* 13. *num.* 275. *& num.* 276. Et ut talem qualificavit hanc conſuetudinem, Rot. Romana *in duabus deciſionib. adductis, d. n.* 275.

Et nullibi poteſt eſſe hujuſmodi conſuetudo 62
tam rationabilis, & juſta, quàm in Tribunali Abbatiali, Compluti Regii, ubi Capellaniæ totius Diœceſis ſunt adeò tenues, ut vix aliqua aſcendat ad centum ducata, oneribus deductis, & generaliter decem ducatorum, & inferioris multò valoris ſunt, maximo Miſſarum onere gravatæ, quarum ſententiæ ſi executioni non darentur, omnes cauſarum proſecutionem deſererent; ſi obligarentur proſequi appellationes ad poſſeſſionis conſecutionem poſt tres ſententias conformes, quorum ſumma paupertas, nullo modo potuiſſet ſupportare intolerabiles litium expenſas: ex quo capellaniarum cauſaretur perpetua vacatio, & per adminiſtratores, ſeu Oeconomos gubernarentur in notiſſimum earum detrimentum: qua ratione attenta, juſtiſſimè fuit introducta conſuetudo hæc exequendi ſententias ritè, & rectè latas.

Dicitur inſuper per adverſarium, confeſſio- 63
nem ſuper exiſtentia conſuetudinis Abbatialis Tribunalis factam, & expreſsè allegatam à D. Petro de Aranda in alia capellaniæ lite, petente executionem ſententiæ in ſui favorem latæ, & apprehenſionem poſſeſſionis, quam obtinuit, & ſibi data fuit non obſtante appellatione, ut apparet *ſupra in art.* 1. *ex n.* 26. Nullatenus poſſe ſibi præjudicare, duplici ratione; prima, quia confeſſio partis facta in una lite, ſibi inter diverſas perſonas non præjudicat: allegat Maſcard.

Maſcard. *de probationib. concluſ.* 368. *num.* 25. (qui quidem in hoc puncto, nec verbum ullum adducit) nec non Petrum Surdum *in conſ.* 268. *num.* 116. qui obiter id dixit, qui tamen *Surdus*, magis attentè, & exactè diſputans hanc quæſtionem, acerrimè contrarium defendit, *in deciſ.* 309.

Sed ut veritas agnoſcatur, dicendum erit; hanc quæſtionem, an confeſſio facta in uno judicio noceat confitenti in alio diverſo inter diverſas partes, eſſe admodum controverſam, ut agnoſcit Noguerol. *allegat.* 29. *num.* 48. Surd. *diſt. dec.* 309. *num.* 7. 23. *&* 24. *& per tot.* & eſt videre per Hodiernam *ad dict. deciſ.* 309. *Petri Surdi.*

64 Nihilominus affirmativa ſententia, confeſſionem ſcilicet præjudicare confitenti in aliquibus caſibus, in quibus planè, & abſque contradictione, & controverſia currit, qui omnes procul dubio adaptantur huic confeſſioni D. Petri de Aranda: primus ſit, quando confeſſio fuit expreſſa, & non tacita ex aliquo actu inducta, & illata, ut ex complurib. DD. firmat Noguer. *dict. alleg.* 29. Et confeſſio D. Petri de Aranda facta fuit per libellum à ſe in judicio exhibitum, quæ nec magis expreſſa, nec magis clara, nec magis qualificata eſſe poteſt.

65 Secundus caſus, quando confeſſio facta fuit non incidenter, ſed principaliter, prout iſta quæ eſt emanata ad effectum, ut ſententia pro ſe lata executioni mandaretur, & aſſertivè firmavit, conſuetudinem ita eſſe Tribunalis Abbatialis exequi ſententias appellatione non obſtante, quæ confeſſio contra profitentem pariter probat in alio judicio ut poſt plures ipſe Noguer. *dict. alleg.* 29. *à n.* 48.

66 Tertius caſus eſt, quando confeſſio in primo judicio emanata, ad ſecundum judicium trahitur ad eundem finem, & effectum, & non ad diverſum primi; quod verè verificatur in caſu præſenti; cum ad eundem finem, ut exequatur ſententia appellatione non obſtante, emanavit confeſſio in illo judicio, quod & in iſto idem prætenditur, & ideo confitenti verè præjudicat; ſic poſt alios plurimos declarant Cyriacus *controverſ. tom.* 3. *controv.* 447. *n.* 33. *&* 34. Petrus Surd. *conſ.* 423. *n.* 24. Maſcard. *de probat. concluſ.* 33. *n.* 39. *& ſeqq.* idem Surd. *conſ.* 250. *ex n.* 6. *& ſeqq.* Gratian. *tom.* 1. *diſcept.* 51. *ex n.* 14.

67 Quartus caſus eſt, quod cum hæc confeſſio D. P. fuiſſet facta per libellum in judicio à ſe præſentatum, tantæ eſt efficaciæ, ut etiam abſentibus proficiat, & ab eiſdem in alio judicio eadem poſſit opponi, & partes ea ſe juvare poſſint, ut per *l. jubemus*, *& ibi* notata. *C. de liberali cauſa l. cum antea*, §. *fin. l. de arbitris*, *l. generaliter*, *C. de non numerata pecun. & cap. per tuas*, *de probationib.* tenent Alexand. *conſ.* 13. incipit, *Ex iis quæ*, *n.* 1. *vol.* 1. Cephal. *conſ.* 100. *n.* 17. *t.* 1. quos ſequitur D. Valerçuel. Velazq. *in conſ.* 169. *n.* 83. *&* 84. Ex quibus inevitabile, & inexcuſabile remanet præjudicium confeſſionis factæ per adverſarium.

68 Protervè inſiſtit adverſarius in ſe excuſando à præjudicio præfatæ ſuæ confeſſionis; aſſerens, tunc non præjudicare confeſſionem; quando id, quod confitetur, non dependet à ſola voluntate confitentis, ad quod nulla adducitur doctrina, nec poterit, quæ caſui noſtro adaptari poſſit.

Verum eſt, quod in certo, & ſpeciali caſu tantum, confeſſio ejus, quod non pendet à poteſtate confitentis, non valet, nempè inter perſonas prohibitas donare, & diſponere ad Tertii præjudicium, latiſſimè Dom. Valençuela *in conſil.* 174. *ex num.* 13. *uſque ad numer.* 28. & nos, *in Labyrinth.* 2. *part. cap.* 10. *ex num.* 33. *& ex num.* 51. Quæ doctrina extra noſtrum caſum eſt, & nullo modo applicari poteſt. 69

Sed & adhuc in prædicto caſu, quando cum confeſſione inter prohibitos concurrunt alia adminicula, valida eſt confeſſio, & probat inter illos; ut ex Noguerol. *allegat.* 10. *ex n.* 13, *cum ſeqq. & allegat.* 20. *num.* 68. *& allegat.* 32. *nu.* 23. *&* 24. Et quando in terminis hujus doctrinæ verſaremur, nulla confeſſio poterit inveniri tam adminiculata, quàm iſta adverſarii, in qua virtute conſuetudinis, quam allegavit, adeptus eſt executionem ſuæ ſententiæ favorabilis, & poſſeſſionem capellaniæ actualem, termino appellationis pendente, adminiculata etiam innumerabilibus actibus poſitivis comprobatis, & multitudine teſtium Officialium ejuſdem Tribunalis, & aliorum affirmantium, hujuſmodi conſuetudinem vigere in dicto Tribunali à tempore immemoriali, ut *in art.* 1. *in hoc.* omni contradictione ceſſante comprobatum remanet efficaciter. 70 71

Et certè indigna res eſt viri providi, velle nunc impugnare id ipſum, quod ſuo ore ſemel confeſſus eſt, & petiit, & ſibi conceſſum fuit: contra quem acriter inſurgit, & meritò, text. *in l. generaliter* 12. §. *ſed juramento*, in hæc verba: *Quis enim ferendus eſt, ad appellationis veniens auxilium in iis, quæ ipſe facienda procuravit*, & paulò pòſt, ibi: *Cum nimis crudele ſit, parti, quæ hoc detulit, propter hoc ipſum, quod judex ejus petitionem ſecutus eſt, ſupereſſe provocationem*, *C. de rebus creditis*, text. *in l. non erit* 5. §. *dato*, *ff. de jurejuran.* quæ jura latè exornamus poſt plurimos doctores, *in tract. de poteſt. Regia*, 2. *part. cap.* 1. *ex num.* 165. 72

Ex quibus omnibus hæc conſuetudo omnibus ſuis partibus conſtans, & ab omnibus impugnationibus defenſa, ſecurè currere debet, & inviolabiliter obſervari, cùm juſtè admittat executionem ſententiarum in capellaniis appellatione non obſtante.

## ARTICULUS III.

Conſuetudo exequendi ſententias ſuper capellaniis latas, quantumcumque conſtans ſit, non operatur in latis contempto jure patronatus; ſeu quaſi poſſeſſione præſentandi, legitimè adquiſita.

Super capellaniis ab origine fundatis, abſque jure patronatus, nec quaſi poſſeſſio præſentandi, nec præſcriptio cadere poteſt.

Quantumvis immemorialis ſit, ſi de origine libertatis ex fundationis inſtrumento apparuerit.

SUM-

## SUMMARIUM.

1 *Sententiæ nullæ non includuntur in conſuetudine permittente executionem, ſed ab ea excluduntur.*
2 *Sententia collationis lata, ſpreto jure patronatus, & quaſi poſſeſſione præſentandi legitimè quæſita, nulla eſt ipſo jure.*
3 *Et ab ea appellatio admittenda, quoad utrumque effectum.*
4 *Niſi appareat nullum adeſſe jus patronatus ab origine executionis capellaniæ.*
5 *Quaſi poſſeſſio præſentandi non admittitur contra Ordinarium agentem de libertate beneficii, & capellaniæ, & n. 6.*
7 *Factum litis breviter refertur, & quo jure prætendentes jus præſentandi, comparuere.*
8 *Contradictio fiſcalis negans exiſtentiam juris patronatus, & per conſequens, nec eſſe poſſe gemilitium.*
9 *Probatio, quæ non percutit caſum, & punctum, de quo agitur, nec prodeſt, nec ſuffragatur, & n. 10.*
11 *Ad juris patronatus exiſtentiam, & pertinentiam attendendus eſt tenor inſtrumenti fundationis capellaniæ.*
12 *Clauſulæ fundationis inſertæ, & n. 13.*
14 *Ex ſimplici clauſula fundationis abſque alia ſolemnitate, prætendere quaſi poſſeſſionem præſentandi inane eſt, & n. 15. & 16.*
17 *In hac capellania ab origine fundationis defuit jus patronatus.*
18 *Jus patronatus non adquiritur ex ſola fundatione, abſque Ordinarii conſenſu, & approbatione, & n. 19.*
20 *Jus patronatus non aſſumit initium à fundatione, ſed à conſenſu Ordinarii.*
21 *Jus patronatus non præſumitur creatum in fundatione, niſi expreſſè ex ea appareat.*
22 *Interim remanet in juris terminis ſimplicis donationis, aut legati pii cum onere Miſſarum.*
23 *Jus patronatus non accedente authoritate Epiſcopi non poteſt dici eſſe in hæreditate fundatoris.*
24 *Jus patronatus non probatur ex fundatione ſola, niſi accedat conſenſus Ordinarii.*
25 *Conſenſus Ordinarii requiſitus ad creationem juris patronatus, non inducitur ex amiſſione præſentationum ab eo facta.*
26 *Rei non exiſtentis in rerum natura quaſi poſſeſſio acquiri non poteſt.*
27 *Nec ſeminarii nondum erecti.*
28 *Super non ente, nec poſſeſſio, nec præſcriptio cadere poſſunt.*
29 *Contra actionem nondum natam præſcriptio dari nequit.*
30 *De libertate beneficii quandocumque conſtiterit, præſcriptio de nihilo ſervit.*
31 *Et ſi ſit immemorialis.*
32 *Præſcriptio non prodeſt præſcribenti jus patronatus, docto de contrario initio libertatis.*
33 *Ultimus ſtatus juris præſentandi non attenditur, conſtito de origine libertatis beneficii.*
34 *Verum eſſe non poteſt, quod falſo nititur fundamento.*
35 *Non entis nullæ ſunt qualitates & qualitas non poteſt eſſe ſine ſubjecto.*
36 *De non ente ad ens non poteſt fieri tranſitus.*
37 *Jus patronatus an præſcriptione acquiri poſſit, quæſtio eſt controverſa.*
38 *Negativam quis tuetur.*
39 *Contrariam, præſcriptione acquiri poſſe, qui teneant.*
*Tertia opinio diſtinguens verior, communis, & receptior eſt, ibidem.*
40 *Juſpatronatus à principio creatum authoritate Ordinarii, ut tunc contra patronatum admittatur præſcriptio.*
41 *Juſpatronatus ab initio non ortum, nec creatum ex defectu conſenſus Ordinarii, nulla præſcriptione quæri poteſt.*
42 *Niſi accedat tempus immemoriale cum continuatis præſentationibus, & bona fide.*
43 *Præfatam diſtinctionem ſequuntur innumerabiles penè Doctores, & n. 44.*
45 *Quaſi poſſeſſio, nec præſcriptio nulla poteſt cadere ſuper jure patronatus, ab origine non creato.*
46 *Quotieſcumque ex inſtrumento fundationis conſtiterit, ab initio non fuiſſe ortum jus patronatus, præſcriptio immemorialis nihil prodeſt, & n. 47. & 48.*
49 *Adducitur ad idem Rotæ deciſio, alias etiam referens.*

VEllet fortaſſe adverſa pars aſſerere, quod
quantumcumque conſuetudo exequendi
ſententias appellatione non obſtante, firma ſit,
& conſtans; nihilominus ſi ſententiæ ipſæ ex
aliquo ſubſtantiali defectu nullæ appareant, eo 1
quod non ritè, nec rectè latæ fuerint, nullo
modo executioni tradi valent, appellatione obſtante, quia ſententia nulla, nullam meretur executionem, ex textu expreſſo *in l. 4. §. condemnatum, ff. de re judicat.* quam limitationem exactè examinavimus, & exornavimus, in *tractat. de protect. Regia, 3. part. cap. 9. à principio, & per tot.* Imò tales ſententias nullas nullatenus incluſas eſſe in conſuetudine, ſed ab ea prorſus repulſas, & non admiſſas abundè reſolutum fuit *art. 2. ex num. 20. cum ſeqq. & ex numer. 64. cum ſeqq.* quod veriſſimum, & innegabile eſt: Sed ſic eſt, quod hæc ſententia de qua agitur in hac lite, & collatio
capellaniæ facta ab Ordinario Eccleſiaſtico eſt 2
nulla, eo quod capellania ſit juriſpatronatus, ſitque Domina Joanna Maria in quaſi poſſeſſione præſentandi, nec non ejus pater, ut clarè conſtat ex actis; Ergo ſententia, & collatio Ordinarii, nulla eſt ipſo jure, ſpreto jure patronatus, & quaſi poſſeſſione patronorum: textus eſt expreſſus *in cap. decernimus, 16. qu. 7. cap. cum Bertoldus, de re judicata*, plurimis Doctoribus exornamus, & comprobamus, *in tractat. de protect. Regia, 3. part. dict. cap. 9. ex num.*
*129. cum multis ſequentibus*: ubi etiam ex hac 3
nullitatis cauſa juſtam, & legitimam eſſe appellationem, quoad utrumque effectum, Judicemque Eccleſiaſticum, vim committere notoriam illi non deferendo.

Hoc argumentum veriſſimum eſt in ſe, ſed non adaptabile caſui, ac terminis hujus litis, cum ex ea evidenter conſtet, hanc capellaniam non eſſe juris patronatus, nec adfuit, nec

adeſt patronus, qui habeat, nec habere poſſit
quaſi poſſeſſionem præſentandi, & quando ali-
quam fortè adquiſiſſet de facto, hæc non poſſet
impedire Ordinarium Eccleſiaſticum, quo minus
5 jure proprio capellaniæ collationem faceret, fa-
cta contradictione juris patronatus, & ejus e-
xiſtentiæ, conſtitóque de libertate capellaniæ,
manifeſtè cum ab origine ſuæ creationis nulli
ſubjecta fuit oneri patronatus, nec impoſterum
prætenſa patrona, nec ejus prædeceſſores nec
jus patronatus, nec quaſi poſſeſſionem juris præ-
ſentandi conſequi, nec adquirere potuerunt, &
per conſequens juſtiſſimè denegata fuit præſen-
tato per illam inſtitutio. Ex quibus ſequitur,
ſententiam, nec non collationem factam ab Or-
dinario in extraneum, non poſſe nullitati præfa-
tæ ſubjici, nec appellationem interjectam ſuſpen-
dere ejus executionem attenta diſpoſitione con-
ſuetudinis Tribunalis Abbatialis, inviolabilis.

Hæ omnes hujus reſponſionis ad argumentum
6 ad *principium hujus 3. Articuli*, per nos conſi-
deratæ particulæ illæſæ, & inoffenſo pede cur-
runt, ac ſingulæ invincibiliter probabuntur in-
evitabilibus juris fundamentis, prout clarè appa-
rebit *in hoc 3. & aliis articulis ſequentibus*, qui
omnes diriguntur in defectum juris patronatus,
& ejus exiſtentiæ, nec non in totalem ruinam
quaſi poſſeſſionis prætenſæ, & allegatæ ab aſſer-
ta patrona.

Ad quæ in primis ſupponendum erit, in fa-
7 cto hujus litis, ut vacante hac capellania per obi-
tum D. Didaci Clavixo, nominati à Dignitate
Abbatiali, virtute ſententiæ tranſlatæ in rem ju-
dicatam, & edictis appoſitis, D. Joanna com-
paruit aſſerens, eſſe patronam, eſſeque in qua-
ſi poſſeſſione præſentandi, eo quod pater ejus in
duabus vacationibus præcedentibus præſentave-
rat ad hanc capellaniam, & propterea eidem, tan-
quam conſanguineæ proximiori fundatricis, jus
patronatus pertinere, ſicuti de facto præſentavit
D. P. de Aranda. Comparuere inſuper alii, aſ-
ſeverantes ſibi, tanquam conſanguineis proximi-
oribus, jus patronatus, & præſentandi pertine-
re, & ad hunc effectum omnes partes exhibue-
re, & præſentarunt in judicio clauſulas fundatio-
nis, protinus inſerendas.

Comparuit fiſcalis Eccleſiaſticus, Dignitatis
8 Abbatialis nomine allegans, nullum adeſſe jus
patronatus in hac capellania, quod prætendere
poſſint conſanguinei fundatoris, cum capella-
nia à ſua origine creata fuiſſet cum ſua liberta-
te, abſque onere, & ſervitute juris patronatus,
& dato caſu, quod aliquod jus patronatus ineſ-
ſet [quod viriliter negabant] id non poterat eſſe
jus patronatus gentilitium, nec ad generationem
fundatoris ſpectare, prout partes comparentes
prætendebant.

Cauſæ cognitione plenè adhibita, partes ſin-
gulæ probare certarunt conſanguinitatem, erga
fundatricem, ſed non curarunt verificare juris
patronatus exiſtentiam, acerrimè negatam à
Fiſcali Eccleſiaſtico: ac ſimul ultra exiſtentiam
probare debebant, jus patronatus eſſe gentili-
tium, familiæ fundatricis relictum, tanquam
principale fundamentum ſuæ intentionis, & in
quo conſiſtit tota litis difficultas: & ideo probatio
9 quæ non percutit caſum, punctum, de quo agitur,
nihil prodeſt, nec ſuffragatur, Rota per Mareſ-
cotum, *variar. reſolut. l. 1. c. 11. n. 18.* Salicetus, *in*
*l. matrem. Cod. de probationib.* Bartol. *in l. non ſo-
lum, §. ſed ut probari, ff. de novi oper. nunciat.* Ja-
ſon. Zucardus, & alii, *in Rubr. C. qui admitti:* De-
cius *in cap. in præſentia, nu. 13. de probation.* Ay-
mon. *conſ. 6. n. 106.* Riminald. junior. *conſ. 39. num.
28. 29. libr. 1.* Maſcard. *de probationib. concl. 824.
n. 16.* Surd. *deciſ. 75. num. 10. & conſ. 135. num. 55.
l. 1.* Gratianus *tom. 5. diſceptat. 874. n. 43. & 44. &
cap. 721. n. 33. tom. 4.*

Prædictarum partium prætenſio hæc ſemper 10
exaſperata viſa fuit, & à toto juris fundamento
aliena, cum capellania hæc à ſua origine creata
fuit libera, & liberæ collationis, & abſque one-
re, & umbra juris patronatus, & caſu negato,
quòd aliquod adeſſe potuiſſet, nec eſt, nec eſ-
ſe potuit gentilitium, nec reſervatum genera-
tioni, & familiæ fundatricis, & ut hæc, & dicen-
da, clariùs & fundamentaliter appareant, Clau-
ſulæ fundationis ad litteram inſeruntur, quibus
nituntur partes adverſæ, quas in judicio ipſæmet
præſentarunt.

In hac etenim materia juris patronatus exiſten- 11
tiæ, & pertinentiæ, ad unguem attendendus ſem-
per erit tenor inſtrumenti fundationis, ut advertit
Bald. *in conſ. 322. lib. 2.* Alexand. *in conſ. 170. n. 5.
& ſeqq.* Alban. *conſ. 51. ex n. 4. cum ſeqq.* Ricc. *in
praxi fori Eccleſiaſt. deciſ. 211. nu. 270.* Julius Vi-
vianus, *in praxi juris patron. l. 4. c. 2. n. 3.* & ex aliis
deciſionibus, animadvertit Rota, penes Farinac.
*in recentior. tom. 1. deciſ. 496. num. 12.*

Clauſula Petri Montis.

*HE pagado, è cumplido todo lo que yo mando* 12
*por eſte mi teſtamento, mando, que el rema-
nente que fincare de mis bienes, muebles, como ray-
zes, que los tenga, e ſe mantenga con ellos Urraca
Alonſo de Aranda, mi ſeñora, y madre, para ſu vi-
da en que ſe mantenga, e deſpues de ſu vida, todos
los bienes que de mi quedaren, ſean dotados con al-
guna parte, è otro de ſus bienes, que ella nombrare,
y ſeñale para una Capellania, ſegun, y en la forma
que lo ella mandare, è ordene en ſu teſtamento de
poſtrimer a voluntad, o en ſu vida, à la qual mi ſen-
nora pido que lo aſſi haga, e cumpla: para lo qual
la encargo la conciencia, para que ella con mis al-
baceas nombren, y certifiquen la dicha Capellania,
en que forma ſe ha de ſervir: y ſi la dicha mi ſeñora
madre de ſus bienes no diere, y dotare pare la dicha
Capellania, mando, que mis albaceas ſe apoderen
en fin de los dias de la mi ſeñora madre en los bie-
nes que à mis pertenecieren, è de mi quedaren, è los
doten para la dicha Capellania, nombrando las Miſ-
ſas que ſe han de dezir. E mando, que dicha mi ſen-
nora madre no pueda vender, ni empeñar coſa de
los dichos mis bienes.*

Clauſula matris, in qua capellaniam
fundat.

*MAndo, que por quanto yo tengo de mi hijo* 13
*Pedro Monte, que Dios aya los bienes que
le pertencieron aver de ſu padre, que Dios aya, que
de ellos y de los mios, que ſe haga toda la hazienda
un cuerpo, è el quinto de todo ello, éſe de para una
Capellania è mando, que ſe ſaquen de ello la pia
cauſa de mi anima, è mandas è lo otro que lo den
al Capellan que ſirviere la dicha Capellania, y man-
do que ſe haga un Calix conque ſe ſirva la dicha*

*Capellania, è ſe pague de mis bienes, è aſſi conſiò por la clauſule del dicho teſtamento.*

14 Ex hac ſimplici clauſula, abſque alia authoritate, & ſolemnitate certant adverſæ partes, ſibi pertinere jus patronatus ad præfatam capellaniam, & quod illius adquiſierunt quaſi poſſeſſionem, eo quod præſentaverant duabus vicibus in capellaniæ vacationibus.

15 Qualificatumque manſiſſe jus patronatus ex duabus viſitationibus ad dictam capellaniam factam per Viſitatorem Eccleſiaſticum.

16 Et quod ab hac ſua quaſi poſſeſſione, nec ceciderunt, nec illam amiſerunt ob ſententiam contrà ſe latam in antecedenti vacatione, qua declaratum fuit, nullam habuiſſe quaſi poſſeſſionem præſentandi, ſed jus nominandi capellanum ad Dignitatem Abbatialem pertinere, ea motæ ratione, quod dicta ſententia lata fuit ob jus devolutum, quæ pro ſola illa vice potuit prætenſis patronis præjudicare, non tamen in vacationibus ſubſequentibus, prout ita eſt.

17 Cunctæ hæ allegationes adverſæ partis evaneſcunt, quia omni juris fundamento carent, in hac etenim capellania à ſua origine, nunquam adfuit jus patronatus, ſuper quo potuiſſet cadere, nec acquiri quaſi poſſeſſio, nec ex hac formari, aut noviter creari jus patronatus, etiam per longiſſimum tempus plurimis ornatum actibus poſitivis.

18 Nam licèt verum ſit, quod ex fundatione, & dotatione capellaniæ potuit adeſſe capacitas formandi, & acquirendi jus patronatus fundatori, id tamen duntaxat intelligitur quando cum fundatione, & dotatione, concurrit ſimul conſenſus, & licentia Ordinarii, illam authorantis, & non aliter, ut ex quamplurimis Doctoribus, & Rotæ deciſionibus comprobant, nemine reluctante, Auguſt. Barboſ. *in tractat. de officio, & poteſtate Epiſcopi, tom. 2. allegat. 70. numer. 20.* & poſt plurimos alios Julius Vivianus, *de jure patronat. l. 2. cap. 1. ex num. 8. cum ſeqq.* ubi reddit rationem, *quia cum jus iſtud ſit ſpirituale, non poteſt laicus propria authoritate ſpiritualia ſibi attribuere.*

19 Et cum hæc capellaniæ fundatio reperiatur ſimplex, abſque authoritate, licentia, & conſenſu Ordinarii Eccleſiaſtici nunquam potuit creari jus patronatus, quod fundatori adquiratur: ita Felinus, *in cap. ex parte, el. 2. n. 2. de reſcriptis*, cum aliis per Rotam, *deciſ. 361. num. 13. part. 2. recentior.* Lotterius, *de re beneficiali, l. 1. quæſt. 5. n. 56. cum ſeqq.* Barboſ. ubi proximè, *dict. alleg. 70. ſub n. 35. verſ. Illud demum pro complemento.*

20 Et quod fundatio capellaniæ, & adquiſitio juris patronatus non aſſumat initium ante conſenſum, & approbationem Ordinarii, probat Rochus de Curte, *de jure patronat. in verbo, pro eo, quod Diœceſani, num. 1. verſ. Hinc aliàs*; Lambertinus, in eodem tractatu, *l. 1. part. 1. quæſt. 2. art. 11. nu. 3. verſ. Quartò elicitur*, quod referens comprobat Rota apud Farinacium, *dec. 561. n. 3. in recent. tom. 2. fol. 440.*

21 Cùm maximè verum ſit, quod dum expreſsè non conſtat de juris patronatus creatione, & exiſtentia, nullatenus præſumitur creatum in fundatione; ita ut bona relicta pro capellania libera, & abſque onere juris patronatus præſumantur: ut probat Rochus de Curte, *de jure patron. verb. & dotavit*, Lambertin. *in eodem tractat. l. 1. art. 1. qu. 6. num. 3.* Cephalus *conſ. 680. num. 2. tom. 5.* quos ſequitur Mieres *de majoratu, 4. part. quæſt. 10. n. 15.* Seraphinus, *dec. 1353. nu. 1. & 2.* Auguſt. Barboſ. *de offic. Epiſcopi, tom. 2. allegat. 72. ſub num. 20.*

Interim verò remanet in terminis meris cujuſ- 22 dam ſimplicis donationis, & ſimplicis legati pii gravati oneribus Miſſarum, & Anniverſarii perpetui, Rebuffus *in prax. tit. quæ res inſtituant beneficium, nu. 10.* Lotterius, *de re beneficiali, dict. quæſt. 5. nu. 55. & 56.* Barboſ. *dict. allegat. 70. ſub n. 35. verſ. Illud demum.*

Quod & in tantum procedit, ut interim dum 23 licentia, & authoritas Ordinarii Eccleſiaſtici non intervenit, hoc jus patronatus non dicitur eſſe in hæreditate fundantis capellaniam, cùm à die conſenſus, & non antea initium aſſumat; ut rectè affirmat Lambertin. *de jure patron. quæſt. 2. art. 11. num. 2.* Vivianus, *eodem tractat. lib. 2. cap. 1. num. 14.* quos ſequitur Barboſ. *dict. alleg. 70. num. 24.* & probant cæteri Doctores, proximè allegati ex *n. 18.*

Et ad hoc propoſitum nullum confert *Rotæ de-* 24 *ciſ. 360.* apud Cardinal. Manticam, quæ *nu. 5.* ita ait: *Nec ad rem pertinet, quod teſtator voluerit quandam capellaniam dotare: quia debet probari dictam capellaniam fuiſſe dotatam, hoc eſt, bona ei fuiſſe aſſignata, & Epiſcopi conſenſum acceſſiſſe: c. nobis, & ibi omnes, de jure patron. Rochus de Curte, de jure patronat. in verb. pro eo quod diœceſanus, n. 2. & in quæſt. 10. n. 19. &c.*

Et iſte conſenſus, & Ordinarii approbatio, 25 nullatenus inducitur ex eo ſolo, quod Ordinarius admiſerit præſentatos ab aſſerto patrono, dando illis titulum, & inſtitutionem, atque Capellaniæ poſſeſſionem: nam adhuc ex iis actibus non inducitur conſenſus & approbatio juris patronatus, prout ad longum, & efficaciter comprobatur inferiùs, *artic. 14. per totum.* Quare hæc capellaniæ fundatio ſemper ab origine manſit cum libertate, abſque præciſo, & omninò neceſſario requiſito ad creationem juris patronatus.

Ex quo evidenter infertur, quod ſi in hujus 26 capellaniæ fundatione à ſua origine deficit juris patronatus creatio, & ortus; vana erit prætenſio partis adverſæ aſſeverantis, ſe acquiſiviſſe quaſi poſſeſſionem juris patronatus, cujus exiſtentia ſi deficit, quia in rerum natura non eſt, impoſſibile eſt acquirere quaſi poſſeſſionem aliquam, *l. Pomponius*, §. *fin.* ubi Aretinus, *in princip. ff. de acquirend. poſſeſſ.* Bald. *in Rubric. de cauſa poſſeſſ. & propriet. num. 11. & 13.* Paz *de Tenut. num. 33.* ultra quos idem probant in terminis Nicol. Garcia, *de benef. part. 12. cap. 2. n. 190. & ſeqq.* Hieronym. Gonçalez, *in regula 8. Cancellariæ, gloſſ. 5. §. 7. numer. 68. & ſeqq.* Rota *deciſ. 835. part. 3. in recent. & deciſ. 361. num. 3. 4. & 5. part. 2. in recent.* Dicentes, quod poſſeſſio non poteſt acquiri Seminarii nondum erecti, argumento textus, *in l. quidam referunt*, §. 1. ibi: *Quia hæres, ad quem ſermonem conferat, in* 27 *rebus humanis non eſt.* Et in principio, ibi: *Nullius momenti eſt ff. de jure codicillor.* text. *in cap. ad Audientiam*, ibi: *Cum nulli Canonici adhuc ibidem exiſtant, quibus privilegium concedatur: de Eccleſ. ædifican. cap. Abbate ſanè, §. nec pro eo*, ibi, *Præſertim quia Monaſterio, quod nondum erat, aliqua donatio fieri non valebat: de ſentent. & re judic. lib. 6.* conducit Rota in *dec. 332. Alexand.*

*Ludoviſ.*

*Ludoviſ. ex num.* 1. ibi *impoſſibile eſt enim, ſepulturam, quæ non eſt in rerum natura, poſſideri.* Et loquendo in jure patronatus, quod non exiſtit pulcherrimè loquitur *dec.* 381. *per totam, ejuſdem Alexand. Ludoviſii.*

28 Et quemadmodum ſuper non ente non cadit poſſeſſio, ita nec præſcriptio, *l. ſicut, Cod. de præſcript.* 30. *vel* 40. *annor.* Cenſius, *de cenſib. qu.* 98. *n.* 59. Decianus *conſ.* 13. *num.* 51. *lib.* 2. Bart. *in l. pignori. ff. de uſucapionibus*, Azevedus *in l.* 6. *num.* 8. *tit.* 15. *lib.* 4. *recopilat.* nos, in *Labyrint. credit. part.* 3. *cap.* 1. §. *unic. num.* 28. Quia ſine poſſeſſione præſcriptio non procedit, ex *regula juris.*

Quibus adde Doctores *in l. filius familias*, §. 29 *divi, ff. de legatis* 1. Dicentes, quod præſcriptio dari non poteſt contra actionem, quæ nata non eſt; exornant Caſtrenſ. *in conſ.* 466. *à num.* 2. & 3. *l.* 2. Baldus, *de præſcriptionibus*, 1. *part.* 6. *part. principalis, num.* 15. & 16. Alexand. *conſ.* 101. *num.* 21. *l.* 7. Molina *de primogeniis, lib.* 4. *c.* 16. *n.* 13. Peregrinus *de fideicomm. art.* 41. *n.* 16. & 17. Surd. *conſ.* 276. *num.* 11. *lib.* 2. Gratianus *diſcept.* 577. *nu.* 44. qui multos allegat, Cyarlinus *controverſ. forenſ. cap.* 107. *n.* 62.

30 Et hinc eſt, quod quandocumque conſtiterit de initio libertatis beneficii, & capellaniæ, eo quod ab origine non fuit affecta jure patronatus, ſed in ſtatu libertatis creata; præſcriptio de nihilo deſervit, & quandocumque poteſt impugnari dictum jus patronatus, Rotæ *deciſ.* 254. *num.* 9. *p.* 3. *l.* 3. *diverſorum*, Abbas *in conſ.* 61. *ſub num.* 6. *verſ. Item antiquitas facti*, Decius *conſil.* 400. *num.* 8. optimè Craveta *conſ.* 248. *ſub num.* 13. *verſiculo, Reſpondeo, quod præmiſſa.* Menochius *conſ.* 409. *num.* 8. Lotterius *de re beneficiali, l.* 2. *quæſt.* 31 7. *ex num.* 31. *cum ſeqq.* ubi reddit rationem, *ex num.* 35. in hæc verba: *Ratio diſtinctionis eſt, quia dum prætenditur jus patronatus de jure communi ab immemoriali, & ſimul ſupponitur ſtatus libertatis ab initio, reſultat manifeſta contradictio in objecto: quod eſt intolerabile*, ubi plurimis comprobat, qui *num.* 38. & 39. ita proſequitur: *Ridiculum enim eſt, beneficium ab immemoriali eſſe patronatum, & ſimul conſtare de libertate; non minus quàm ſi quis eandem mulierem, & eodem tempore, ut liberam & nuptam admittat: prout ait Pomponius, in l. Titiæ* 99. *verſ. Ridiculum eſt enim, ff. de conditionib. & demonſtration. atque ita hoc caſu nullius eſt momenti probatio per teſtes ſuper immemoriali, tenuit Rota apud Seraphinum, deciſ.* 1367. *ſub num.* 1. *verſ. Illud maximè urget: conſuluerunt, etiam in una Canciachenſi Epiſcopat. Boteratus* 2. *Maii* 1616. *coram bonæ memoriæ Buratto, &c.*

32 Et inſuper, quod juris patronatus præſcriptio nunquam proſit præſcribenti, quoties conſtiterit de contrario principio, ſeu præcedenti ſtatu libertatis beneficii, probant per Burattum *deciſ.* 172. *num.* 2. Barboſ. *ad Concil. Trident. ſeſſ.* 25. *de reformatione cap.* 9. *num.* 21. & *num.* 26. Et in comprobationem hujus ſingularis doctrinæ plurimi alii Doctores, & Rotæ deciſiones adducuntur *infrà, ex num.* 37. *cum ſeqq.*

33 Et quod diſpoſitio text. *in cap. conſultationibus, de jure patronatus*, per quam admittitur, & præfertur is qui habet ultimum ſtatutum, & quaſi poſſeſſionem præſentandi ad beneficium; locum non habeat, nec procedat quando conſtet de ſtatu beneficii antecedente, ac de vera ejus origine, firmat Valaſcus *in axiomat. litera U. nu.* 153. & *ex n.* 151. *per* Rotæ *deciſ.* 188. *n.* 1. *part. in recent.* eandem limitationem aſſignat Auguſtin. Barboſ. *axiom.* 219. *num.* 3. Nam verum eſſe non 34 poteſt, quod falſo nititur principio; *l. cum filius, §. hæres, ff. de legatis* 2. Craveta *conſ.* 1000. *pro Genere, n.* 37. Anton. Monachus *deciſ. Florentin.* 48. *n.* 6.



Quibus favent jura, & axiomata vulgaria, 35 quod non entis nullæ ſunt qualitates, & quod qualitas non poteſt eſſe ſine ſubjecto, nec accidens ſine ſubſtantia, de quibus Barboſa *in axiomat. verb. Qualitas*, & verbo, *Accidens*, & verbo, *non entis*: quia de non ente ad ens, non poteſt fieri 36 tranſitus, *Nos, in tractat. de ſupplication. ad ſanctiſſ.* 2. *part. cap.* 54. *nu.* 8. ad quod non eſt omittenda doctrina noſtra, *in Labyr.* 2. *part. cap.* 10. *num.* 96. & 109. pluribus comprobata Doctoribus videnda.

Ad omnia, & ſingula, quæ dicta ſunt *in hoc* 37 *articul.* 3. mirabiliter conducit illa quæſtio admodum inter Doctores controverſa, an jus patronatus præſcriptione acquiri poteſt? Negativam 38 validiſſimis fundamentis amplectitur Archidiaconus *in cap. hortamur.* 71. *diſtinction.* quem alii ſequuntur.

Contrariam tamen, imò jus patronatus quæri 39 poſſe præſcriptione, acriter defendit Joannes Andreas *in cap. querelam, ſuper verbo, populis, de electione, & in cap. unic. in fin. eodem titul. lib.* 6. & pleniùs *in regula, quod alicui gratiosè conceditur, de regulis juris in* 6. Contrariis fundamentis reſpondens, ſicuti utriuſque opinionis Doctores plenè recenſent Rochus de Curte *in tractat. de jure patron. verbo, ipſe, vel is, quæſt.* 36. *ex n.* 82. per *multas column.* nec non Joan. Franciſ. Balbus, *in tract. de præſcriptionibus*, 1. *part.* 5. *part. princip. qu.* 9. *per totam.*

Tertia tamen opinio eſt inter præfatas diſtin- 40 guens, [quæ, & verior, & magis communiter recepta eſt,] ut ſcilicet, aut jus patronatus fuit à principio formatum, & creatum, & in eſſe jam productum authoritate & conſenſu Epiſcopi, ut tunc contra patronum poſſit ab alio præſcribi, & conſuetudine cum bona fide per tertium acquiri.

Aut jus patronatus non fuit ab initio creatum, 41 nec natum ex defectu authoritatis, & conſenſus Epiſcopi ad illud de jure requiſiti, ita ut ab initio beneficium, ſeu Capellania fuerit erecta, & fundata in libertate; ut tunc nullo tempore præ- 42 ſcribatur patronatus, niſi accedat tempus immemoriale cum pluribus, ac continuatis præſentationibus cum bona fide.

Hanc diſtinctionem firmavit Joannes Andr. *in* 43 *locis proximè relatis*: Joann. Andream ſequuntur Anton. & communiter omnes Doctor. *in dict. c. querelam*, Cardinalis Florentinus *in Clement. plures, in* 5. *quæſt. de jure patronat.* & ſubdit ita tenuiſſe *in dict. cap. querelam*, eandem diſtinctionem ſequitur Abb. Panormit. *in cap. ſanè, de privilegiis*, referens Joann. Andr. *in dict. cap. quod alicui*, idem tenet ipſe Abb. *in conſ.* 76. *incipit, Invocato Chriſti auxilio, in verſ. Circa primum, volum.* 1. dicens, quod iſta opinio Joann. Andr. tanquam communis ſervatur in judicando, eandem diſtinctionem ſequitur Felinus *in tractat. quando literæ Apoſtolicæ novant patron. Eccleſiarum, in ultima columna*: dicens in conſulendo, & judicando non eſſe recedendum ab opinione

Joan. Andr. ſequitur Ludovic. Romanus *in conſ.* 368. Alexand. *in con. 74. volum. 4.* fuit etiam opinio Speculatoris *in tit. de jure patronatus*, & Franc. Aretin. hanc diſtinctionem, & plures Doctores referens latè comprobat Rochus de Curte *in tractat. de jure pat. dict. verbo, ipſe vel is q. 46. ex num.* 82. & ex *num.* 84. concludit; quod ubi conſtat, Eccleſiam eſſe juris patronatus, bene poſſe currere poſſeſſionem, & præſcriptionem contra patronum; ſecus ubi Eccleſia ſit libera, vel dubitetur; quia tunc creari, & acquiri jus patronatus per laicum, tanquam *res* ſpiritualis non poteſt, niſi per tempus immemoriale, per quod ſupplentur ſolemnitates, & requiſita ſubſtantialia.

44 Eandem diſtinctionem poſt longam diſputationem ſequitur Baldus *de præſc. 1. part. 5. part. principalis, quæſt. 9. à principio*; eandem ſequitur diſtinctionem, Vivian. *de jure patro. 1. par. lib. 2. cap. 9. ex num.* 10. poſt Lambertin. *lib. 1. quæſt. 30. art. 5. n. 74.* Et referendo opiniones Doctorum in hac diſtinctione, & opinione, uti veriori, & magis communi, reſidet Cardinalis Dominicus Toſch. *litt. I. concluſ.*604. *per totam* Covarruv. *in cap. poſſeſſor. 2. part.* §. 10. *per totum de reg. juris in* 6.

Qui omnes licet in comprobationem plures adducant rationes: tamen nulla aptior, quàm ea, quæ in *hoc tertio artic.* fuit viriliter ſcripta, ut nec poſſeſſio, nec præſcriptio poſſit dari nec admitti in jure patronatus, quod ab initio non fuit

45 creatum, nec formatum, quæ omnes doctrinæ *in ſecundo diſtinctionis membro* mirabiliter conveniunt, cum in eiſdem terminis loquantur.

Et quamvis præfati Doctores in *hoc ſecundo diſtinctionis membro*, quando ab initio nempe non fuit creatum, nec ortum jus patronatus, admit-

46 tant præſcriptionem immemorialem: illud tamen mirabile, & memoria tenendum ſimul limitant, & probant, ut quotieſcumque per inſtrumentum fundationis conſtiterit, Eccleſiam fuiſſe ab initio liberam, & non fuiſſe creatam cum ſervitute juris patronatus, immemorialis præſcriptio nihil prodeſt; ſed ut reducatur beneficium ad ſuum priſtinum ſtatum libertatis: probant Alexand. *conſ. 75. num.* 38. *lib.* 4. Boërius *conſ. 6. maximè, num.* 8. Felinus *in dict. cap. cauſam, colum. 3. de præſcript.* Balbus *ubi proximè ſub num.* 9. Rochus de Curte *dict. verbo, ipſe, vel is, dict. quæſt.* 36. *num.* 85. *ad finem.* Aſſerens quod, quando ex inſtrumento fundationis apparet, non

47 interveniſſe conſenſum Epiſcopi, & per conſequens, nec jus patronatus, immemorialem nihil prodeſſe contra libertatem beneficii: idem tenet Cardinalis Tuſc. *litt. 1. dict. conſil.* 604. *num.* 7. & ex Cardin. *in Clement. plures, num. 5. in fine*, & ex Lambert. idem tenet Vivianus *de jure patronat. 1. part. lib. 2. dict. cap. 9. num.* 10.

48 Dicentes quod immemorialis nunquam admittenda erit, ſi ex authentico inſtrumento conſtaret Eccleſiam à principio fuiſſe liberam, in cujus doctrinæ comprobationem plurimæ aliæ congeruntur, idem affirmantes *hoc eodem tertio articulo, ex num.* 30. *verſ. Et hinc eſt quod quandocumque conſtiterit de initio libertatis beneficii, &c.* Atque ideo cum in noſtro caſu evidenter appareat, hanc capellaniam fuiſſe ſimpliciter fundatam abſque authoritate Ordinarii: in ea uti libera nec poſſeſſio, nec jus patronatus potuit ullo tempore quantumcumque longiſſimo acquiri.

Idem probat Rota *in una Lucana juris patronatus, 19. Januarii* 1645. & quæ congerit Diana *t. 8. ad finem, fol.* 545. dum *in verſiculo, minus poteſt dubitari.* firmat poſt alias Rotæ deciſiones, quod jus patronatus acquiri poteſt per immemorialem præſcriptionem, limitat tamen niſi conſtet de contrario initio libertatis.

## ARTICULUS IV.

Quaſi poſſeſſio præſentandi ad beneficium, & capellaniam, duntaxat attenditur inter ipſos compatronos, inter quos ſolùm actum fuit de pertinentia juris præſentandi.

Sed nunquam admittitur, ſed potius contemnitur ipſa quaſi poſſeſſio contra Ordinarium deducentem in judicio libertatem beneficii, & capellaniæ, & impugnantem exiſtentiam juris patronatus.

Tuncque juſtè denegatur inſtitutio præſentato per exiſtentem in tali quaſi poſſeſſione.

### SUMMARIUM.

1 *Error plurimorum attribuentium indiſtinctè, & promiſcuè robur quaſi poſſeſſionibus juris præſentandi, adnotatur.*

2 *Quaſi poſſeſſio juris præſentandi legitimè quæſita juxta juris regulas attenditur inter ipſos præſentantes.*

3 *Et ejus præſentatio inter cæteros præfertur.*

4 *Quaſi poſſeſſio juris præſentandi de nihilo ſervit contra Ordinarium contendentem libertatem beneficii.*

5 *Nec adhuc tunc prodeſt poſſidenti ad manutentionem.*

6 *Niſi agatur de patronatu Regio, & n.* 7.

8 *Quaſi poſſeſſio præſentandi admittitur quando jus patronatus non revocatur in dubium.*

9 *Adducitur ad idem pulchra deciſio Rotæ.*

10 *Quaſi poſſeſſio præſentandi attenditur quando judicium non tractatur cum Ordinario.*

11 *Ubi apparet de non exiſtentia juris patronatus quaſi poſſeſſio juris præſentandi ad nihilum reducitur, & n.* 12. *&* 13.

14 *Quando agitur de libertate beneficii, inſtitutio denegatur præſentato per exiſtentem in illa quaſi poſſeſſione.*

15 C. conſultationibus, de jure patronatus; *non habet locum quando agitur de libertate beneficii.*

16 *De libertate beneficii agitur, quando adeſt Fiſcalis negans exiſtentiam juris patronatus.*

17 *Pertinentiam præſentandi debet præcedere probatio exiſtentiæ negatæ.*

18 *Ubi agitur de libertate beneficii, principaliter agitur de jure patronatus.*

19 *Eandem quaſi-poſſeſſionem prodeſſe contra compa-*

*compatronos, & non prodeſſe contra Ordina-*
*rium, repugnantiam pati videtur.*
20 *Poteſt quis juſtè poſſidere, quoad unum & injuſ-*
*tè quoad alios.*
21 *Ubi concurrunt diverſa jura reſpectu diverſa-*
*rum perſonarum, eadem res poteſt diverſo*
*jure cenſeri.*

1 RESolutioni fundamentali, deſcriptæ *in ar-*
*ticulo antecedenti* 3. attribuenda erit quæ-
dam admirabilis doctrina admodum conducens
rei, de qua agimus, plurimis, etiam doctis vi-
ris ignota, errorem patientibus in attribuendo
robur quaſi poſſeſſioni juris præſentandi promiſ-
cuè, & indiſtinctè, & abſque caſuum diſcri-
mine: nempe quod quaſi poſſeſſio juris præ-
2 ſentandi ad beneficium, & capellaniam, legiti-
mè quæſita juxta juris regulas, tunc attenditur,
& ſuos effectus operatur, quando agitur dun-
taxat de pertinentia juris patronatus inter ipſos
compatronos, & cui eorum pertineat præſentatio,
beneficio vacante; quo caſu cum inter ipſos non
dubitetur, nec controvertatur jus ipſum patro-
natus, ſed potius ſupponatur ejus exiſtentia, &
entitas, attenditur, & admittitur præſentatio e-
jus, qui legitimè contra alios compatronos ac-
3 quiſivit hanc quaſi poſſeſſionem præſentandi, cu-
jus etiam præſentatio facienda erit inſtitutio à
Prælato, ad *text.* cum materia, *in cap. conſulta-*
*tionibus, de jure patronat.* & latè adducta per No-
guerol. *allegat.* 28. *ex num.* 37.

At verò, quoties dubitatur, & controverti-
tur entitas, & exiſtentia ipſius juris patronatus ſi
adeſt, vel abeſt; & lis agitur cum Ordinario Ec-
4 cleſiaſtico negante exiſtentiam juris patronatus, &
contendente libertatem beneficii, ſeu capellaniæ
(cui juris præſumptio aſſiſtit) & ſic ad ſuam li-
beram proviſionem, & collationem ſpectare; tunc
quaſi poſſeſſio præſentandi quæſita inter compa-
tronos ad nihilum reducitur & nullius eſt mo-
menti reſpectu Ordinarii, cui prætendenti liber-
tatem beneficii, & capellaniæ, nihil officit,
nec præjudicat. Imò tunc talis quaſi poſſeſſio
manet annihilata, cum non cadat ſuper vera,
& certa exiſtentia juris patronatus, quod non eſt
in rerum natura; in tantum, ut nec adhuc pro-
ſit ad manutentionem in præjudicium Ordinarii,
5 ac libertatis beneficii, ſeu capellaniæ, contra
quam nunquam adquiri potuit, quæ nunquam
litigavit, nec adfuit liti, ſeu litibus controverſis
inter ipſos compatronos, contendentes inter ſe ſo-
los de pertinentia juris præſentandi, prout plu-
ries determinavit *Rota*, hanc diſtinctionem præ
oculis ſemper habens, ut ex plurimis conſtat de-
ciſionibus congeſtis à Ludovic. Poſt. *in tractat.*
*de manutentione, obſervat.* 32. *numer.* 4. & 5. in
hæc: *Quaſi enim poſſeſſio juris præſentandi in be-*
*neficiis juris patronatus prævalet inter patronos*
*jus prætendentes: Vivianus, de jure patronat. l.* 5.
*cap.* 4. *num.* 69. *& ibi Rota deciſ.* 78. *num.* 8. *Rota*
*in Piſana Capellaniæ, coram Cardinali Blancber-*
*to apud Marqueſanum de commiſſionibus, part.* 1.
*fol.* 438. *numer.* 1. *& attenditur etiam in ter-*
*minis Concil. Tridentin. ubi non controvertitur*
*patronatus, ſed ejus pertinentia, Rota recent.*
*deciſion.* 274. *numer.* 11. *part.* 2. *Rota recent.*
*deciſion.* 179. *numer.* 2. *deciſion.* 319. *Buratti num.*
17. *&c.* & ipſe Poſth. *numer.* 26. ita proſequi-
tur in hæc: *Quotieſcumque verò non agitur inter*
*patronos de pertinentia patronatus, ſed contro-*
*vertitur ipſe patronatus, & agitur de libertate*
*Eccleſiæ, & libera collatione, eo caſu poſt Con-*
*cil. Tridentinum, non ſuffragatur pro manutentio-*
*ne ſola quaſi poſſeſſio præſentandi, niſi agatur de*
*jure patronatus Regio: Rota in Bracarenſi de*
*Gauſer. coram Cardinali Sacrato, apud Marque-* 6
*ſanum de commiſſionib. part.* 1. *fol.* 1054. *num.* 2.
*& part.* 2. *& fol.* 488. *num.* 2. *Cavallerius deciſ.* 609.
*numer.* 5. *&c.* Vivian. *de jure patronat. lib.* 5. *cap.*
2. *num.* 36. ita loquitur. *Tunc autem attendi-*
*tur quaſi poſſeſſio, quando conſtat de exiſtentia*
*juris patronatus: ſed controvertitur pertinentia;*
*ſecus quando dubitatur de ejus exiſtentia, quia*
*tunc ſola quaſi poſſeſſio non ſuffragatur, niſi veri-*
*ficato jure patronatus cum cauſæ cognitione ad for-*
*mam Concilii Tridentini: & ſufficit ita ſemel fuiſ-*
*ſe verificatum, ut in Firmiana, juris patrona-*
*tus* 17. *Junii* 1588. *coram Cardinal. Pamphil. &*
*in Volaterrana capellaniæ* 28. *April.* 1595. *co-*
*ram Cardin. Blanqueto, & in Comenſi, juris*
*patronatus* 20. *Junii* 1601. *coram Cardin. Se-*
*raphin. &c.* Et iterum ipſe Vivianus idem
per eadem verba, & per eaſdem deciſiones,
repetit *eodem libr.* 5. *capit.* 4. *ſub numer.* 69.
verſicul. *Item procedit, quando conſtat de e-*
*xiſtentia juris patronatus, & ſolum dubitatur*
*ad quem pertineat, ſecus quando non conſtat*
*de juris patronatus exiſtentia, quia ſola qua-*
*ſi poſſeſſio non ſuffragatur, niſi prius verifi-*
*cato jure patronatus, cum cauſæ cognitione,*
*&c.*

Et quod quaſi poſſeſſio præſentandi quæſita 7
per unum contra alium patronum proſit ad præ-
ſcriptionem, intelligatur, niſi de initio liberta-
tis beneficii appareat, probat Burattus *in deci-*
*ſion.* 172. *num.* 2. *& in deciſion.* 338. *num.* 1. quas ſe-
quitur Barboſ. *ad Tridentin. ſeſſ.* 25. *de reformat.*
*capit.* 9. *ſub num.* 21. *verſic. Et primo probatur, ad*
*finem, & ſub num.* 30.

Et quod quando jus patronatus non revoca- 8
tur in dubium, ut tunc duntaxat proſit quaſi
poſſeſſio præſentandi ad beneficium; optima eſt
deciſio Farin. *tom.* 1. *in recent.* 374. *num.* 3. *fol.*
342. ubi idem ſæpiſſimè ita determinaſſe Ro-
tam, affirmat, *& in deciſion.* 697. *num.* 2. *eo-*
*dem tom.* 1. *& in deciſion.* 548. *nu.* 2. *tom.* 2. ean-
dem diſtinctionem attingit Menoch. *conſ.* 90. *n.*
128. *tom.* 1.

Quibus adde pulchram Rotæ deciſionem apud 9
Farinacium *in poſthumis, tom.* 1. *deciſion.* 179. quæ
ita ait: *Et non obſtat diſpoſitio ſacri Concil. Tri-*
*dent. ſeſſ.* 24. *de refor. tollens quaſi poſſeſſionem ju-*
*ris patronatus: Quia non habet locum, quando non*
*dubitatur de exiſtentia juris patronatus, ſed agi-*
*tur tantùm de pertinentia inter ipſos patronos, in-*
*ter quos nihil voluit Concilium innovare, &c. ſatis*
*patet ſacrum Concilium voluiſſe providere ſolùm in*
*caſum, quo ageretur de libertate beneficii, & ſic de*
*ipſa ſubſtantia juris patronatus, non autem de per-*
*tinentia inter ipſos, &c.* Eadem Rota apud Fari-
nacium *in poſthumis, dict. tom.* 1. *deciſion.* 132. *nu.* 6.
illic: *Rota reſolvit coram Antonio Auguſtino, qua-*
*ſi poſſeſſionem præſentandi contra Ordinarium ap-*
*poni non poſſe, niſi appareat legitimè de exiſtentia*
*juris patronatus, & coram Gropperio deciſion.* 157.
*inter manuſcriptas diverſorum, &c.*

Hanc doctrinam etiam obiter attingit No- 10
guerol. *allegat.* 28. ubi poſtquam fundavit quaſi
poſſeſſionem ſui clientuli juris patronatus genti-
litii, & *ex num.* 37. quod per eum præſentato de-

betur inſtitutio, ut doctrina ſecurè curreret, & abſque dubio, ita dixit in *numero ſeq.* 38. *& cum hæc cauſa non ſit cum Ordinario, ſed inter præſentatos à patronis, non eſt neceſſarium exiſtentiam patronatus fundare, cum hoc omnes præſentati fateantur, ut per Barboſam de jure Eccleſiaſtico, l.* 3. *cap.* 12. *n.* 24. *&c.* Qui clarè agnovit diſtinctionem hactenus fundatam *in hoc artic.* 4. Ut non ſuffragetur quaſi poſſeſſio præſentandi contra Ordinarium; poſtquam liti ſe oppoſuit pro libertate beneficii recuperanda.

11 Hæc doctrina prorſus deſtruit intentum D. Joannæ Mariæ, & per eam præſentati; tum quia evidenter apparet de non exiſtentia juris patronatus; cum ab origine fundationis hujus capellaniæ defeciſſet conſenſus, & authoritas Ordinarii; ſuper quo non potuit cadere quaſi poſſeſſio, ut firmiter manet comprobatum *in articulo præcedenti* 3. *per totum.*

12 Adhuc tamen cum quaſi poſſeſſio, quam habere prætendit Dom. Joanna, fuerit acquiſita inter alios patronos, inter quos non fuit deductum, nec controverſum ipſum jus patronatus, nec ejus defectus, nec de ejus exiſtentia actum, tunc hæc quaſi poſſeſſio eidem ſuffragari poterat adverſus cæteros compatronos, contra quos fuit acquiſita, agendo ſolum de pertinentia juris præſentandi.

13 At verò poſtquam in hac antecedenti vacatione capellaniæ, comparuit Fiſcalis Dignitatis Abbatialis pro libertate capellaniæ, negans, & impugnans exiſtentiam juris patronatus, aſſeverans eſſe meræ collationis pertinentis de jure, Dignitati Abbatiali, non poteſt contra eam allegare, & opponere quaſi poſſeſſionem ex tot Rotæ expreſſis deciſionibus, & maxima Doctorum allegatione, *in hoc* 4. *art.* & inſuper uberrimè dicendis.

14 Meritò igitur in hac præſenti, & in præcedenti vacatione contempta fuit præfata quaſi poſſeſſio præſentandi, & ſimul præſentati excluſi ab inſtitutione per eos prætenſa, nam quando agitur de libertate beneficii, non debetur inſtitutio præſentato ab exiſtentibus in quaſi poſſeſſione præſentandi, niſi prius plenè, & cum cauſæ cognitione probetur exiſtentia juris patronatus, & ad poſſeſſores prædictos pertinere, prout in

15 iis terminis declaravit *S. Congregatio Concil. Tridentin.* & pluries determinaſſe Rotam, ipſa teſtatur, *in deciſion.* 444. *num.* 2. poſt tractatum *Ludoviſii Poſthii*: & quod *caput conſultationibus de jure patronat.* non habeat locum in iſto caſu, ex aliis probatur, *artic.* 3. *prope finem*, quod facere non curavit, nec Dom. Joanna Maria; nec ab ea præſentatus, nihilo minus quod per Fiſcalem Eccleſiaſticum inſtantiſſimè negatum fuit jus patronatus.

16 Et tunc dicitur tractari de exiſtentia juris patronatus, quando aliquis comparet in lite pro defenſione libertatis beneficii, ſeu capellaniæ negando jus patronatus adeſſe, quo caſu prætendens ſibi competere, allegans quaſi poſſeſſionem, clarè, & apertè tenetur probare plenè exiſtentiam: nam dum hæc controvertitur, & de ea dubitatur, quaſi poſſeſſio, quæ illam ſupponit nihil ſuffragatur; quia interim contra ſe habet præſumptionem juris, aſſiſtentem libertati beneficii, & negantem fuiſſe onere juris patronatus gravatum, prout probatur ſuperius, *articul.* 3. *numer.* 21. nam prætenſionem pertinentiæ neceſſariò debet præcedere exiſtentiæ cognitio, & probatio, quoties negatur: 17
pulcherrima adeſt deciſio Rotæ, Alexand. Ludov. *deciſion.* 381. *per totam* prout ibi, *num.* 2. 3. 4. *&* 5. ita ait: *Ubi ſimpliciter fuiſſet actum de pertinentia juris patronatus, in neceſſarium antecedens fuit ſuppoſita ejus exiſtentia; quia ſicut qualitas non poteſt ſtare ſine ſubjecto, & ſubſtantia, leg. ejus qui in provincia, &c. ita etiam ad cognitionem qualitatis debet præcedere cognitio ſubſtantiæ, cùm ſecundum Philoſophum, primò quæratur, quid ſit? poſtea quale ſit. Bald. in l.* 2. *ſub numer.* 1. *verſ. Gloſſa tenet contrarium, ubi etiam Caſtrenſ. ſub num.* 3. *verſic. Gloſſa reprehendit, Cod. de bonor. poſſeſſ. ſecundum tabulas; nec poteſt dici probata qualitas, ſi prius non fuit probata ſubſtantia, latè Bald. conſ.* 465. *nu.* 1. *cum multis ſequentib. ad num.* 4. *Decius conſil.* 508. *num.* 5. *Aymon. conſil.* 21. *poſt numer.* 5. *unde cum de exiſtentia juris patronatus partes non ſint concordes, de ea prius eſt agendum, &c.* Hactenus de celebri deciſione, iis quæ dicta ſunt in *hoc articulo* conſonante.

Quia in hoc caſu, quo defenditur libertas 18
beneficii, principaliter agitur, cum plena cauſæ cognitione jus ipſum patronatus, ut per plura comprobat Lotterius *de re beneficiali, l.* 2. *quæſt.* 13. *ex num.* 114. *cum multis ſeqq.*

Sed prius quàm hinc abeamus, difficultas ingens circa prædicta à *principio hujus* 4. *articuli*, 19
ſe offert diſcutienda: tot Rotæ deciſiones, nec non tot Doctorum authoritates, conſtanter affirmant, quaſi poſſeſſionem juris præſentandi acquiſitam contra compatronos ſuper pertinentia, contra illos poſſeſſori prodeſſe. Eandem tamen poſſeſſionem contra Ordinarium tractantem de libertate beneficii nullatenus ſuffragari, nam eadem poſſeſſio ſibi ipſi videtur repugnare, cum una, & eadem res non debeat diverſo jure cenſeri, *l. eum qui ædes, ff. de uſucapionibus, capit. qui circa, de privilegiis.*

Cui difficultati facilè reſpondes, ſi conſideras, 20
quod poteſt quis juſtè poſſidere quoad unum, & injuſtè, & vitiosè quoad alium, *l. fin. ff. de acquirend. poſſeſſ. l.* 1. §. *fin. ff. uti poſſidetis, l. eodem titul. l. res alienas, Cod. de rei vendicat.* Marta *conſil.* 94. *numer.* 2. Noguerol. *alleg.* 31. *nu.* 56. *&* 57. Ludov. Poſth. *de manutent. obſerv.* 40. *ex nu.* 109. Mareſc. *variar. reſolut. l.* 2. *capit.* 121. *num.* 6. Scaccia *de appell. quæſtion.* 17. *limit.* 6. *membr.* 4. *num.* 63. *&* 92. Nos, *in tractat. de protect. Regia*, 4. *part. capit.* 8. *num.* 97. Nam contra compatronos exiſtentes in lite, & ſe defendentes juſta judicatur poſſeſſio: contra Ordinarium verò & libertatem beneficii juſtè injuſta dicitur, cum contra Ordinarium, & libertatem beneficii non potuit acquiri, cum non fuerit in lite, nec de libertate beneficii aliàs controverſum fuit ac ſic nihil mirum, quod eadem poſſeſſio diverſimodè operetur, quia 21
ubi concurrunt diverſa jura, & ſeparata reſpectu diverſarum perſonarum, eadem res poteſt diverſo jure cenſeri, ut poſt alios Gonçalez *ad regul.* 8. *de Alternativis*, §. 8. *proœmiali*, *num.* 65. *&* 70. Giurb. *ad conſtitut. Meſſanenſ. capit.* 9. *gloſ.* 10. *ex num.* 5. Fuſarius *de ſubſtitut. quæſt.* 197. *num.* 24. *ad num.* 28.

ARTI-

## ARTICULUS V.

### Quaſi poſſeſſio juris præſentandi ad beneficium, ſeu capellaniam, nunquam tranſit in ſucceſſorem, ſive filium ſive hæredem, niſi iſte poſtea illam actualiter apprehendat per præſentationem admiſſam.

SUMMARIUM.

1 *Tres inſtantiæ dantur, quarum quælibet deſtruit quaſi poſſeſſionem præſentandi, etiam ſuppoſita exiſtentia juris patronatus.*

2 *Quaſi poſſeſſio præſentandi quantumcumque legitimè acquiſita per patrem, non transfertur in filium, etiam hæredem.*

3 *Niſi ipſe poſſeſſionem actualem apprehendat præſentando in aliqua vacatione ſubſecuta.*

4 *Cum hæredes facti ſumus, omnia jura ad nos tranſeunt, præterquam poſſeſſio, quæ niſi actualiter apprehendatur, ad nos non tranſit.*

5 *Animus, quo retinetur poſſeſſio, extinguitur cum defuncto.*

6 *Quaſi poſſeſſio præſentandi non tranſit in ſucceſſorem, etiam filium, etiam ſtante ſtatuto, ut poſſeſſio transferatur in ſucceſſorem ipſo jure.*

*Quia tale ſtatutum non admittitur contra Eccleſiam, nec in foro Eccleſiaſtico, ibidem.*

7 *Ex præſentatione facta per filium non admiſſa, nulla acquiritur quaſi poſſeſſio.*

8 *Actus quaſi poſſeſſionis ad ſui eſſentiam requirit, ut ſortiatur effectum.*

9 *Actus præſentandi, qui dedit cauſam liti, non eſt in conſideratione.*

10 *Filia, quæ nititur præſentationibus patris, poſt cujus mortem non præſentavit, nihil agit.*

*Etiam ſi ipſa filia ſe hæredem ſui patris probet, ibidem.*

11 *Poſſeſſio patris alia eſt, alia poſſeſſio filiæ, etiam hæredis.*

12 *Quaſi poſſeſſio præſentandi tranſit in ſucceſſorem, ſi jus patronatus ſit annexum dignitati, vel majoratui & de ratione.*

13 *Alia eſt poſſeſſio patris, alia filii.*

IN articulo 4. antecedente prorſus deſtructam reliquimus quaſi poſſeſſionem juris præſentandi ad hanc capellaniam oppoſitam per D. Joann. Mariam, & ab ea præſentatum, nunc
1 inſuper aliæ tres inſtantiæ dandæ ſunt *in hoc 5. articulo*, & in duobus *articulis ſequentibus 6. & 7.* & ex quolibet manifeſtè apparebit, quod etiam ſuppoſito, jus patronatus ortum fuiſſe ab origine fundationis, (quod negatur) ejuſdem D. Joannæ quaſi poſſeſſio nihil prodeſſe poteſt in capellaniæ vacatione, ipſa namque prætendit patri ſuo acquiſitam fuiſſe quaſi poſſeſſionem ex duabus præſentationibus, & ſic in eandem, ſivè ut filiam, ſivè ut hæredem tranſiviſſe, quæ quidem prætenſio vana eſt.

Nulla etenim in jure conſtantior, & probabilior regula eſt, quàm negativa ſententia in hoc puncto, communiter comprobata, & à nemine contradicta, quod quaſi poſſeſſio præſentandi ad beneficium, ſeu capellaniam quantumcumque legitimè acquiſita per anteceſſorem, non tranſeat, nec transferatur in ſucceſſorem, etiam 2
hæredem, nec etiam in filium, niſi ipſe ſucceſſor, 3
ſeu hæres per ſe poſtea poſſeſſionem actualem, & cum effectu apprehendat, præſentando nempe ad beneficium in aliqua vacatione, præſentatione admiſſa, & effectum ſortita: & ut in uno, quamplurimos Doctores referam, accuratè & pleniſſimè de hoc tractantem Ludoviſium Poſthium adduco *in tractat. de manutentione, obſervatione 55. à princip.* omnino ad longum, videndum, & ſignanter de quaſi poſſeſſione præſentandi ad beneficium legitimè acquiſita per Authorem, ut non transferatur ad ſucceſſorem; *ex numer. 23. cum multis ſequentib.* quamplurimos allegantem Doctores antiquos, & modernos, ac inſuper decem & ſex deciſiones Rotæ, quæ alias plures recenſent, juxta text. *in l. cum hæredes facti ſumus, omnia jura ad nos tranſeunt, præterquam poſſeſſio, quæ niſi naturaliter apprehendatur, ad* 4
*nos non tranſit, ff. de acquirend. poſſeſſion.* Nam cum poſſeſſio animo retineatur, animus in ſucceſſorem non transfertur, quia cum defuncto 5
animus extinctus fuit & cum eo ſimul poſſeſſio extincta, ideo nulla remanſit, quæ transferri poſſit in ſucceſſorem, ſive filium, ſive hæredem, ad quod plura jura, Doctores, & Rotæ deciſiones videre eſt per ipſum Ludovis. Poſthium *dict. obſervat. 55. ex num. 25. uſque ad nu. 32.* ampliſſimè etiam in noſtris terminis Cyarlinus *controverſiar. capit. 107. ex num. 25. cum ſequentib.*

Quæ conſtans doctrina æqualiter procedit, & 6
operatur, etiam ſtante ſtatuto, aut lege mandante transferri poſſeſſionem defuncti in hæredes, vel ſucceſſores ipſo jure: quia non admittitur contra Eccleſiam, & in foro Eccleſiaſtico: ut poſt innumerabiles penè Doctores, & decem ſeptem Rotæ deciſiones, probat Poſthius *loco proximè citato, ex num. 33.* latiſſimè Cyarlinus *controv. dict. capit. 107. ex num. 32. & ſequentib.*

Quomodo igitur poterit D. Joanna Maria ju- 7
vari poſſeſſione quæſita per patrem ſuum, cum ipſa pro ſe nullam apprehendiſſet in aliqua capellaniæ vacatione, quæ licèt in præcedenti præſentare tentaverit, non fuit admiſſa, ſed potius expreſsè repulſa, & ab ea præſentato juſtè negata inſtitutio conſtito de libertate capellaniæ, non ſubjecta oneri patronatus; & ideo collata fuit de Ordinario aſſiſtente liti, & impugnante illud jus patronatus, ab eoque proviſus quietè capellaniam poſſedit uſque ad obitum nemine contradicente, nec reclamante, ut videre eſt infra *in articulo 7.*

Cum actus quaſi poſſeſſionis præſentandi, ad 8
ſui eſſentiam, & validitatem præciſè requirant, ut ſortiti ſint effectum, *capit. querelam, de election. capit. conſultationibus, de jure patron.* plures per Vivian. *de jure patronat. libr. 5. capit. 2. numer. 12.* Ludov. Poſthius *de manutention. obſervat. 15. nu. 8.* Imò iſta præſentatio D. Joannæ dedit cauſam liti motæ per fiſcalem illi ſe opponenti pro libertate capellaniæ, & actus, 

qui dederunt cauſam liti, non ſunt in conſideratione ad quaſi-poſſeſſionem quærendam, Poſthius *obſervat.* 17. *numer.* 44. Alexand. Ludov. *deciſ.* 669. *numer.* 4. ubi Oliverius Beltraminius *litt. C* adducit plures Rotæ deciſiones concordantes.

10 Et ultra ſupra dicta non omittenda erit doctrina Cyarlini *dict. controverſ.* 107. tanquam aptiſſima noſtro caſui, *ex numer.* 25. in hæc: *In quo tamen poſſeſſorio D. D. Galinganus bene probavit ſe poſſidere dictum beneficium, & D. Epiſcopum eſſe in quaſi poſſeſſione conferendi illud: ita D. Julia malè probavit, ſe eſſe in quaſi poſſeſſione præſentandi, quoniam ipſe nunquam præſentavit, ſed tantum nititur præſentationibus paternis, ut colligitur expreſſè ex ejus capitulis, de quibus in proceſſu: & propterea cum ipſa nunquam præſentaverit, non poteſt dici quod fuerit in quaſi poſſeſſione præſentandi, & ſic non po-*
11 *teſt juvari beneficio manutentionis, &c.* Quod ad longum proſequitur multis comprobans, videndus *ex numer.* 30. *&* 25. qui *numer.* 27. ita proſequitur ad immediatum caſum noſtrum, *nec obſtant præſentationes à dicto ejus patre; cujus dicta D. Julia fuit hæres; dum ipſa nunquam habuerit uſum præſentandi, & poſſeſſio defuncti ad præſentandum non tranſit ad hæredem ſine apprehenſione, & actu facti, &c.* adducit
12 plura jura, plures Doctores, & Rotæ deciſiones; & *numer. ſequentibus* videndus, quia alia eſt poſſeſſio patris, alia filiæ, ut dixit Rota *in una Bracarenſi de Ganfer.* 16. *Junii* 1604. *coram Sacrato*, ut apud Marqueſan. *de commiſſ. appell. in poſſ. Salvian. part.* 1. §. 2. *deciſion.* 43. *numer.* 2. *fol.* 1054. Cyarlin. *dict. capit.* 197. *num.* 29.

13 Præfati tamen limitant hanc regulam, & ejus doctrinam, ut non procedat, quando jus patronatus eſt annexum alicui dignitati, vel majoratui, quoniam cum dignitas poſſideat, cujus poſſeſſio non extinguatur per obitum poſſeſſoris dignitatis, & majoratus; ſemper remanet, & continuatur in ipſa dignitate, cujus nomine ſucceſſor poteſt agere: ad latiſſimè cumulata per Ludoviſ. Poſth. *dict. obſerv.* 45. *ex n.* 99. *uſque ad num.* 102.

---

## ARTICULUS VI.

### Quaſi poſſeſſio præſentandi ad beneficium adquiſita cum mala fide, (& multo minus cum vera mala fide) ad nihilum ſuffragatur, etiam immemorialis.

### SUMMARIUM.

1 *Quaſi poſſeſſio juris præſentandi nunquam adquiritur cum mala fide, & n.* 2.

3 *Præſcribens contra inſtrumentum, quod penes ſe habet, dicitur eſſe in vera mala fide excludente quaſi poſſeſſionis adquiſitionem, & num.* 4.

5 *Præſentato per exiſtentem in quaſi poſſeſſione præſentandi cum mala fide, denegatur inſtitutio.*

6 *Et datur præſentato vero patrono habente jus in proprietate juris patronatus.*

7 *Habens ſcientiam fundationis diſponentis in favorem hæredis, & præſcribens, ut gentilitium ob malam fidem; præſcriptio non probat.*

8 *De mala fide præſcribentium quotieſcumque conſtiterit aut aliter de injuſto principio appareat, etiam poſſeſſio immemorialis juris patronatus non ſuffragatur.*

9 *In materia juris patronatus ad obſervandum quaſi poſſeſſionem præſentandi, idem eſt conſtare de proprietate per inſtrumentum authenticum, quod per rem judicatam, vel confeſſionem partis.*

ALio modo inexcuſabilis probatur defectus, 1
& totalis ruina quaſi poſſeſſionis præſentandi prætenſæ à D. Joanna Maria, & patre ſuo; nam ut jus præſentandi acquiri poſſit, inter cætera requiſita, præcipuum, & magis eſſentiale eſt, bona fides; taliter ut hac deficiente, nunquam poſſit acquiri quaſi poſſeſſio; copioſè per Vivian. *de jure patronat. part.* 2. *lib.* 5. *cap.* 2. *num.* 11. melius, & latius, *cap.* 4. *num.* 30. *cum ſequent.* Garcia *de benef. part.* 5. *cap.* 5. *nu.* 67. *& ſequentib.* Gratianus *diſcept. cap.* 310. *num.* 78. *& ſequent.* Gonçalez *de alter. gloſſ.* 45. §. 2. *num.* 53. Poſth. *de manut. cap.* 32. *num.* 27. Merlin. *in deciſ.* 870. *numer.* 21. Sed ſic eſt quod D. 2
Joanna Maria, ejuſque authores erga præſentationes ad capellaniam hanc, non ſolum reperiuntur in mala fide, ſed etiam in vera mala fide, ergo ab ea præſentatus excluſus eſt ab inſtitutione, quæ ſibi juſtè denegata fuit, deſtructa quaſi poſſeſſione præſentandi ob veram ſuam malam fidem.

Probatur manifeſtè, quia titulus inſtrumentalis fundationis [ex quo prætendebant patronatum gentilitium] ſemper penes eam, & patrem ſtetit, illique illum exhibuerunt, & præſentarunt in litibus, & illo nitebantur; ex quo non ſolum non conſtat de tali patronatu gentilitio, ſed nec de patronatu aliquo relicto etiam hæredibus fundatoris, prout ad longum manet verificatum *in articul.* 3. *& articul.* 4. 3

Ex quo reſultat vera juris reſolutio, quod is, 4
qui penes ſe habet titulum, & inſtrumentum, ſi vult præſcribere contra contentum in eo, dicitur habere veram malam fidem, & non poteſt præſcribere tanquam malæ fidei poſſeſſor; multis comprobant Petr. Barboſ. *in rubric. Cod. de præſcript.* 30. *vel* 40. *annorum*, *ex num.* 341. *uſque ad num.* 348. ſequitur, & ſimul comprobat Caſtill. *in tract. de tertiis*, *c.* 26. *ex n.* 30. apud quos plurima fundamenta in corroborationem videnda erunt hujus ſingularis doctrinæ.

Unde mirificè infertur, quod quamvis aliàs 5
præſentato per repertum in quaſi poſſeſſione præſentandi debeat regulariter fieri inſtitutio, juxta diſpoſitionem *cap. conſultationibus, de jure patronat.* tamen quando conſtat de mala fide præſen-
tantis; negatur inſtitutio per eum præſentato, & 6
datur præſentato per habentem jus in proprietate patronatus, ut ex Lambertin. *de jure patronat. l.* 2. *part.* 2. *q.* 3. *art.* 6. *n.* 8. quando ex inſtrumento fundationis reſultat jus pro proprietario, ut in terminis probat Rota apud Farinacium *in poſthum. deciſ.* 180. *ex n.* 1. *& per totam, tom.* 1. *fol.* 172. ubi *num.* 3. firmat hanc ſententiam ſæpiſſimè Rotam fuiſſe ſecutam: referunturque ibidem undecim

cim deciſiones *Rotæ* pro ſecuritate hujus veriſſimæ doctrinæ. Unde poſſeſſio prætenſa à præſentato per D. Joannam Mariam undique invenitur annihilata, prorſus deſtructa, & ſine effectu, & abſque ullo impedimento eſt jus Ordinarii ad meram collationem, & liberam hujus capellaniæ proviſionem.

7 Et ad prædicta, celebris eſt Rotæ alia deciſio, penes Merlinum, 750. *tom.* 2. quæ, *ex n.* 6. 7. & 8. ita determinat: *Verum quatenus etiam præſcriptio probata fuiſſet, non ſuffragaretur Stephano: Tum quia Joannes tertius, à quo Stephanus jus ſuum deducit, ſciebat, jus patronatus eſſe hæreditarium, & ad hæredes ſpectare; nam in præſentatione anni* 1581. *dixit ſe præſentare ex fundatione Lamberti, in qua expreſſè legitur, patronatum fuiſſe pro hæredibus præſervatum, &c. qua poſita ſcientia, & mala fide, nullo modo jus præſentandi præſcribere potuit: Rota deciſ.* 150. *nu.* 5. *part.* 4. & *dec.* 373. *n.* 5. *part.* 5. *recent.* & *coram bonæ memoriæ Cardinali Cevalerio, deciſ.* 69. *n.* 7. *ac deciſ.* 91. *num.* 10. & 11.

8 Et quod quandocumque conſtet de mala fide præſcribentium jus patronatus, vel aliter de injuſto principio appareat; immemorialis præſcriptio, quantumvis legitimè probata fuerit, nihil eis ſuffragetur; cum tunc ceſſet præſumptio, quam regulariter pro ſe habet immemorialis, traditur per Hierony. Gonç. exactè tractantem, *de alternat. gloſſ.* 18. *n.* 48. & 49. Piaſequium *in praxi nova Epiſcop. c.* 5. *num.* 4. Gloſſ. Riccium, *in prax. fori Eccleſiaſt. reſol.* 129. quos refert Barboſ. *in tract. de offic. Epiſcop. tom.* 2. *alleg.* 72. *numer.* 29.

9 Comprobatur ulterius, quod etiam data vera, & legitima quaſi poſſeſſione in hac prætenſa patrona eo ipſo, quod per inſtrumentum fundationis apparet ad ſe non pertinere conſanguinitatis jure, ſed ad hæredes fundatoris, vel ad alium quemlibet, ſua quaſi poſſeſſio reſolvitur: in hac etenim materia, ut ſcilicèt conſtet de proprietate juris patronatus, ad excludendam quaſi poſſeſſionem; idem eſt de illa conſtare per inſtrumentum fundationis, quod per rem judicatam; vel confeſſionem partis; ut per alias deciſiones Rotæ comprobat Merlin. *deciſ.* 450. *ex num.* 4. *cum ſeqq.* alii DD. & Rotæ deciſiones allegantur ad hoc idem, *inferiùs, articulo* 14. *num. penult.* & *final.* Atque igitur juſtiſſimè denegata fuit inſtitutio præſentato per hujuſmodi quaſi poſſeſſionem, de cujus mala fide evidenter apparet.

---

## ARTICULUS VII.

Ordinarius repertus in ultimo ſtatu conferendi capellaniam præfertur quibuslibet, etiam habentibus quaſi poſſeſſionem quæſitam in antecedentibus vacationibus, ex quo juſtè denegatur inſtitutio præſentato per eum.

Verba inepta ſententiæ, quæ non conveniunt, nec juſtificantur ex Actis proceſſus, delentur ab ea.

## SUMMARIUM.

1 *Ultimus ſtatus pro Ordinario collatore interrumpit quaſi poſſeſſionem præſentandi antecedentem.*

2 *Status ultimus Ordinarii attenditur, & præfertur cuilibet quaſi poſſeſſori antecedenti.*

3 *Quaſi poſſeſſio, præſentandi ſicuti unico actu contrario amittitur.*

4 *Ordinarius adquirit quaſi poſſeſſionem contra patronum, ſi conſtet eum contuliſſe beneficium tanquam liberum.*

5 *Sententia declarans beneficium eſſe liberæ collationis, à qua non fuit appellatum, bene probat.*

6 *Ex actu ultimo liberæ collationis, denegatur inſtitutio præſentato per habentem quaſi poſſeſſionem antecedentem.*

7 *Sententia lata jure devoluto non parat perpetuum præjudicium quaſi poſſeſſori, ſed pro illa vice tantùm.*

8 *Quaſi poſſeſſio Ordinarii ex ſententia lata jure devoluto non eſt perpetua, ſed pro illa vice devolutionis.*

9 *Sententia negans abſolutè jus patronatus, applicatio proviſionis facta poſtea Ordinario pariter debet eſſe abſoluta, & ſine limitatione aliqua.*

10 *Sententia negans jus patronatus, alia applicatione non facta Ordinario, tacitè includit collationem Ordinario pertinentem de jure.*

11 *Beneficium eſſe juris patronatus, & liberæ ſimul collationis; Contraria ſunt, quæ non concurrunt.*

12 *Juris patronatus impedimento ſublato, beneficium recuperat libertatem ipſo jure.*

13 *Verba judicis debent intelligi ſecundum mentem juris.*

14 *Sententiæ verba debent impropriari, ut rei de qua agitur, conveniant.*

15 *Et ne mutent ſubſtantiam rei.*

16 *Sententiæ verbum vitioſum, non conveniens actis proceſſus, tanquam ineptum deletur ab ea.*

17 *Sententia recipit declarationem ex actis proceſſus.*

*Et ſecundum naturam actus intelligenda, etiam ejus verba impropriando, ibidem.*

18 *Non omne verbum Judicis in ſententia prolatum vim ſententiæ habet.*

19. *Judex in ſententia dicens,* per hanc noſtram ſententiam diffinitivam, *non ideo dicitur diffinitiva, ſi ſui natura eſt interlocutoria.*

20 *Inepta Judicis aſſertio in ſententia, non eſt attendenda.*

21 *Judex reſervans in ſententia ſua perſonæ taxationem expenſarum, expreſſo nomine proprio, deletur, quia contrarium eſt juri.*

22 *Sæpè ſupervacanea verba ſcribi ſolent ſine virtute aliquid operandi.*

23 *Non nomen fictum impoſitum actui, ſede effectus actus, qui geritur, attendi debet.*

24 *Inhibitioni habenti effectus* perpetuæ *ſi à Judice imponatur nomen* temporalis, & *ſuperſeſſoriæ, non attenditur.*

25 *Devolutio capellaniæ non cauſatur, ſi præſentatus aliàs incapax diſpenſationem oſtendat.*

26 *Patronus*

26 *Patronus laicus plures accumulativè præſentans, ſi primus ſit incapax, uni ex aliis inſtitutio facienda erit.*

27 *Sententia applicans proviſionem Ordinario ex cauſa devolutionis, quæ ex actis non apparet, inepta cauſa deletur, manente diſpoſitione illæſa.*

1 QUando ex tot capitibus quaſi poſſeſſio D. Joannæ undique impugnata, non maneret deſtructa, ſed potius illæſa, & integra; adhuc inſurgeret alia inſtantia, ex qua prorſus efficitur contemptibilis, ſi ultimum, & immediatum ſtatum hujus capellaniæ attendamus. Nam hæc quaſi poſſeſſio (cui D. Joanna, & ab ea præſentatus inaniter innititur) interrupta remanſit ex ſententia contra ſe lata in proximè antecedenti vacatione, ex qua declaratum fuit, D. Joannam carere poſſeſſione ob defectum probationis, & quod nominatio Capellani pertinebat Dignitati Abbatiali, quæ ſuo jure utens, ad illam nominavit, & contulit D. Didaco Clavixo, qui adeptus eſt titulum, & poſſeſſionem quietam hujus capellaniæ, qua uſus fuit uſque ad ſui obitum, aliis adverſis partibus non impugnantibus, nec appellantibus à dicta ſententia, nec ejus poſſeſſione data, ſed patientibus eam tranſire in rem judicatam, prout conſtat ex actis illius vacationis huic proceſſui accumulatis.

2 Ex quo ſequitur, ultimum ſtatum, & quaſi poſſeſſionem omnino prævalere, & præferri debere cuilibet alterius anteriori poſſeſſioni, ad latè congeſta per Ludovicum Poſthium *de manutention. obſervation. 71. & num. 50. cum multis ſeqq.*
3 *& obſervat. 73. ex n. 1.* Nam poſſeſſio juris præſentandi, ſicuti unico actu acquiritur, unico actu ſimiliter amittitur, ut ex aliis Vivian. *de jure patronat. l. 5. cap. 4. num. 63.* Ludovic. Poſthius *obſervatione 18. num. 49.* Auguſtin. Barboſ. *voto 47. num. 212. & num. 205. l. 2. tom. 1.* Et quia quaſi poſſeſſio præſentandi amittitur, ſemel caſſata præſentatione per Epiſcopum, Innocentius *in cap. 2. num. 2. de reſcriptis*, Vivianus *de jure patronat. l. 5. c. 4. n. 42.*

4 Ordinariuſque adquirit quaſi poſſeſſionem contra patronum, ſi conſtat contuliſſe beneficium, uti liberum; Hieronym. Gabriel. *conſil. 185. l. 2.* Vivianus *ubi proximè numer. 55.* Et ſententia declarans beneficium eſſe liberæ collationis, ſi ab ea non fuerit appellatum, & ex actis juſtificetur, plenè probat: Barboſ. *voto 112. ex*
5 *num. 20.* Quod utrumque verificetur in noſtro caſu, adeſt ſententia declarans jus Dignitatis, non appellata, ſed tranſlata in rem judicatam, & executioni mandata, cujus juſtitia manifeſtatur, & juſtificatur ex actis hujus proceſſus, & ex illi accumulatis; ex quibus notoriè conſtat de jure Dignitatis, & de notorio defectu juſtitiæ partis adverſæ, & ex mirabiliter comprobatis, *art. 3. 4. 5. & 6. & in hoc 7. cum ſeqq.* quibus nihil obſtare oſtenſum fuit.

6 Et optimè ad propoſitum conducit Rotæ *dec. 444. num. fin. & ex num. 2.* Ludoviſii Poſth. *poſt tractatum de manutentio.* in hæc. *De anno tamen 1577. aderat collatio Ordinarii capellaniæ, tanquam de libera, quæ fuit effectuata, & erat ultima hodie per mortem proviſi ab Ordinario capellania vacaverit, & ſic ultimus ſtatus erat liberæ collationis ex his fuit concluſum Joannem Baptiſtam præſentatum, non eſſe inſtituendum, &c.* Quæ deciſio videtur emanata pro hoc caſu, & lite, de qua agimus *in præſenti 7. art.* ex qua ſimul contemnitur jus præſentandi præcedens, ſed denegatur etiam inſtitutio præſentato.

Arguit forſan adverſarius, & dicit, adſtringor ſolutionibus præcedentibus, *ex art. 3. cum ſeqq.* huic tamen contentæ in *hoc 7.* facilè reſpondere, cum ex eadem ſententia conſtet, non manſiſſe perpetuò interruptam quaſi poſſeſſionem ſuam, cum nec condemnatio, nec applicatio juris conferendi fuit perpetua, & abſoluta, ſed limitata tantum ad illam vacationem, cum fuerit lata in cauſa, & caſu devolutionis illius proviſionis ad Dignitatem Abbatialem, ut expreſsè conſtat ex ejuſdem ſententiæ verbis, ibi: *Que devo de declarar, y declaro, que el derecho de preſentar toca por eſta vez à la Dignidad.* 7

Atque ideo illa quaſi poſſeſſio Dignitatis fuit temporalis, & momentanea, quæ tantum duravit pro vita D. Didaci Clavixo ab Ordinario proviſi, & pro illa vacatione duntaxat, cum verbis ſententiæ ſit ſtandum habentis ex ſui naturâ ſtrictam interpretationem, ex *vulgaribus.* 8

Cui facilè ſatisfit, quoniam ſententia à principio adjudicavit abſolutè proviſionem Ordinario, 9
cum abſolutè etiam neget jus patronatus omnibus illud prætendentibus, quia applicatio facta Ordinario (ad quem de jure pertinet beneficiorum proviſio, ceſſante juris patronatus impedimento) debet correſpondere abſolutæ negationi juris patronatus: cum non deberet proviſio capellaniæ in aëre manere in vacationibus futuris; ſed devenire omninò ad eum, qui de jure 10
poteſtatem habet beneficia vacantia conferendi: ad quod ſufficeret ſola negativa ſententia juris patronatus, & ejus exiſtentiæ, ut tacitè includeretur pertinentia providendi ad Ordinarium, cui jus ad hoc aſſiſtit, quia excluſio unius ex contrariis, eſt incluſio alterius; *l. cum Prætor. ff. de judic. l. marius 11. C. de procuratorib. l. quamvis, C. de pignor. l. ait Prætor. §. ſed quod Papinianus ff. de minorib. text. in. cap. nonne, de præſumptionib.* quemadmodum contraria ſimul ſtare non poſſunt: prout foret, ſi beneficium eſſet 11
juris patronatus, & liberæ collationis; ita per remotionem unius ſequitur admiſſio alterius; *l. ſi inter ff. de except. rei judicatæ l. hæc verba, ille aut ille, 124. ff. de verbor. ſignif.* & uno admiſſo, removetur alterum Surdus *deciſ. 24. num. 10. & deciſ. 92. num. 11.* Gonçalez *ad regul. 8. Cancellar. gloſſ. 54. num. 24. & gloſſ. 57. nu. 6.* Gratian. *tom. 5. diſcept. 891. nu. 18.* Et impedimento juris 12
patronatus ſublato, res redit ad ſuam primævam naturam, & libertatem, prout loquendo in juriſdictione Ordinarii recuperata ſublato impedimento, ſcitu digniſſima videnda erunt in *Commentariis noſtris, de ſupplicatione ad Sanctiſſ. 2. part. cap. 25. ex num. 37. cum multis ſeqq.*

Quare ne hæc ſententia ſibi ipſi videatur repugnans, ex *cap. inter dilectos, §. cæterum, de fide inſtru.* vel interpretanda ad ſenſum juris, ut *pro illa vice,* non excludat cæteras vacationes futuras, cum non loquatur taxativè, quia verba Judicis debent declarari & interpretari ſecundum ſenſum juris, ad latiſſimè adducta per nos in tractatu *de proteſt. Regia. 4. part. c. 10. ex n. 49. cum ſeqq.* Et ne ſententia iniqua, & injuſta detegatur, *ex eadem parte, ibidem, num. 50.* Et de 13
utroque

utroque latius *in eadem 4. part. cap. 31. ex num. 61. cum multis ſeqq.* Et impropriari debent verba, ut rei de qua agitur conveniant: §. *nunc autem admonendi*, ubi gl. verbo, *dederim*, *Inſtit. quibus alienare liceat, vel non, l. ſi verò, in principio.* ubi gloſſa, Bartolus, & Bald. *ff. locati, cap. conſtitutus, de Religioſ. domib.* Et verba ita intelligenda, ne mutent ſubſtantiam, *l. cum fal-*
15 *ſa, C. de juris & fact. ignorant.* Menoch. *conſ. 371. ex numer.* 18. Vel ſi velimus eam intelligere literaliter, & prout ſonat verbum illud
16 *por eſta vez*; adeo ineptum eſt, ut à ſententia ſit delendum: nam prædictum verbum ſolum cadit ſuper judicio devolutionis, de qua nec ullum verbum tractatum fuit in illo judicio, nec quidquam aderat in eo, ut verificari, vel cadere poſſit devolutionis ſententia, ut ex actis exactè viſis apparet manifeſtè; atque ideo quando in aliqua ſententia reperitur aliquod verbum ſuperfluum, vitioſum, non conveniens, nec applicabile actis proceſſus, & ejus probationibus; tanquam ineptum à ſententia deleri debet; cum ex eiſdem ineptitudo detegatur. Hæc eſt Bartoli doctrina, *in l. demonſtratio, in princip. quæſt. 7. num. 15. ff. de condition. & demonſt.* Socin. *in l. ſi quis in fundi vocabulo, n. 1. ff. de legat.* 1. Cephal. *in conſ.* 421. *num.* 14. Bertazzola *in conſ. civil.* 60. *num.* 10. *& ex num.* 6. *& ſeqq.* ubi affirmat, quod ex eo, quod ſententia recipit declarationem
17 ex proceſſu, & actis, quia ſententia debet interpretari ſecundùm naturam actus, ſuper quo lata eſt, ubi alios allegat; etiam verba improprianda Craveta *conſ.* 131. *num.* 7. idem tradit Menochius, *in conſil.* 80. *num.* 44. *& conſ.* 130. *nu.* 33. quos ſequitur Bertazzola *dict. conſ.* 60. *num.* 7. plura per Ozaſcum *deciſ. Pedemontana* 64. *n.* 3.
18 *& ſeqq.* Unde fit, quod non omne verbum Judicis in ſententia prolatum vim ſententiæ obtinet: ita per Caputaquenſ. firmat Rota *diverſor. deciſ.* 34. *Concluſum*, *numer.* 12. *verſic. Et non omne verbum*, *part.* 2. Cæſar. Contard. *in l. unic. limit.* 2. §. 5. *n.* 19. *C. ſi de momentan. poſſ.* Sigiſmundus Scaccia *de appell. l.* 3. *cap.* 2. *q.* 17. *limit.* 6. *membro* 9. *num.* 9.

Hinc optimè Felinus *in cap. ſignificavit*, *de*
19 *reſcriptis*, *verſic. Similiter*: reddit exemplum, quod licet judex dicat in ſententia, *per hanc noſtram ſententiam diffinitivam*, non ideo dicetur ſententia diffinitiva, ſi ſui naturâ eſt interlocutoria; quem referens ſequitur Craveta *in conſil.* 186. *num.* 5. Magonius *deciſ. Lucenſi.* 18. *nu.* 28. *& ſeqq.* Benintendi *deciſ.* 79. *nu.* 16. *&* 17. inter recollectas per Tamburinum *poſt tractat. de jure Abbatiarum*, optimè Rotæ *deciſ.* 639. *ex num.* 22. *cum ſeqq. in recollectis per* Poſthium *poſt tractatum, de manutent.* quia ſubſtantia judicii, non contextura verborum, attendi debet, ex Rotæ deciſione, quam allegat, & Seraphino, & ex *dict. deciſ.* 639. *num.* 24.

20 Et quod inepta judicis aſſertio in ſententia nullum jus tribuat, nec ad aliquod ſit attendenda probat Rot. *in dec.* 206. *ſub n.* 7. *Alexand. Ludoviſ.* ubi alia ad idem allegatur deciſio, quas ſecuta eſt Rotæ *in deciſ.* 115. *ſub num.* 3. *part.* 1. *in recent.* teſte Oliverio Beltramin. *in annotat. ad Alexand. Ludoviſ. in dict. dec.* 106. *litera C.*

21 Hinc ſi judex in ſententia reſervavit ſibi, & ſuæ perſonæ, expreſſo nomine proprio, expenſarum taxationem, cum inepta ſit reſervatio, cum ſit materia concernens juriſdictionem, & non perſonam, deletur à ſententia, & non attenditur, poſt alios Nos *in tractat. de protect. Regia*, 4. *part. cap.* 12. *n.* 10. *&* 11.

Nam ut inquit Menochius *in conſ.* 179. *num.* 22
20. ſæpè ſupervacanea verba ſcribi ſolent, & ſtant ſine virtute aliquid operandi, ex Jaſon. *in l. petens*, *num.* 8. *C. de pact. & in l. cum proponas*, *num.* 3. *C. de tranſact.* Craveta *conſ.* 80. *n.* 11. & aliis à *Menochio* citatis.

Et inſuper, nam, ut dictum eſt ſuperiùs, cum 23
dicta ſententia à principio adjudicaverit abſolutè jus conferendi hanc capellaniam Dignitati Abbatiali, denegato jure patronatus, quo omninò convenit, & conforme eſt actis proceſſus, quibus utrumque verificatum, & comprobatum apparet; ſi poſtmodum illam juſtam applicationem nominavit *devolutionem*, nullo modo cadentem, nec adaptabilem actis, nullatenus attendi, ſed contemni debet; quia non nomen appoſitum, ſed effectus, actus, qui geritur, attendendus eſt, *l. inſulam* 6. *ff. de præſcriptis verbis*, *l. ſi uno. ff. eodem tit. l. in leg.* 32. *eodem*; *l. cum dotem* 10. *C. de jure dotium.* quæ jura latiſſimè exornamus poſt plurimorum allegationes, *in tractatu de ſupplicatio. ad Sanctiſſimum*, 2. *part. cap.* 7. *ex num.* 21. *cum multis ſeqq.* ubi ad noſtrum propoſitum 24
accuratè comprobamus, quòd quando inhibitioni Judicis habenti effectus *perpetuæ*, Judex attribuit nomen *temporalis*, & ſuperſeſſoriæ; nullo modo ſit attendendum nomen fictè à Judice impoſitum, ſed effectus perpetuæ inhibitionis, quos operatur.

Voluit adverſarius colorare hanc devolutionem, ad effectum applicandi verbum illud ſententiæ ineptum, *por eſta vez*: dicens Don Rode- 25
ricum de Valençuela, tanquam conſanguineum proximiorem fundatrici capellaniæ ad illam præſentaſſe D. Ludoviſium Alfonſum de Aranda, qui à Religione profeſſus exierat, & factus incapax capellaniæ, & ex hac incapacitate fuit cauſata devolutio. Quod in facto convincitur evidenter, quia ex proceſſu conſtat, D. Ludoviſium præſentatum fuiſſe habilitatum, & diſpenſatum à Sede Apoſtolica, cujus diſpenſationem exhibuit, & in proceſſu præſentavit, quod etiam hodie patens eſt.

Et iterum ex alio capite convincitur affectata 26
devolutio, eo, quod D. Rodericus de Valençuela alios duos accumulativè præſentaverat, quo caſu, quando adeſſet defectus in primo, uni ex accumulatis præcisè debebat fieri inſtitutio conſtito de jure præſentantis, ut abundè per Garciam *de benef.* 5. *part. cap.* 9. *ex num.* 211. *cum ſeqq.* Barboſa *de officio Epiſcopi, part.* 3. *allegat.* 73. *nu.* 151. Vivian. *de jure patronat.* 2. *part. l.* 1. *cap.* 1. *ex n.* 1. Ex quo nulla aderat cauſa, ex qua induci potui ſſet devolutio; ſed perpetua applicatio meræ collationis Ordinario, cum ex proceſſu conſtabat, nullum adeſſe jus patronatus, cui poſſit attribui quaſi poſſeſſio præſentandi, prætenſa per dictum D. Rodericum; & propterea juſtè lata fuit ſententia in favorem Dignitatis liti aſſiſtentis pro libertate Capellaniæ, ad latiſſimè comprobata ſuperiùs *articulo* 3. 4. *& ſeqq.*

Unde ſi totaliter apparet, nullam adeſſe in actis proceſſus cauſam, ex qua deduci poſſit devolu- 27
tio: verba ſententiæ illam enuntiantis prorſus debent deleri, & non attendi, manente ſententiæ diſpoſitione illæſa, ineptitudine ſublata, & detracta: argumento text. *in l.* 1. §. *ſi ex fundo*

*fuiſſet*

*fuiſſet] aliquis ſolus hæres inſtitutus, valet inſtitutio, detracta fundi mentione, ff. de hæredib. inſtituend. l. ſi alterius* 10. ibi: *Sabinus ſcribit, perinde habendum, ac ſi nec fundum, nec partes nominaſſet, ff. eodem titul. l. ſi quis ita fuerit hæres inſtitutus ex certo fundo eodem titulo, l. quoties, C. de hæredib. inſtituend.* quæ jura latè exornamus *in Labyrinth. creditor. 1. part. cap. 2. §. unic. ex n. 13. cum multis ſeqq.*

---

## ARTICULUS VIII.

Inſtrumenta in judicio præſentata, ſi de falſo redarguantur, & non comprobentur; quaſi poſſeſſionem præſentandi non probant.

Antiqua tamen, ultra centum annos, à comprobatione excuſantur.

Inſtrumenta producta per ſententiam contrariam remanent perpetuò reprobata.

### SUMMARIUM.

1 *Inſtrumenta præſentata, & de falſo redarguta, ſi non comprobentur, nihil probant, & num. 2.*

3 *Inſtrumenta antiqua, & ſi redarguantur de falſo, non egent comprobatione.*

4 *Requiritur ad hoc, ut ſint antiqua, quod excedant centum annos, aliter non excuſantur à comprobatione.*

5 *Inſtrumenti data, de falſo redarguti, non attenditur ad ejus antiquitatem.*

6 *Ex tempore, & data inſtrumenti antiqui deducendum eſt tempus, quo duravit lis.*

7 *Ad inſtrumenti antiquitatem plura ultra tempus requiruntur, remiſſivè.*

8 *Ut quaſi poſſeſſio præſentandi ex inſtrumentis probetur, debent eſſe clara, ut nullam patiantur contradictionem.*

9 *Inſtrumenta in uno judicio præſentata per contrariam ſententiam perpetuò manent reprobata.*

*Idem de confeſſionibus in eodem judicio factis, ibidem.*

CUncta, quæ hactenus ſcripta ſunt in deſtructionem quaſi poſſeſſionis juris præſentandi prætenſæ à D. Joanna Maria, & per eam præſentato ad hanc capellaniam per tot articulos
1 præcedentes, ſuperflua videntur, quando pars adverſa illa voluit probare per inſtrumenta ficta, & apparentia, duos nempe titulos præſentationis anteriùs factæ à parte D. Joannæ Mariæ, quos ſtatim Fiſcalis Dignitatis redarguens falſi, & falſo fabricator dixit, & inſtanter allegavit, pars autem adverſa redargutioni acquieſcens nunquam tractavit, nec diligentiam aliquam adhibuit, ad illa inſtrumenta comprobandum, & vera, & certa eſſe verificandum, meritò timens, & effugiens difficultatem, & acre periculum imminens, nec ad comprobationem petiit à Judice terminum, ut ex ipſis actis patenter apparet.

2 Ex quo præfata inſtrumenta conſecuta fuere ſuam juſtam juris præſumptionem falſitatis, quæ omnino impedit illorum fidem, nec facere poſſint aliquam probationem, juxta *lib. 115. tit. 18. part. 3.* ubi Gregorius Lopez; plures Doctores per Noguerol. *allegat. 25. ex numer. 233.* & cum Parladorio, Hieronym. Gonçalez & aliis, Pareja *de inſtrument. editione, tit. 1. reſol. 3. §. 3. nu. 33. l. 1. fol. 33.* Ex quo quaſi poſſeſſio juris præſentandi paterna, cui nititur D. Joanna Maria, remanet deſtituta omni genere probationis, eò quod huic, nec poteſt, nec debet ita maculatæ, & vitioſæ deferri, nec fides aliqua adhiberi.

Convicta pars adverſa, volens effugere hoc inevitabile periculum, prorſus, & radicitus evel-
lens ſuam intentionem, ad debile remedium confugit, aſſerens, hæc inſtrumenta eſſe antiqua, & comprobatione non egere. 3

Quæ doctrina in ſe vera eſt: ſed non applicabilis caſui noſtro, nam ad hoc ut inſtrumen-
tum de falſo maculatum excuſetur, & evitet comprobationem illius, requiritur eſſe antiquum, excedens centum annos, ut ex pluribus Doctoribus cumulatis, probat & ſequitur Noguerol. *allegat. 25. n. 255.* 4

Hæc autem inſtrumenta, quando eorum datæ fides danda foret, quod eſſe non poteſt, cùm
eadem facilitate, quâ ea falſo fabricavit quiſquam, eandem potuit attribuere datam ſibi magis conducibilem, & quam magis voluerit, ac ideo ex eorum data, nullo modo comprobari poteſt antiquitas eorum: nam cum redarguantur de falſo, omnia in eis contenta infecta remanent, & falſitatis ſuſpicioni ſubjiciuntur; ad latè comprobata per eundem Noguerol. *in dict. allegat. 25. numer. 455.* 5

Adhuc tamen ex ipſorum inſtrumentorum da-
ta non deducebatur antiquitas jure requiſita, 6
nam data prioris inſtrumenti eſt anni 1558. quæ non aſcendit ad centum annos, ſed tantum ad octoginta, & unum: ex quibus adhuc deducendi ſunt viginti & octo anni, ex quo cœpit litigari, prout inferius in *articulo 14. ex n. 12.* latius
apparebit: quamplura alia requiſita congeſſit Noguerol. *loco proximè citato*, quæ præcisè requiruntur præter tempus, quæ concurrant in inſtrumento antiquo ſimul ad hoc, ut excuſari poſſit à falſitatis oppoſitæ præſumptione, & à fidei inſtrumenti comprobatione; quæ omnia deficiunt in caſu hujus litis. 7

Et inſuper, nam ut ex præſentationibus con- 8
ſtare poſſit quaſi poſſeſſio præſentandi, præcisè requiritur, ut illæ ſint claræ, & tales, ut nullam patiantur contradictionem, ut per Hieronym. Gonçalez *in regul. 8. Cancellar. gloſſ. 45. §. 2. num. 38. cum ſeqq.* & ex Rotæ *deciſ. in Ticenti. beneſic. 6. Februarii, 1637.* firmat eadem Rota *in deciſ. 1. verſ. Præterea ad effectum*, inter recollectas per Dianam *poſt tom. 8. fol. 547.*

Et ultimo, quando dicta inſtrumenta effugerent 9
tot repugnantia & manerent in forma probanti (quod toto corde negatur) adhuc pars adverſa eis uti non poſſet ad ſuæ quaſi poſſeſſionis inanis cōprobationem; ad hunc etenim met effectum fuerunt exhibita, & præſentata in antecedentis vocationis litigio: contra quæ lata fuit ſententia tranſlata in rem judicatam [ut ſæpè dictum fuit] ex qua quidē, eadem inſtrumenta remanſerunt perpetuò reprobata, atque etiam, omnes confeſſiones, in illo judicio emanatæ, enervatæ ſimul, & reprobatæ intelli-

guntur

guntur per ſententiam in contrarium latam, juxta text. *in c. ſubortam, de re judicata*, illic. *Nimirum ſi præfatum Innocentii privilegium Alexandri judicio fuit præſentatum, & ipſe tulit ſententiam contra illud, intelligitur reprobaſſe*, ubi gloſſa *verb. reprobaſſe*, ait: *Tale inſtrumentum viribus vacuatum manere. l. jucius ff. de his qui notantur infamia, l. 1. C. ſi ex falſis inſtrument. cap. dilectus, de ordine cognit.* per quæ jura ita conſtanter affirmant innumerabiles penè Doctores relati & ſecuti per nos, *in Labyrinth. credit. part. c. 1. §. unic. ex n. 10. uſque ad n. 14.*

---

## ARTICULUS IX.

### Libri viſitationis, quibus enuntiatur jus patronatus & ejus pertinentia, nihil probant, & ex quibus requiſitis ad judicium deſerviant.

### Enuntiativa inſtrumenti nihil probat, poſtquam de enuntiato dubitari, & controverti contingit.

SUMMARIUM.

1 *Quaſi poſſeſſio patris non transfertur in ejus filiam hæredem, quæ actualem non apprehendit per ſe poſſeſſionem.*

2 *Viſitator capellaniæ an poſſit approbare enuntiativam factam à poſſeſſore dicente ſe ad præſentationem alicujus eam poſſidere.*

3 *Ex libris viſitationis enunciantibus jus patronatus ad aliquem pertinere, jus patronatus non probatur.*

4 *Libri viſitationis enunciantes pertinentiam juris præſentandi, probant inter ipſos compatronos, non tamen deſerviunt ad probandam juris patronatus exiſtentiam.*

5 *Libri viſitationis, ut faciant aliquod indicium pro exiſtentia juris patronatus, quæ requiruntur.*

6 *Enunciativæ juris præſentandi emanatæ à Capellanis viſitatis, & non à Viſitatore ipſo, nihil probant.*

7 *Enunciativæ emanatæ ab habentibus intereſſe, nihil probant.*

8 *Enunciativæ nihil probant, quoties de enunciato contingit controverti.*

9 *Jus patronatus in aliquo inſtrumento enunciatum non probat, poſtquam de ipſo patronatu oritur controverſia.*

10 *Inſtrumentorum enunciativæ nihil probant in quacunque materia, quoties de enunciato principaliter controvertitur.*

11 *Maximè ſi controvertitur enunciatum cum eo, qui intervenit in inſtrumento enunciante.*

12 *Viſitator nullam habet poteſtatem approbandi, vel reprobandi jus patronatus enunciatum per viſitatos.*

13 *Confeſſio Prælati atteſtantis aliquod beneficium eſſe juris patronatus, & ad aliquem pertinere, nec ſibi, nec libertati beneficii præjudicat.*

14 *Si confeſſio Prælati emanavit abſque cauſæ cognitione, & n. 15.*

16 *Beneficium à ſua origine creatum in libertate, non poteſt poſtea Prælatus juri patronatus illud ſubjicere.*

17 *Diſpoſitio qualibet ſub cauſa, quæ creditur vera reſolvitur & annullatur, ſi appareat falſa ex defectu conſenſus.*

INſtrumenta, quibus D. Joanna Maria nitebatur, ad probandam quaſi poſſeſſionem præſentandi ad patrem ſuum pertinuiſſe, prorſus reprobata remanent *in artic. præcedenti.* Nunc tractandum 1
de duabus partitis deductis ex libro viſitationis, quibus per Capellanos hujus Capellaniæ viſitatos enunciatum repetitur, ſe illam poſſidere ad præſentationem duorum aſcendentium D. Joannæ, ex quibus ipſa probare conatur pertinentiam juris præſentandi, & ultra quod quaſi poſſeſſio anteceſſorum non poteſt tranſire in ſucceſſorem, qui ea ſe juvare non poteſt quando actualem per ſe non apprehendit, ut infallibiliter probatur ſuperius, *artic. 5. per totum.*

Adhuc reſtat ſubvertere probationem juris patronatus deductam ex dictis libri viſitationis partitis. Dum igitur Viſitatores accederent ad viſi- 2
tandam dictam Capellaniam, & compellendum poſſeſſores ad complementum Miſſarum, unus dixit ſe illam habere ad præſentationem Leonardi de Aranda: alius dixit, illam poſſidere ad præſentationem D. Roderici de Valençuela: quos ſuos aſcendentes dicit D. Joanna Maria, inferens ex hac enunciativa, quod cum Viſitatores tunc non impugnarunt jus patronatus enunciatum, illi tacitè aſſenſiſſe, approbaſſe, & ratificaſſe videntur.

Sed vana eſt hæc intentio; cùm conſtans, & 3
vera reſolutio ſit, libros viſitationis ad diverſum finem deſtinari, & non ad examen juris patronatus, ideò quamvis in eiſdem libris enuncietur, pertinere ad aliquos, non inde probatur jus patronatus, ut plurimi Doctores conſtanter affirmant, Riccius *in praxi Epiſcopali, part. 2. cap. 5. n. 7.* & Vivianus *de jure patronat. part. 2. l. 11. cap. 5. n. 19.* idem Riccius *in praxi fori Eccleſiaſt. reſolut. 125. n. 2.* Molfeſius *in ſumma Theolog. moralis, tractat. 6. cap. 5. n. 45.* Auguſtin. Barboſ. *in paſtorali, tom. 2. allegat. 72. n. 48.* Lotterius *de re beneficiar. lib. 2. quæſt. 13. n. 151.*

Quod ſolum procedere poteſt, dum tractatur de 4
pertinentia juris præſentandi ad illam probandam inter ipſos compatronos; non tamen reſpectu exiſtentiæ juris patronatus, quod non controvertitur inter ipſos, ut latè probat *dec. 403. n. 1. & n. 7. & n. 8.* Merlin. *tom. 1.* idem firmat idem Merlin. *in deciſ. 689. ex n. 6. tom. 2.* In qua aliæ plures deciſiones ad idem allegantur; ut ſecus ſit quando ipſum jus patronatus controvertitur, ut ſtatim probabitur.

Imò, & ad hoc ut libri viſitationis inducant 5
aliquod adminiculum, ſeu indicium juris patronatus, præciſè requiritur, ut fiat viſitatio hac qualitate expreſſa, quod beneficium viſitatur tanquam juris patronatus, & quod iſta qualitas clarè exprimatur in ipſo viſitationis libro, ita ut aliter liber ad nullum adminiculum probet, Barboſ. *dict. alleg. 72. n. 42.* Lotterius *de re benefic. dict. qu. 13. n. 151.*

Quod totum deficit in hujus libri partitis, qui- 6
bus duntaxat fuit enunciatum jus præſentandi per ipſos Capellanos viſitatori, & non per viſitatores ipſos, de quorum intentione non docetur, ſe viſitare dictam Capellaniam tanquam de jure patro-

patronatus, nec etiam ſcire juris eſſe patronatus prout in iſtis terminis probat elegans Rotæ *deciſ.* ut per Farinacium *in recent.* 333. *n.* 4. *fol.* 308. in hæc: *Minus viſæ fuerunt obſtare allegatæ aſſertiones Ordinariorum in antiquis viſitationibus: quia aliqui ex Dominis dicebant ſi bene attendatur eſſe potius aſſertiones Rectorum Eccleſiæ ad interrogationes Ordinarii viſitantis, &c.* Ex quo deſtruuntur partitæ libri viſitationis ab altera parte præſentatæ, cum in illis fiat tantum mentio aſſertionum Capellanorum voluntariè, & abſque interrogatione viſitatoris factarum, circa quod nihil operari potuerunt viſitatores, & fictum, & incertum eſt, dicere, illis fuiſſe exhibitam fundationem, & titulos, de quo nullibi apparet, ſed imò contrarium ex ipſis partitis teſtantibus de nudis, & ſimplicibus Capellanorum enunciationibus.

Et omiſſa conſtanti opinione, quod plures enuntiativæ non probant, niſi in antiquis, ſi non fuerint emanatæ ab eis, qui intereſſe habent, prout erant iſti Capellani, quorum jus dependebat à
7 jure præſentandi pertinente iis, qui eos præſentarunt, ut plurimi aſſerunt DD. & eſt videre per Auguſtin. Barboſ. *Trident. ſeſſ.* 25. *de reform. cap.* 9. *n.* 24. *&* 25.

8 Tamen fortior eſt illa doctrina, ut enuntiativa nullo tempore probet, quoties de enuntiato principaliter dubitatur, & controvertitur. Cum igitur in hac vacatione, & in antecedenti comparuerit Fiſcalis Eccleſiaſticus, contendens de libertate Capellaniæ, & opponens nullum adeſſe, nec ab origine fundationis adfuiſſe jus patronatus, quod & veriſſimum eſt, & conſtanter probatum remanet in *articulo* 3. *&* *articulo* 4. latiſſimè: prorſus evaneſcit enunciativa relata in libro viſitationis, & de vento ſervit.

9 Hanc doctrinam, quod quoties de enunciato principaliter controvertatur enuntiatio nihil probat, nec proficit; ut loquendo in patronatu enuntiato in aliquâ ſcriptura, poſtea principaliter controverſo, probant Paul. Pariſius *conſil.* 94. *n.* 19. Puteus *deciſ.* 381. *n.* 2. *lib.* 1. *n.* 19. Seraphinus *deciſ.* 1278. *n.* 3. firmat Rota *in una Firmiana Altaris* 20. *Junii* 1624. quam refert Vivianus, *poſt tractat. de jure patronat. deciſ.* 16. *n.* 13. *fol.* 23. idem firmat Rota *in una Conſtant. juriſdictionis* 16. *Novembris* 1607. inter recollectas per Ludoviſ. Poſthium *poſt tractat. de manutention. deciſ.* 438. quæ *n.* 4. ita ait: *Tum etiam, quia enunciativæ non probant ubi de veritate enuntiati contingit principaliter dubitari, Puteus deciſ.* 381. *n.* 3. *l.* 1. *fuit dictum in Lucenſ.* 4. *Martii*, 1596. *coram Illuſtriſſ. Cardinali Pamphilio, &c.*

10 Quæ doctrina univerſaliter vera eſt in quacumque materia, ut inſtrumentorum enuntiativa nihil probet; quoties de enunciato dubitari contingit & principaliter controverti, quæ eſt communis, & receptiſſima ſententia, Riminald. Sen. *conſil.* 480. *num.* 12. *volum.* 3. Mazolius *conſil.* 89. *num.* 32. *l.* 1. Cephalus *conſ.* 540. *num.* 34. ubi infinitos Doctores cumulat, *lib.* 4. Riminald. Jun. *conſ.* 507. *num.* 3. *in* 5. *volum.* Gabriel. *conſ.* 40. *num.* 20. *volum.* 1. Franciſc. de Ponte *conſ.* 30. *num.* 14. *&* 15. Burſat. *conſ.* 80. *num.* 23. Menoch. *conſil.* 81. *num.* 23. Surd. poſt plures Doctores *conſil.* 5. *num.* 16. Raudenſ. *conſ.* 25. *num.* 96. *t.* 2. Gargiarius *patrocin.* 5. *n.* 5. Mancinus *de Juramen. part.* 4. *effectu* 151. *n.* 1. Capicius *deciſ.* 71. *n.* 2. Cacherannus *dec. Pedemont.* 76. *nu.* 12. Farinacius *deciſ.* 166. *num.* 2. Maſcard. poſt alios *concluſ.* 916. *n.* 14. Ampliſſima plura adducens exempla Genua *de verbis enuntiativis*, *lib.* 1. *quæſt.* 4. *per totam.*

Qui *n.* 13. hanc receptiſſimam opinionem multò fortiùs procedere dicit quando de enuntiato 11
diſputari contingit cum aliis, qui non intervenerunt in inſtrumento enuntiante; cum Riminald. Junior. *in conſ.* 365. *n.* 19. *&* *n.* 20. *tom.* Quæ doctrina, & ampliatio quadrat noſtro caſui, cùm capellania nec Ordinarius ad quem principaliter tangit defenſio libertatis capellaniæ, impugnatio juris patronatus, non interfuerint in viſitationibus, & libri partitis, quibus jus præſentandi enuntiatur à Tertio, nullam poteſtatem habente.

Evacuata igitur fide partitarum libri viſitationis, non eſt curandum de aſſertione partis adverſæ, 12
inferri nempe approbationem, & conſenſum viſitatoris non impugnantis enunciationem juris præſentandi per Capellanos emiſſam: nam Viſitator nullam habet poteſtatem approbandi, vel reprobandi, tangendi, nec ſe intromittendi ſuper jure patronatus, vel præſentandi, cujus officium limitatum eſt, & tantum deſtinatum ad complementum Miſſarum & onerum à defunctis impoſitum operibus piis, & hoc extrajudicialiter, nulla adhibita cauſæ cognitione judiciali, ſed abſque figura judicii, ut probant Doctores ſuperiùs adducti *ad principium hujus art. n.* 3.

Quod & efficaciùs patet: nam ſi confeſſio expreſſa Prælati affirmantis, aliquod beneficium eſſe 13
juris patronatus, & ad aliquem pertinere probationem; nec approbationem inducit, nec ſuæ Dignitati, & libertati beneficii præjudicat; ut teſtantur Julius Vivianus *de jure patron. p. l.* 11. *c.* 5. *n.* 23. *&* *n.* 25. Lotterius *de re beneficiar. l.* 2. *quæſt.* 13. *n.* 14. & per Rotæ deciſionem idem Lotterius *n.* 140. Quando ſcilicet eadem prælati 14
confeſſio emanavit abſque plena cauſæ cognitione, & extra contradictorium judicium, ut per eandem Rotæ deciſionem notavit Lotterius *dict. quæſt.* 13. *d. n.* 140. & Vivianus *d. c.* 5. *ex num.* 65.

Quanto minus dicendum erit de Viſitatore, qui nec expreſsè nec tacitè poteſt approbare, nec 15
tractare de jure patronatus, & jure conferendi, ut ex ſua taciturnitate valeat inferri conſenſus, & approbatio ejuſdem obiter aſſeverati, & enunciati à Capellanis.

Et iterum, ſi capellaniam & beneficium à ſua 16
origine erectum in libertate, & abſque jure patronatus, non poteſt ipſemet Prælatus ex poſt facto illud ſubjicere juri patronatus, ut per Abbatem *in conſ.* 160. *n.* 4. *p.* 2. Rochum de Curte, *de jure patronat. in verb. pro eo quod quæſt.* 26. *n.* 34. Staphilæum *de litteris gratiæ titul. juris patronatus prærogativis n.* 3. *&* *n.* 4. Gigas *conſ.* 48. *n.* 21. *&* *conſ.* 49. *n.* 26. Boërius *conſ.* 4. *num.* 33. *l.* 2. quos refert, & ſequitur Rota *in una Maceratenſi beneficii* 5. *Julii* 1610. apud Farinacium *dec.* 311. *n.* 3. *part.* 2. *recent.* Barboſ. *de offic. & poteſt. Epiſcopi*, *allegat.* 70. à *n.* 35. Quanto igitur minus poterit Viſitator (etiam ſi poteſtatem ad tractandum de jure præſentandi haberet) conſentire in jure patronatus hujus capellaniæ, quæ ab origine ſuæ fundationis fuit creata in libertate, & abſque onere juris patronatus, ut latè fundatum, & comprobatum remanet ſuperiùs, *art.* 3. *per totum.*

Sed quando approbatio, & conſenſus Viſitatoris, ſive tacitus, ſive etiam expreſſus foret capax ad conſen-

conſentiendum, & aſſentiendum aſſertionibus Capellanorum, credens veras eſſe; apparendo hodie, illas fuiſſe falſas, & nullum jus patronatus
17 adfuiſſe; viſitatoris prætenſa approbatio ſub illa credulitate præſtita reſolvitur, & annullatur ex defectu conſenſus, nam conſenſus, & approbatio, & quælibet alia diſpoſitio facta, & inducta ſub aliqua cauſa, quæ creditur, & ſupponitur vera, quotieſcumque poſtmodum detegitur falſa, reſolvitur, & annullatur ex defectu conſenſus, qui non fuit adhibitus cauſæ veræ exiſtentis, juxta text. capitalem, *in l. poſt diviſionem, C. de juris & facti ignorant. lib. 3. §. ſubtilius ff. de conditionib. & demonſtrat. l. qui putat ff. de acquirend. hæreditat.* abundè videre eſt per Nos, *in Labyr. cred. 2. part. c. 10. ex n. 20. cum multis ſeq.* & latiùs 3. *part. c. 2. ex n. 88. cum ſeq.* quoniam actus geſtus ſub falſa credulitate non tenet, ſed vitiatur, Socinus Junior. *conſ. 89. n. 23.* Boërius *conſ. 15. n. 52. volum. 3.* Sord. *conſ. 107. n. 15.* Nos *dict. c. 10. ex n. 41. & ſeqq.* Et ideo conſenſus tacitus, vel expreſſus Viſitatoris quantumcumque poteſtatem ad id habentis, & credentis aſſertiones Capellanorum eſſe veras, poſt falſas detectas, nullius foret momenti.

---

## ARTICULUS X.

De differentia, quoad ſucceſſionem inter jus patronatus hæreditarium, & gentilitium.

Prætendens jus patronatus hæreditarium, tanquam gentilitium, nec poteſt obtinere in hæreditario, ob non deductam in judicio hanc cauſam aut ob hujus qualitatis defectum: nec in gentilitio, quia in fundatione non legitur ſcriptum.

### SUMMARIUM.

1 *Jus patronatus legitimè ab origine creatum, duplicis generis eſt; hæreditarium, aut gentilitium & n. 2. 3. & 4.*

5 *Juſpatronatus hæreditarium legitimè creatum juris diſpoſitione adquiritur hæredibus fundatoris, etiam nulla eorum facta mentione.*

6 *In jure patronatus hæreditario, alius cui deficit qualitas hæredis, ſuccedere non poteſt.*

7 *Filius, qui hæres non eſt, non ſuccedit in patronatu hæreditario.*

8 *Juſpatronatus gentilitium illud eſt, quod fundator expreſſè reliquit ſuæ familiæ.*

9 *Et tunc ſuccedit proximior conſanguineus de familia.*

10 *Qualitas juriſpatronatus hæreditarii, eſt naturalis, & à jure inducta.*

11 *Qualitas juriſpatronatus gentilitii eſt accidentalis ad nutum fundatoris.*

12 *Juſpatronatus in dubio potius præſumitur hæreditarium, quàm gentilitium.*

13 *Niſi contrarium clarè pateat ex tenore fundationis.*

14 *Juſpatronatus ſimpliciter creatum, nulla perſona vocata, fundari, & ejus hæredibus acquiſitum intelligitur.*

15 *Ad juris patronatus qualitatem agnoſcendam, tenor ſcripturæ fundationis erit attendendus.*

16 *Clauſula fundationis hujus capellaniæ inſeritur.*

17 *Juſpatronatus hæreditarium eſſe, & gentilitium contraria ſunt.*

18 *Ad judicii determinationem attenditur cauſa, & qualitas, ex qua quis jus ſuum deducit.*

19 *Juſpatronatus non ortum à principio fundationis hæres fundatoris conſequi non poteſt, cum non reperiatur hæreditate.*

20 *Hæres prætendens juſpatronatus hæreditarium, non deducens, nec probans qualitatem hæredis, ſuccumbit.*

21 *Sententia fieri nequit ſuper cauſa non deducta in judicio.*

22 *Juſpatronatus hæreditarium prætendens tanquam conſanguineus proximior, ac ſi fuiſſet gentilitium, non poteſt obtinere.*

23 *Habens jus utile, & efficax, quo omiſſo egit ex alio inutili, nec ex iſto, tanquam inutili, nec ex altero utili, quod non deduxit, poteſt obtinere.*

24 *Maritus, qui uti legitimus adminiſtrator uxoris potuit agere, & egit tanquam ejus procurator carens mandato, ex nulla qualitate obtinet, & n. 25. & 26.*

27 *Agens ad juſpatronatus hæreditarium, tanquam gentilitium ex cauſa conſanguinitatis, nec poteſt obtinere in hæreditario, ſi qualitate hæredis uſus non fuit, nec ex qualitate conſanguinitatis, quia gentilitium deficit.*

QUando vellemus ſupponere, hanc capellaniam à ſua origine fuiſſe creatam cum onere juris patronatus, & non ut liberam (quod fal- 1 ſum foret ex invincibiliter deductis ſuperiùs in *articulo 3. per totum*) adhuc impoſſibile foret, dictam D. Joannam potuiſſe obtinere, nec in lite vacationis proximè, & immediatè antecedentis, in qua præſentavit; nec in iſta hujus ultimæ vacationis; eo quod aggreſſa fuit unam viam abſque exitu, & unam cauſam, & actionem admodum exaſperatam.

Prætenſum fuit ab ipſa D. Joanna, & ſuis authoribus, præſentaſſe ad hanc capellaniam ea cau- 2 ſa, tanquam proximior ſit conſanguinea fundatrici, ex qua cauſa impoſſibile erat obtinere, nec illam, nec alios, qui huic cauſæ, & juri comparentes nitebantur. Ad cujus evidentiam ſupponi debet.

Jus patronatus creatum, & formatum cum 3 conſenſu, licentia, & approbatione Ordinarii Eccleſiaſtici (ita ut aliter, nec creari, nec formari poſſit, nec acquiri, ad tradita poſt quamplurimos Doctores, per Barboſ. *in Paſtorali, alleg. 70. ex n.* 4 2. & Nicol. Garciam *de benef. p. 5. c. 9. ex n. 171.*) dupliciter conſideratur, unum hæreditarium, alterum gentilitium, ſive familiæ relictum, expreſſa hac qualitate: *ex Doctoribus mox citandis.*

Hæreditarium jus patronatus legitimè creatum 5 tacitè adquiritur fundatori capellaniæ, ſuiſque hæredibus propriis, ſeu extraneis, quamvis eorum in fundatione, nulla mentio facta ſit, cum à jure tacitè ſint vocati ad juris patronatus ſucceſ- 6 ſionem (fundatoris voluntate non refragante) ad quod alius, qui careat hæredis qualitate ſucce-

ſuccedere non poteſt, *Clementin. plures, de jure patron. c. 3. de jure patron.* plurimâ DD. per Barboſ. *de univerſ. jur. Eccleſiaſt. l. 3. c. 12. ex n. 20. & in paſtorali, 3. part. allegat. 71. num. 3.* Nicol. Garcia, *ubi proximè, ex n. 62.* Lotterius *de re beneſ. l. 2. qu. 11. ex num. 3. cum ſeqq.* & optima deciſ. Rot. penes Farinac. *in poſthumis, tom. 1. dec. 265. num. 2. & 3.* & præter hos DD. plurimos alios cumulat Vivianus *de jure patronat. l. 4. cap. 2. ex n. 1.*

7 In tantum, quod nec filius admittitur ad hanc ſucceſſionem, de deficiente ſibi qualitate hæredis, Vivianus *de jure patronat. 1. part. l. 4. cap. 2. ex n. 8. cum ſeqq. & num. 41. & 42.* Beroius *de jure patronat. in Rubric. num. 22.* quod etiam explicat poſt Lambertin. & alios Covarr. *l. 2. variar. c. 18. n. 2. verſ. Secundo hinc evidenter.* quos refert, & ſequitur Lotterius *de re beneſ. l. 2. q. 11. num. 28.*

8 Jus autem familiare, & gentilitium illud eſt, quando fundator extra jus commune, expreſsè illud relinquit ſuis conſanguineis generationis ſuæ, quo caſu ſuccedit proximior ejus, ut ex aliis comprobat Barboſ. *dicto c. 12. ex num. 20. cum ſequentib.* Lotterius *l. 2. dict. quæſt. 11. ex n. 3. cum ſeqq.*

9 Vivianus *de jure patron. l. 4. cap. 2. ex n. 28. cum ſeqq. & 1. part. l. 1. cap. 3. n. 29.* Maſſobrinus *in praxi haben. concurſ. ad vacat. parochial. præludio 7. dubio 21. n. 54.* Rota penes Farinacium *in poſthumis t. 2. dec. 290. n. 1. 2. & 3.*

10 Et cum qualitas juris patronatus hæreditarii ſit naturalis & à jure inducta, ut ex plurimis
11 per Rotam penes Farin. *in poſthumis, tom. 2. deciſ. 287. num. 1.* ubi aliæ deciſiones ad id allegantur, qualitas autem juris patronatus gentilitii ſit accidentalis ad nutum fundatoris; ſtante quod clauſula fundationis ſit dubia, ex qua non clarè dedu-
12 ci poſſit, an jus patronatus ſit hæreditarium, an gentilitium; in dubio intelligendum erit eſſe potius hæreditarium, & non gentilitium, cum præſumatur fundator, ſe velle conformare cum juris communis diſpoſitione, niſi aliud contrarium clarè, & apertè conſtet ex fundationis tenore, quamplurimos Doctores, & Rotæ de-
13 ciſiones ad idem cumulant Barboſ. *de jure univerſ. Eccleſiaſt. lib. 3. cap. 12. quæſt. 12. n. 20. 21. & 22.* Rota penes Farinac. *in poſthum. tom. 1. deciſ. 492. num. 7.* ex Cardinal. Lambertin. & Covarruv. Rotæ *deciſ. 682. num. 7. in recent. Farinacii tom. 2.* quamplures Doctores refert eadem Rota *ibidem, deciſ. 707. num. 8.* Rota *deciſ. 94. penes Merlinum lib. 1.* quæ *num. 1.* ita ait: *Reſolutum fuit, jus patronatus eſſe hæreditarium, ſed tranſitorium ad quoſcumque hæredes, ubi de fundatione contrarium non doceatur, c. 1. c. cum ſæculum, & ibi Panormita. n. 34. de jure patronat. Clement. plures, ubi Cardinalis, quæſt. 6. & Ancharan. num. 7. & 11. eodem titulo Lambertinus de jure patron. 2. part. l. 1. quæſt. 2. n. 15. Covarruv. variar. reſolut. lib. 2. cap. 18. n. 6. Gabriel. conſ. 196. n. 5. l. 2. Rota deciſ. 707. n. 8. part. 1. & dec. 756. n. 1. p. 2. recent. ut fuit reſolutum in Urbinatenſi beneficii 28. Januarii 1613. coram Ubaldo, & in Florentin. Canonicatus 25. Maii 1616. coram Reverend. D. Buratto, &c.*

14 Unde infertur per neceſſariam conſequentiam, quod quando ſuper hac capellania daremus jus patronatus ex ſua origine (quod negatur) hoc præcisè deberet eſſe hæreditarium, & non gentilitium, ſeu familiare, cum ex tenore inſtrument. fundationis, non ſolum reperitur expreſſa vacatio familiæ (prout requirebatur ex hactenus comprobatis) ſed nec alterius perſonæ; quo caſu includitur perſona fundatoris, & ejus hæredum ut dictum eſt *ſupra, n. 5.* quando ſimpliciter fuit quæſitum; ita in iis terminis probat Vivianus *de jure patronat. lib. 4. cap. 2. ex num. 3.* qui *num. 4.* ita ait. *Si in inſtrumento fundationis nihil apparet de perſonis vocatis ad jus patronatus, ſed ſimpliciter conſtet eſſe erectum; tunc ea mente præſumitur erectum, ut ad illud non admittantur alii, quam hæredes fundatoris, ea ratione, quia ſtipulando aliquis pro ſe, intelligitur etiam pro ſuis hæredibus, quamvis de illis nulla facta fuerit mentio, &c.* ubi aliis fundamentis proſequitur.

Et cum ad cognoſcendum qualitatem juris pa- 15
tronatus, ſit præcisè attendendus tenor ſcripturæ fundationis, ut clarè indicant Doct. & Rotæ deciſiones paulò antea allegatæ, & alii plures quos ad idem adduximus *ſupra art. 3. n. 11.* & inſuper docet Rota penes Merlinum, *dec. 121.* quæ *n. 4.* ita ait: *Quoniam objectum procederet proviſionis ſi conſtitiſſet de contrario ſtatu anteriori,* & num. 5. ibi: *Præſumiturque non conſtito de contrario, ſtatum antiquum & de præterito beneficii eſſe ſimilem ultimo,* & num. 6. ibi: *Nec contradicit deciſio in Neapolitana 6. Decemb. 1615. coram Eminentiſſimo Cardin. Veroſpio, quia ibi ex publico inſtrumento fundationis apparebat, quod illa capellania erat ſimplex adminiſtratio bonorum, non autem beneficium, collativum, &c.* Atque ideo ut manifeſtè appareat nullum jus patronatus gentilitium adeſſe in hac capellania (nec etiam aliud) conveniens erit clauſulam fundationis ad litteram inſerere.

Clauſula Fundationis.

*MAndo, que por quanto yo tengo de mi hijo* 16
*Pedro Monte, que Dios aya, los bienes que le pertenecieron aver de ſu padre, que Dios aya, que dellos, y de los mios, que ſe haga toda la hazienda un cuerpo. Y el quinto de todo ello ſe de para una Capellania: è mando, que ſaquen dello la pia cauſa de mi anima, è mandas è lo otro, que lo den al Capellan que ſirviere la dicha Capellania, &c.*

Et cum hoc jus patronatus (ſuppoſita illius exi- 17
ſtentia à principio) debeat eſſe hæreditarium, miſerè partes adverſæ lapſæ ſunt, illud prætendentes tanquam gentilitium, quod eſt omnino contrarium, ut ex Baldo, & alia Rotæ deciſione dixit ipſa Rota *in d. dec. 287. n. 6. in poſthumis Farin.* Atque ideò improbè poterat D. Joanna obtinere in vacatione immediatè antecedente, nec in iſta obtinere, ſed jus, & ejus deſiderium fuit contemptum, & excluſum, cum in clauſula fundationis nulla legebatur vocatio familiæ, nec etiam 18
alterius perſonæ, ſed ſimplex capellaniæ fundatio: quoniam ad judicii determinationem non attenditur niſi illa cauſa, & qualitas, ex qua quis jus ſuum dicit in eo, & ex qua agit, prout altius probabitur ſtatim.

**Adſtringatur magis diſcurſus iſte, & ſuppona-** 19
**tur jus hæreditarium; & ſupponamus etiam, dict. D. Joannam Mariam, & ejus patrem eſſe filios, & deſcendentes fundatricis, & ejus hæredes (cùm**

verè

verè non ſint, ſolum enim prætendunt probare deſcendentiam ex quodam tranſverſali ejuſdem fundatricis, quæ deceſſit abſque filiis, & deſcendentibus; ) Adhuc foret impoſſibile de jure eos obtinere in illis litibus, nec uti hæredes, nec uti conſanguineos proximiores. Tum quia in hæreditate fundatricis nullum remanſit jus patronatus, quod non erat creatum, & ortum vivente illa ex defectu conſenſus Ordinarii, nec etiam fundatrici acquiſitum; quapropter per conſequens nullum jus patronatus aderat, quod poſſit in hæreditate
20 reperiri, ut *ſupr. art.* 3. *per tot.* & ſignanter de hoc, *n.*23. Tum etiam quia quando aliquod jus patronatus manſiſſet in hæreditate fundatricis, nec ipſa D. Joanna Maria, nec ejus pater, nec aſcendentes, hæredes fuerunt ejuſdem, & quando fortè fuiſſent ( quod negatur ) nec ipſa, nec ejus pater id allegarunt in hoc, & antecedenti judicio, nec unquam hanc qualitatem deduxere, & ex qua nunquam potuerunt obtinere, ſed ſuccumbere debuerunt cum præcisè debeat attendi cauſa & qualitas, ex qua quis agi, & deducit in judicium: ut ſunt jura expreſſa *in l. filius, qui patris* 42. *ff. de bonis libertor. l. ſi pater.* §. *qui duos*, ibi: *Facit etiam hoc quaſi quilibet, non quaſi avus, ff. de adoptionibus, l. debitor.* §. *fin. ad Trebellian.* ibi: *Quia non quaſi mater ex facto accepit. l. tutor petitus*, §. *quæ tutoribus. ff. de excuſatio. tutor.* ibi: *Cum judicium patris, ut filius, non ut tutor promeruerit, l. profectitia*, §. *Papinianus ff de jure dotium*, illic: *Magis eum quaſi patrem, quam quaſi curatorem feciſſe videri, l. qui duos, C. de conjungend. cum emancipat. lib.*

21 Unde fit, quod ſententia ferri nequit ſuper non deductis, nec petitis in judicio, *l. fin. C. de liberali cauſa, l. fin. C. de fideicommiſſar. libertatib.* & ibidem Bald. Cephal. *conſ.*136. *n.*14. Cavalcan. *deciſ.*23. *n.*11. D. Valençuel. Velaſq. *in conſ.* 26. *n.* 43. Scaccia *de appellationib. c.* 2. *quæſt.* 11. *n.* 33. cum ſententia debeat eſſe conformis libello, *l. non omnis, ff. ſi certum petat. Cap. licèt, Heli de ſimonia.*

Nec etiam potuerunt obtinere ex cauſa, & jure propinquitatis, & conſanguinitatis, quod ſolum
22 deduxerunt, & propoſuerunt, & cui nituntur: nam hoc jus ſemper fuit inutile, & vitioſum, & contrarium clauſulæ fundationis, prout ex ea hactenus fuit oſtenſum.

23 Unde in illam labuntur conſtantem doctrinam, quod quando quis habet unum jus utile, & legitimum; ex quo potuit juſtè agere, & obtinere, ſi eo omiſſo, & neglecto aliud inutile, & inefficax deducit in judicium nec poteſt ex iſto, tanquam inutili obtinere; nec ex illo utili quod tunc habebat, quia eo non fuit uſus, nec in judicium deduxit, juxta text. ſingularem *in l.* 3. §. *ſed ſi fortè ff. judicatum ſolvi*, ſingulariter probant Ludovic. Romanus *in conſ.*446. *& conſ.*496. *dubio* 10. quem ſequitur Maranta *de ordine judicior.* 4. *part. diſtinct.* 16. *n.*17. *fol. mihi* 242. Tiraquell. *de retractu linager.* §.10. *gloſſa unic. n.* 6. *&*
24 7. *fol.*173. & in noviori impreſſione. *fol.* 347. ubi multa exempla adducit, quod quando maritus tanquam talis, cum ſit legitimus adminiſtrator, potuit comparere in judicio, & eo jure, & qualitate omiſſa, comparuit tanquam procurator uxoris, qui in rei veritate carebat mandato: proceſſus, & judicium nullum redditur, nec ſanabitur ulla alia via legitimæ adminiſtrationis, & ſibi imputet agendo alia qualitate, & cauſa qua carebat, & loquendo in conjuncta perſona: idem etiam 25
tradunt Bald. & Salycetus *in l.* 1. *ille, column.*1. *verſ. Ulteriùs oppono*; Salycet. *column.*2. verſ. *Oppono, quo etiam*, & ibidem Anton. Alexand. *C. de procuratorib.* per ea quæ notat Gloſſ. *in l. ſi filius, in gloſſ. ultim. ff. qui ſatiſda. cogantur*, ipſe Bald. *in cap. nonnulli, col.*2. *verſ. Nota, ſi quis opponat, & ibi* Barbatia, Felinus *column.*14. *verſ. Limita ſecundo de reſcript.* Bald. *in cap. ex parte Decani, column.* 3. *verſic. Quod ſi conjuncta*, Alexand. & Jaſ. *in l. exigendi*, ille, *colum.* 2. *in ultima fallentia*, iſte, *col.* 3. *in* 6. *fallentia, C. de procuratoribus*, quos omnes congerimus, & ad idem ſequimur *in tractatu de protection. Regia*, 4. *part. cap.*8. *ex n.*270. *cum ſeqq.* Et iterum, quando quis habet jus utile, & legitimum ad agendum & agit ex alio jure, & cauſa inutili, actus non ſuſtinetur ex utili tunc exiſtente, ſed vitiatur ex jure inutili, quo fuit uſus; abundantiſſimè Noſmet, *in Labyrint. cre-* 26
*ditor.* 2. *p. c.*13. *ex n.*33. *cum multis ſeqq.* & accuratiùs, *in tr. de ſupplicat. ad Sanctiſſ.* 2. *part. c.*12. *ex n.*25. *cum ſeqq.*

Igitur, quantumcumque daretur caſus exiſten- 27
tiæ juris patronatus hæreditarii in hac capellaniæ fundatione, & D. Joannæ Mariæ, ſuiſque prædeceſſoribus, tanquam hæredibus fundatricis pertinere; cùm ipſa, nec pater ſuus in hac lite, & præcedentis vacationis, hac qualitate, & jure uſi non fuerunt, nec illud in judicium allegarunt, nec deduxerunt unquam (quo re vera carebant, ut ſuperius tactum fuit) ſed ſolum allegaverunt, & niſi fuerunt juri conſanguinitatis & proximitatis, reſpicienti, & indicanti jus patronatus gentilitium, & familiare, relictum conſanguineis ipſius fundatricis, nunquam potuerunt obtinere in præfatis litibus; non ex qualitate, & cauſa hæreditarii, quia illam nunquam in judicium deduxere, imò illa prorſus carebant: non ex qualitate patronatus gentilitii, ad quam ſe reſtrinxere, quia inutilis, & vitioſa eſt, & omnino aliena à mente, & litera inſtrumenti fundationis, & prorſus improbabilis, prout ex argumento cornuto *hoc art.* 10. adnotatur evidenter.

Quæ omnia ſuperflua ſunt, cum hujus capellaniæ fundatione nullum adfuit jus patronatus à ſua origine, nec hæreditarium, & multo minus gentilitium: ſed pro majori juſtificatione illud ſupponitur.

---

## ARTICULUS XI.

Ad jus patronatus hæreditarium ſi fuit præſentatum tanquam gentilitium per conſanguineos proximiores, familiare præſumitur, dum de fundatione contrarium non apparet.

At ſemper quod ex fundatione docetur hæreditarium, & non gentilitium eſſe, reducitur ad ſuum ſtatum originalem, qualibet quaſi poſſeſſione antiqua contraria non refragante.

### SUMMARIUM.

1 *Juſpatronatus hæreditarium ex obſervantia ſubſequuta præſentandi per conſanguineos proximiores*

*miores præſumitur gentilitium.*

2 *Si ex fundationis tenore apparet eſſe hæreditarium, ad eam qualitatem reducitur, plurimis præſentationibus contrariis non obſtantibus.*

*Vel etiam è contra, ibid.*

3 *Alienatio rei Eccleſiæ minus ſolemniter facta, ſi per 30. vel 40. annos, pacificè poſſideatur, præſumitur beneplacitum S. A. interveniſſe.*

4 *Sed iſta præſumptio ſolum durat interim, quod de contrario non appareat ex inſtrumenti inſpectione.*

5 *In unione beneficiorum poſt triginta annos, cum quieta poſſeſſione, conſenſus Capituli præſumitur interveniſſe.*

6 *Conſtito per inſtrumentum unionis non interveniſſe conſenſum Capituli, præſumptio ceſſat, & unio reſolvitur.*

7 *Præſumptio cedit veritati.*

8 *Jus patronatus, quam plurimis annis poſſeſſum à conſanguineis tanquam gentilitium, conſtito ex inſtrumento fundationis eſſe hæreditarium, pluries reduxit Rota ad ſuam qualitatem primævam.*

9 *Si patronatus eſt hæreditarius, nunquam alius, tanquam conſanguineus admittitur.*

10 *Quaſi poſſeſſionem centum quadraginta annorum præſentandi ad beneficium per conſanguineos rejecit Rota, conſtito ex fundationis inſtrumento, eſſe juris patronatus hæreditarii & non gentilitii, & n. 11.*

12 *Semper, quod ex inſtrumento fundationis appareat beneficium fuiſſe erectum cum libertate, nec immemorialis quaſi poſſeſſio contraria ſuffragatur.*

13 *Jus patronatus gentilitium poſſeſſum tanquam hæreditarium conſtito ex fundatione eſſe gentilitium, quaſi poſſeſſionem contrariam contempſit Rota, & n. 14.*

15 *Poſſidentis animus applicatus ad rem cum ſua qualitate; hac deficiente, non remanet ſubjectum cui applicetur illa poſſeſſio.*

16 *Diverſa eſt poſſeſſio rei qualificatæ, alia, & diverſa poſſeſſio rei ſimplicis ſine qualitate.*

17 *Conſtito de non qualitate rei, quam ſub qualitate quis erroneè poſſidebat, nullum ei jus ex tali poſſeſſione quæritur.*

18 *Res qualificata diverſæ naturæ, & ſpeciei eſt, cujus ſimplex.*

19 *Qualitate rei poſſeſſa extincta extinguitur poſſeſſio, & nec tranſit ad ſimplicem tanquam rem diverſam.*

20 *De una quaſi poſſeſſione unius rei non bene infertur ad aliam rem diverſam.*

21 *De una re ad aliam poſſeſſio non migrat.*

QUamvis verum ſit quod jus patronatus hæ-
1 reditarium ex obſervantia ſubſequuta ad il-
lud præſentandi per conſanguineos proximiores,
præſumatur gentilitium, & familiare, ut per No-
guerol. *allegat.28. n.34. ex Viviano, & Cyarlino.*
Hoc procedit & tantum locum habet interim
dum ex fundationis inſtrumento non docetur,
& apparet contrarium.

At verò ſemper, quod ex ea conſtat veritas,
2 non eſſe familiare, ſed hæreditarium, vel è contrà,
jus ipſum patronatus reducitur ad ſuam primitivam
naturam, quam alterare non poſſunt quamplures
præſentationes contrariæ antecedentes,
prout pluries determinavit Rota in his terminis,
allegans plures Doctores, de quo ſuprà
*articul. 3. & articul. 4.* latè adducuntur.

Ultra quæ, ulteriùs de hoc particulariter hìc 3
tractandum, & comprobatur exemplo alienationum
bonorum Eccleſiæ, quæ minus ſolemniter
fuere alienata, ſi per triginta vel quadraginta annos
pacificè poſſideantur; præſumitur interveniſſe
beneplacitum Sedis Apoſtolicæ. Sed hæc 4
præſumptio ſolum durat interim dum de contrario
non docetur. At ſi ex inſtrumenti tenore,
& inſpectione contrarium apparet, evaneſcit præſumptio,
Bellacomba *tom. 2. commun. opinion. lib.
7. tit. 14. n. 229.* Menochius *de præſumptionib.
lib.3. quæſt. 132. n. 79.* Maſcardus *de probationib.
concluſio. 1140. n.25. & concl. 232. à n. 33.* Peregrinus
*de jure fiſci, l.6. tit.8. n.25.* Gratianus *diſceptat.
forenſ. cap. 268. n. 4.* Valaſcus *conſultat.
161. n. 20.* Caldas Pereira *de emptio. & venditio.
cap.34. n.40.* latè Barboſ. *in paſtorali, tom.2. allegat.
95. n.72. & 73.*

Quod alio ſimili comprobatur. In unione be- 5
neficiorum requiritur conſenſus Capituli, qui
conſenſus poſt triginta annos poſſeſſionis, & obſervantiæ
præſumitur interveniſſe, iſta tamen præſumptio
tamdiu durat, quandiu ex inſtrumento
unionis contrarium non apparet, poſtquam autem
ex eo conſtiterit talem conſenſum non interveniſſe;
præſumptio ceſſat unio redditur nulla, 6
& beneficium unitum recuperat ſuam priorem
libertatem, & ſtatum, Craveta *de antiquitat.
tempor. 3. part. ſection. 1, limitat.7. n. 26.* Cacheranus
*deciſ. Pedemontana 273.* Petrus Surdus *de
aliment. tit. 8. privilegio 22. n. 10.* Nicol. Garcia
*de benef. part. 12. cap. 2. n. 188. & 189.* Vivianus
*de jure patronat. 3. p. l. 14. cap. 5. ex n. 54.
& ſeqq.*

Nam poſtquam de veritate apparet, nihil eſt 7
de præſumptione curandum, quia præſumptio
cedit veritati, *l. nuptura filio, ff. de jure dotium,
l. fin. in principio ff. de eo quod met. cauſa. l. cum
de indebito, ff. de probationib.*

Sed accedendo ad terminos individuales noſtri
præſentis caſus, elegantiſſima eſt Rotæ deci- 8
ſio, penes Farinac. 53. *in recent. fol. 44. tom. 1.*
qua adducuntur plures Doctores, & aliæ duæ
Rotæ deciſiones loquentes in eodem caſu, in qua
per multos annos antecedentes quidam Duces,
poſſeſſores unius ſtatus, & majoratus, tanquam
deſcendentes legitimi à fundatore cujuſdam capellaniæ,
ad eam præſentabant: at ultimo poſſeſſori,
volenti continuare quaſi poſſeſſionem quæſitam
à ſuis anteceſſoribus; & præſentanti, tanquam
ſtatus legitimo poſſeſſori, mota fuit lis,
ſibi tale jus non pertinere, cùm jus patronatus
non eſſet gentilitium, ſed hæreditarium in ſui crea- 9
tione; prout apparebat ex inſtrumento fundationis
capellaniæ, quo conſtito, fuit victus, ſpretaque
ejus præſentatio, ut in *dict. deciſ. num. 3.*
ita determinante in hæc: *Et ceſſat difficultas;
quia inſtrumentum fundationis loquitur de reſervatione
juris præſentandi pro Joanne de Langoniſa
fundatore, & hæredibus ſuis, & ſic non ſuffragatur
moderno Duci, & ejus prædeceſſoribus qui ab
anno 1460. circa, præſentaverunt; & non conſtat,
jure hæreditario ſucceſſiſſe prædicto Joanni fundatori
c. 1. ubi Abbas n.3. de jure patronat. Archidiaconus
in capit. plures, n. 4. verſ. Sed pono 1697.
Bald. conſ.409. n.1. l.2.* Ancharanus *conſ.42. n.2.*
Cardina. *conſ. 122. n.2.* Alexand. *conſ. 73. num.
l. 8.* tenuit Rota coram illuſtriſſimo Mantica *in
una Bracarenſi Parochialis ſub die 24. Februarii;*

& ite

& iterum *die* 1. *Julii* 1592. & per hanc Rotæ deciſionem rectè infert Lotterius *de re benef. lib.* 2. *quæſt.* 11. *n.* 46. quod nunquam admittitur conſanguineus de familia, ſi beneficium juris fuerit patronatum hæreditarii.

10 Sed prædictam deciſionem 53. ad unum utiliſſimum, concernens, & adaptabile noſtro caſui hujus litis, ponderare debemus: illud nempe (quod & nota digniſſimum ſit) quod centum & quadraginta duo anni quaſi poſſeſſionis præſentandi acquiſitæ per poſſeſſores anteceſſores illius Ducatus, tanquam proximiores conſanguinei fundatoris, quia ab anno 1460. conſtitit de ſua poſſeſſione ex jure patronatus gentilitio; ut in *dict. dec.* 53. expreſsè dicitur, & notatur, uſque ad annum 1602. quo emanavit dicta deciſio, prout teſtatur ipſe Farinacius *in ſupraſcriptione ejuſdem deciſionis*, ex quo facta temporis computatione apparet dictam quaſi poſſeſſionem cucurriſſe continuativè per dictos centum quadraginta & duos annos, poſt quos conſtito ex fundationis inſtrumento, jus patronatus non eſſe gentilitium, ſed hæreditarium, contempta tam longa, & continuata quaſi poſſeſſione præſentandi; fuit per dictam deciſionem jus patronatus redactum ad ſuum principium hæreditarium: cum qua deciſione concordant in hoc aliæ duæ relatæ in *eadem deciſione* 53. & citatæ pro eiſdem terminis.

11 Quæ tres deciſiones Rotæ belliſſimæ ſunt, ad totalem ſubverſionem intentionis D. Joannæ, ac ſuorum anteceſſorum, prætendentis habere quaſi poſſeſſionem juris patronatus gentilitii, cum contrarium clarè appareat ex tenore inſtrumenti fundationis, quo nec patronatus hæreditarium legitur, nec vocatio alicujus perſonæ ſucceſſionem, ſed ſimpliciſſima quædam erectio hujus capellaniæ; ut latiùs remanet adnotatum ſuperiùs *in articulo antecedenti* 10.

12 Quibus Rotæ deciſionibus mirabiliter conſonant aliæ plures, nec non Magna Doctorum caterva, de quibus ampliſſimè fit mentio *in art.* 3. *per totum*, affirmantium, longiſſimam quaſi poſſeſſionem juris præſentandi, etiam immemorialem non ſuffragari, ſemper, quod ex tenore fundationis apparuerit, nullum adfuiſſe jus patronatus creatum à principio.

13 Præfatæ tres deciſiones Rotæ loquentes de quaſi poſſeſſione præſentandi ad capellaniam, ex capite juris patronatus gentilitii contemnenda, conſtito illud fuiſſe hæreditarium, æqualiter procedunt; è converſo, quando jus patronatus gentilitium ab aliquo poſſidetur tanquam hæreditarium, quod, conſtito eſſe gentilitium, ad ſuam originem, & priorem ſtatum reducatur; prout firmat optima Rotæ deciſio 290. *in Poſthumis Farinacii*, *t.* 2. quæ *n.* 1. 2. *&* 3. ita ait: *Domini reſolverunt, jus patronatus de quo agitur, ſpectare ad agnatos hæredes non tamen ad hæredes bonorum ex teſtamento, & movebantur ex tenore fundationis (quæ potiſſimum in hac materia attendi debet Bald. in l.* 2. *in principio, C. de in jus vocando, Lambertinus de jure patronat. l.* 2. *art.* 2. *quæſtionis principalis, n.* 2. *Barbatia conſ.* 33. *n.*8. *lib.* 2. *Peregrinus conſ.* 33. *num.* 12. *l.* 1.) *fundator enim declaravit expreſsè ſe conſtituere hoc jus patronatus perpetuum ſuæ agnationi, unde illud non poteſt hæredibus bonorum competere, cum illis deficit qualitas agnationis requiſita à fundatore, ſine qua non poſſunt eſſe patroni, Lambertin. ubi ſupra,* 8. *articul.* 2. *quæſtionis principalis n.* 1. *Rochus de Curte eodem tractat. verb. ipſe, vel is, n.* 73. *Gabriel in conſ.* 196. *n.* 4. *l.* 1. *&c.* quæ ulteriùs ad alia in comprobationem progreditur.

Ex quibus omnibus infallibiliter infertur, quaſcumque quaſi poſſeſſiones D. Joannæ Mariæ, & ejus anteceſſorum (ſi aliquam adquirere potuerint, quin ex variis juris capitibus deſtructæ remaneant prorſus ſuperiùs *in articulo* 4. *per totum*) ſub falſa ſuppoſitione, & erronea patronatus gentilitii, cujus contrarium ex tenore fundationis apertè conſtat, non ſolum non adeſſe creatum jus patronatus gentilitium, verum nec etiam hæreditarium; admodum juri conforme fuit, reducere hanc capellaniam ad ſuum priorem libertatis ſtatum, in qua ex ſua origine erecta fuit; declarando per ſententias in hac, & in antecedente vacatione immediata, ejus proviſionem ad Ordinarium ſpectare. 14

Omnium inſuper prædictorum ratio eſt clara; nam cum animus poſſidendi ſit applicatum juri patronatus cum qualitate gentilitii, qualitate hac deficiente extinguitur quaſi poſſeſſio, quæ reſtricta ad unam rem qualificatam, deficiente, vel mutata qualitate, non remanet ſubjectum, in quo ipſa poſſeſſio poſſit ſubſiſtere; cum alia ſit res diverſa, ſuper qua poſſeſſio quæſita non fuit atque alia, & diverſa fuerit poſſeſſio rei qualificatæ; ita eleganter probat Rota in *dec.* 646. poſt tractatum *de manutent.* Ludovic. Poſth. quæ *nu.* 14. *& n.* 15. ita ait: *Quoties enim mutatur qualitas, vel nova ſupervenit non datur mandatum de manutenendo, quia altera eſt poſſeſſio ante ſupervenientem qualitatem, alia poſt illam, ut fuit dictum in Placentina donationis ſeu proviſionis* 20. *Junii coram Guiptio & debet intelligi, rebus ſic ſtantibus, ut ibi dicitur, &c.* Et relativè ad has deciſiones idem firmat Poſth. *dict. tract. de manutent. obſervat.* 73. *n.*47. *&* 48. qui per *plurimos n. ſequentes*, multas applicat doctrinas admodum conducibiles. 15 16

Semper igitur, quod conſtiterit, alteratam eſſe qualitatem rei, quam ſub qualitate, & cum ea quis poſſidebat, ſeu conſtito non adfuiſſe qualitatem, ſed erroneè ſupponebatur à poſſidente, nullum ei jus ex ſua erronea poſſeſſione adquiritur: pulchrè in propoſito adeſt Rotæ *deciſ.* 186. *ex num.* 12. inter congeſtas à Ludovic. Poſth. *poſt tractat. de manutent.* in hæc verba: *Domini reſponderunt, inde non aliud inferri poſſe, niſi errorem tam Epiſcopi, quàm etiam Capituli putantium, tales Vicarias eſſe de jure patron. Eccleſiaſtico, qua caſu fuiſſent quidem conferendæ per concurſum. Verum cum de tali jure patronatus nunquam conſtiterit, nec hodie etiam conſtet: ſed de ſimplici unione Eccleſiarum parochialium facta Capitulo cum facultate nominandi Vicarios, juxta conſtitutionem Pii Quinti: non potuit hic error conſtituere Epiſcopum in legitima, & manutenibili quaſi poſſeſſione conferendi Vicarias prædictas liberè per concurſum, non expectata nominatione Capituli, actus enim erronei conſenſu carere dicuntur, &c.* 17

Nam quemadmodum res qualificata diverſa eſt à ſimplici non qualificata, & diverſæ naturæ, & ſpeciei, juxta text. in §. *præterea Inſtitut. de inutilibus ſtipulation. cap. cum Marthæ*, §. *quæſiſti, de celebratio. Miſſar. cap. ſtatutum, de electión. lib.* 6. Menochius *conſ.* 35. *num.* 13. *& de recuperand. poſſeſſ. remed.* 6. *n.*8. Surdus *dec.* 2. *n.* 9. *& conſ.* 179. *num.* 40. *& conſ.* 202. *num.* 8. Gratian. 18

*diſceptation. tom.* 5. *cap.* 854. *n.* 52. *& cap.* 936. *n.* 24. Mangilius *de imputationib. quæſt.* 176. *nu.* 4. Scaccia *de commerc.* §. 7. *gloſſ.* 5. *n.* 159. Nihil mirum extingui quaſi poſſeſſionem, extincta qualitate, nec remanere in re diverſa, nec tranſire, nec remanere in re diverſa, & diverſæ naturæ, ac ſpeciei: latè Petrus Surdus *in conſ.* 135. *ex n.* 63. *cum ſeqq. l.* 1. Ludovi. Poſthius *de manutent. obſervat.* 73. *ex n.* 99. *cum multis ſeqq.*

20 Cum de una poſſeſſione, ſeu quaſi poſſeſſione unius rei non bene inferatur ad aliam diverſam, Rota *in Meſſan. penſionis coram Juſto dec.* 379. *n.* 3. *& in eadem cauſa, coram Penia, dec.* 386. *n.* 3. *& dec.* 647. *poſt tract. de manutent. Poſthii* Burattus *deciſ.* 427. *n.* 3. ipſe Poſth. *obſerv.* 73. *n.* 10.
21 quia de una re ad aliam, poſſeſſio non migrat: juxta doctrinam gloſſæ *in l.* 3. *in princip. ff. de acquirend. poſſeſſ.* quam ſequitur Bart. *ibidem, n.* 4. Alexan. *n.* 15. Jaſon. *n.* 3. Pariſius *in conſ.* 37. *n.* 17. *l.* 1. quare talis poſſeſſio ſub qualitate quæſita, nec prodeſt rei qualificatæ ob defectum qualitatis; nec ſimplici tanquam diverſæ, hujus articuli comprobatio ulterius continuatur in *artic.* 12. *proximè ſequenti.*

## ARTICULUS XII.

Error in apprehenſione poſſeſſionis reſpiciens titulum, & cauſam poſſidendi, quamvis juris effectibus careat in judicio proprietatis; prodeſt tamen ad judicium manutentionis.

Error, & falſa cauſa in apprehenſione poſſeſſionis reſpiciens ipſam rem nec ſuffragatur in judicio plenario, nec in ſummariſſimo manutentionis.

### SUMMARIUM.

1 *Quaſi poſſeſſio apprehenſa per errorem reſpicientem cauſam poſſidendi, licet quoad petitorium ſit vitioſa, quoad judicium manutentionis ſuffragatur, & n.* 2.

3 *Quaſi poſſeſſio præſentandi quantumvis legitimè quæſita inter compatronos, nullatenus ſuffragatur contra Ordinarium, nec in petitorio, nec in poſſeſſorio ſummariſſimo.*

4 *Error & falſa cauſa tangens ipſammet rem, impedit poſſeſſionis adquiſitionem, quoad omnes juris effectus, tam in petitorio, quàm in manutentione.*

5 *Quaſi poſſeſſio juris præſentandi ad beneficium, tanquam gentilitii cùm non ſit tale, erronea eſt, & ex falſa cauſa tangente ipſammet rem, ad nullum judicium prodeſt.*

6 *Actus geſtus ſub aliqua qualitate, iſta deficiente, actus corruit.*

7 *In comprobationem ſupra dictorum adducitur bona Rotæ deciſio.*

IN corroborationem eorum, quæ in *articulo antecedenti* ſcripta remanent, alia utilia non omittenda, rei, de qua agitur, admodum conducibilia, deducenda ex mirabili quadam theorica tendente ſimiliter ad deſtructionem quaſi poſſeſſionis prætenſæ per D. Joannam Mariam; quaſi poſſeſſio etenim apprehenſa per errorem reſpicientem titulum, & cauſam poſſidendi, ut exemplo apprehendentis poſſeſſionem hæreditatis tanquam ab inteſtato ſibi delatæ cum deberet apprehendere ex teſtamento, quamvis hæc poſſeſſio, quoad juris effectus vitioſa dicatur, circa judicium proprietatis; quia inutilis & inefficax, non attenditur eo in judicio; tamen quoad judicium manutentionis ſuffragatur, quia in eo ſolum attenditur exiſtentia in re, & de facto eam teneri; & ſic ſola detentatio ſufficit ad obtinendum in eo judicio manutentionis: ſic diſtinguit poſt alios Gratianus *diſceptat.* 113. *n.* 9. 10. *& n.* 6. Petrus Surdus *in conſ.* 43. *ex n.* 10. *cum ſeqq.* & per plures Doctores, & Rotæ deciſiones obſervat Oliverius Beltraminius ad Alexand. Ludoviſ. *deciſ.* 283. *n.* 7. Poſthius *de manutentione, obſervat.* 64. *n.* 12. bona deciſio Rotæ inter recollectas per Poſthium 349. *n.* 1. *cum ſeqq.* illic: *Non obſtat, quod de falſa cauſa dicitur: quia hoc reſpicit petitorium, an bona ſint devoluta ad Eccleſiam, vel non, ut fuit reſolutum ſub die* 20. *Novembris anni præteriti, verſ. Ultimo non obſtat, quod fuerit, &c.* Et iterum ibidem: *Sufficit D. Epiſcopo docere de detentatione, nec enim de proprietate, aut poſſeſſione plenè diſcuti debet, ut per Paulum conſ.* 3. *volum.* 2. *Neviſanum conſ.* 8. *n.* 3. *Laurentium Sylvanum conſ.* 27. *n.* 5. *Covarru. l.* 1. *practicar. c.* 17. *n.* 3. *verſ. Sic ſane, quod ipſe probat efficaci ratione Juriſconſulti, in l. Rutilius Regulus: ubi Caſtrenſ. n.* 5. *ff. de donationibus.* 1 2

Hac tamen adnotatione, & limitatione adhibita, ut hæc quaſi poſſeſſio, nec etiam alia quævis poſſeſſio legitimè quæſita inter compatronos nil prodeſt nec ſuffragatur contra Ordinarium comparentem, & contendentem de exiſtentia juris patronatus, & libertate capellaniæ, etiam in judicio ſummariſſimo manutentionis, prout abunde fuit probatum ſuperius in *articulo* 4. *prope principium, ex num.* 2. *& ſeqq. verſ. At verò quoties dubitatur, &c.* & plurimi alii Doctores id probant, cumulati inferius in *arti.* 14. *num.* 8. ita ut hoc diſtinctionis membrum in nihilo officiat juri Ordinarii agentis de libertate beneficii. 3

At verò quoties error, & falſa cauſa tangit factum ipſum, cadit ſuper ipſammet rem, cujus fuit apprehenſa poſſeſſio, hæc adeo inutilis & inefficax eſt, ut nec etiam ad judicium ſummariſſimum manutentionis profit poſſidenti; hanc theoricam ſingularem probat Rota *in deciſion.* 74. inter recollectas per Ludov. Poſth. *poſt tractat. de manutent. ex n.* 14. quæ *ex n.* 18. ita loquitur in hæc. *Præterea quidquid dicendum ſit, quando falſitas verſatur circa factum, quo caſu putans capere poſſeſſionem unius fundi, non acquirit poſſeſſionem alterius fundi, in quo immiſſus fuit l. ſi me in vacuam ff. de acquirend. poſſeſſione: Tamen falſitas, qua non reſpicit factum, ſed tantùm verſatur circa cauſam poſſeſſionis, non impedit acquiſitionem, quia non deficit voluntas poſſidendi, licet potius ex una cauſa, quàm ex alia, l.* 2. *§. ſi à pupillo, l. quod vulgo ff. pro emptore: & facit l. cum in corpus, ff. de acquirend. rerum domin. & notatur per Barboſ. & Jaſon in l. ſi is ad quem ff. de acquiren. hæredita. & licet iſta poſſeſſio non ſit conſiderabilis quoad effectum juris, ut illa non dicatur juſta poſſeſſio, nec producat juris effectum, ut loquuntur Doctores in contrarium allegati: ſecus tamen eſt, quoad effectum facti, ut ingrediens dicatur eſſe in poſſeſſione,* 4

*ſione, vel detentatione: quod poteſt probari exemplo Bald. in dict. conſ. 135. de miſſo in poſſeſſionem à judice nulliter procedente, contra quam poſſeſſionem datur actio ſpolii: Doctores communiter in l. juſtè poſſidet ff. de acquirend. poſſeſſ. latè Aimon Craveta, in conſ. 188. n. 8. ubi latius proſequitur. &c.*

5 Et cum quaſi poſſeſſio præſentandi ad hanc capellaniam apprehenſa per anteceſſores D. Joan. fuerit erronea, & ex falſa cauſa tangente ipſam capellaniam, & jus præſentandi ad illam, putantes eſſe juris patronatus, cum ſit libera, putantes etiam eſſe juris patronatus gentilitii, & ſub hac qualitate, cum adhuc nec ſit hæreditarium, & ad illud animum ſuum limitativè applicaverint, ſequitur ut cum fuerit erratum in ipſa re, cum non adſit jus patronatus qualificatum, quaſi poſſeſſio eorum inutilis, & inefficax ſit, quia alia res eſt res qualificata, diverſæ naturæ, & ſpeciale differens à ſimplici, ut latius dictum eſt *articulo antecedenti*, & Capellania reperta abſque qualitate à poſſeſſoribus ſuppoſita, poſſeſſio eorum quaſi inefficax evaneſcit quoad omnes juris effectus tam in petitorio, quàm in ſummariſſimo judicio manutentionis, cum erratum fuerit circa ipſam rem.

6 Quoniam actus geſtus ſub aliqua qualitate, iſta deficiente, actus corruit, ut per plura jura tradita Aymon. Craveta *in conſ.* 102. *n.* 13. Dom. Valençuela Velaſquez *in conſ.* 112. *à n.* 77. *& ſeqq. tom.* 2. Et quia actus ſub aliqua qualitatem, & ſuos terminos non egreditur: per plura jura, & Doctores adductos per Nos *in Labyrinth. credito. 2. part. cap.* 10. *ex n.* 40.

7 Et ulterius ad propoſitum benè urget Rotæ *dec. anni* 1602. ad litteram adducta per Auguſtin. Barboſ. *in paſtorali, tom.* 2. *in verſ. Quantum attinet, n.* 26. ita diſponit: *Quantum attinet ad ſecundam difficultatem, aliqui ex Dominis dicebant, quod ad effectum poſſeſſionis ſufficit, quod œconomi deputati acceperint poſſeſſionem, etiam de facto, ad effectum ut dicantur eſſe in poſſeſſione, ſeu detentatione, Bald. &c.* ſequitur, & facit: *Cæterum reſpondebatur ab aliis Dominis, quod concluſio procederet, ſi œconomi voluiſſent acquirere poſſeſſionem, nedum nomine Seminarii, ſed etiam nomine proprio, quia iſto caſu falſitas verſatur circa cauſam poſſeſſionis, quare non impediret poſſeſſionem, quia non deficeret voluntas poſſidendi; aut nomine proprio, aut nomine Seminarii, l. 2. §. ſi à pupillo, l. quod vulgo. ff. pro emptore: & facit text. in l. cum in corpus ff. de acquir. rer. domin. prout Bart. & Jaſ. in l. ſi is ad quem: ff. acquirend. hæredit. & fuit dictum in cauſa Macerat. hæreditatis 4. Junii 1590. coram Cardinal. Pamphilio, ſed in hoc caſu, ſi Seminarium non erat erectum, quia pueri nondum erant introducti, non poterant œconomi adquirere quaſi poſſeſſionem, quia noluerunt adquirere nomine proprio: ſed nomine Seminarii, quod cum non ſit erectum, poſſeſſio eſt ex falſa cauſa circa factum, hoc eſt ſuper exiſtentia Seminarii, & ideo eſt nullius conſiderationis, nec producit juris effectus, l. 1. §. hæc verba ff. ne vis fiat ei. Bald. d. conſ. 135. n. 2. Portius Imola conſ. 74. n. 11. & facit text. ſi me in vacuam, &c.* hactenus de ſingulari deciſione, quæ non ſolum eſt applicabilis defectui qualitatis patronatus gentilitii, ſed etiam ipſi juri patronatus nunquam creato, nec nato; de quo abunde ſuperius.

---

## ARTICULUS XIII.

Conſenſus Ordinarii requiſitus ſimul cum fundatione Capellaniæ ut acquiratur jus patronatus; nullatenus inducitur ex admiſſione præſentationum, & inſtitutione facta poſtmodum per Ordinarium ipſum.

### SUMMARIUM.

1 *Ad acquirendum jus patronatus cum fundatione requiritur conſenſus Ordinarii, aliter Capellania cum libertate creatur.*

2 *Conſenſus Ordinarii ad creandum jus patronatus an tacitè inducatur ex admiſſione præſentationum, & num. ſeqq.*

3 *Et induci, qui tenuerunt.*

4 *Si ex admiſſione præſentationum induceretur conſenſus Ordinarii ad noviter creandum jus patronatus, multæ Rotæ deciſiones, & communes Doctorum opiniones ſubverterentur.*

5 *Ordinarius poteſt quandocumque de libertate beneficii agere, non obſtantibus quibuslibet præſentationibus admiſſis per Ordinarium.*

6 *Ad quaſi poſſeſſionem præſentandi adquirendam requiritur præſentatio, admiſſio Ordinarii; inſtitutio præſentati, & beneficii, poſſeſſionis apprehenſio.*

7 *Omnibus præſentationibus admiſſis præcedentibus, non impeditur Ordinarius agere de non exiſtentia juris patronatus in erectione beneficii, & n. 8.*

*Si ex admiſſione præſentationum induceretur conſenſus Ordinarii ad noviter creandum jus patronatus: ſemper ſibi obſtaret agenti quandocumque, de non exiſtentia juris patronatus: Sed ei non obſtant qualeſcumque præſentationes admiſſæ; ergo ex eis induci nequit conſenſus ad novum ortum juris patronatus, & n. 9.*

10 *Præſentationum admiſſio ſolum operatur, & prodeſt ad adquirendam quaſi poſſeſſionem juris præſentandi abſque contractu ipſius juris patronatus.*

11 *Aliud eſt jus præſentandi, aliud jus ipſum patronatus, & poteſt jus præſentandi eſſe apud unum, & jus ipſum patronatus apud alium.*

*Et de uno ad aliud non poteſt fieri illatio, nec argumentum, ibid.*

12 *Poteſt quis donare jus præſentandi, retento ſibi jure patronatus.*

13 *Jus præſentandi ſolum reſpicit judicium poſſeſſorium: jus patronatus petitorium.*

14 *Conſenſus, qui inducitur ex aliquo actu, ad illum ſe reſtringit, & illum non egreditur.*

15 *Conſenſus præſtitus ab Ordinario ad jus præſentandi, nequit extendi ad jus patronatus.*

16 *Defectum fundationis non continentis jus patronatus ſi ignorat Ordinarius, approbatio corruit ex defectu conſenſus.*

17 *Etiam per mille actus inducentes ratificationem, & approbationem, conſenſus ignorantis non inducitur.*

18 *Papa conferens alicui beneficium alias incapaci,*

*paci, ſi defectum ignorat, non intelligitur diſpenſare.*

19 *Admiſſio præſentationum facta ab Ordinario ſub falſa credulitate exiſtentiæ juris patronatus, corruit detecta falſitate.*

20 *Ordinarius ſi ſciret non adeſſe jus patronatus, non eſt credendum velle illud noviter creare, & n. 21.*

22 *Ordinario atteſtanti aliquod beneficium eſſe juris patronatus non creditur.*

23 *Capellaniam creatam in libertate non poteſt poſtmodum Ordinarius ſubjicere juri patronatus.*

24 *Aſſertioni Epiſcopi atteſtantis beneficium aliquod eſſe de jure patronatus, non ſtatur.*

25 *Conſenſus ordinarii deſtinatus ad ſolam admiſſionem præſentationis, non extenditur ad novam creationem juris patronatus.*

26 *Doctores affirmantes conſenſum Epiſcopi requiſitum ad creationem juris patronatus ſufficere tacitè induci ex admiſſione præſentationum, ſibi ipſis eſſe contrarios oſtenditur.*

27 *Admiſſio præſentationum deſervit ad acquiſitionem poſſeſſionis præſentandi.*

28 *Non tamen ad impediendum Ordinarium ne quandocumque poſſit de beneficii libertate agere.*

1 IN *art.* 3. conſtans, & inviolabile requiſitum,
ſcriptum fuit, ut ad adquiſitionem juris patro-
natus ſit præciſus conſenſus Ordinarii concurrens
cum fundatione Capellaniæ, quo deficiente, nec
acquiri, nec oriri, ſed ipſam Capellaniam crea-
tam manere ab origine ſua cum libertate, & abſ-
que onere patronatus: nunc tractandum an iſte
conſenſus tacitè inducatur ex admiſſione præſen-
2 tationum, & inſtitutionibus factis per ipſum
Ordinarium ad Capellaniam, & ex hoc induci
conſenſum; reperio ſimpliciter & indiſtinctè af-
firmaſſe Barboſ. *ad Trident. ſeſſ.* 24. *de reformat.*
3 *cap.* 12. *n.* 10. poſt Rochum de Curte *de jure pa-
tronat. in verbo, pro eo, quæſt.* 8. *n.* 20. & Olive-
rium Beltramin. *ad dec. Gregorii* 15. *n.* 7. & ex
*Rotæ dec. impreſſa* per Marqueſa. *de commiſſio. p.*
1. *fol.* 454.

Sed iſti Doctores obiter, minus attentè, &
nullo adducto juris fundamento, & abſque dubii
ſpeculatione id aſſeverarunt, quorum aſſertio, ſi
vera foret, ſubverteret innumerabiles Rotæ deci-
4 ſiones, & Doctor. communem opinionem, qui
prorſus contrarium in variis caſibus indicant, &
ſupponunt, non obſtantibus quamplurimis præ-
ſentationibus admiſſis ab Ordinario, effectum
ſortitis, poſſe de libertate beneficii agi, & quan-
documque, etiam poſt immemorialem, de ea
conſtiterit, & non fuiſſe ab origine fundationis
ortum jus patronatus ex defectu apparente con-
ſenſus Ordinarii Diœceſani, ſed beneficium,
& Capellaniam reducendam ad ſuam liberta-
tis originem, prorſus contemptis præſentatio-
nibus, admiſſis per Ordinarium, & inſtitutio-
nibus earum virtute ab eo emanatis, prout co-
pioſè videre eſt *in artic.* 3. *& in artic.* 4. *art.* 10.
*& articul.* 12. ex quibus clarè, & dilucidè
infertur, conſenſum Ordinarii deficientem ab
origine erectionis Capellaniæ non induci ex
præſentationibus poſtmodum ab eodem ad-
miſſis.

5 Ad cujus majorem comprobationem, breviter
ſupponendum erit, quod ad acquirendam quaſi
poſſeſſionem juris præſentandi, inter multa re-
quiſita à jure deſiderata, magis præciſum, & eſ-
ſentiale illud eſt, ut præſentatio fiat coram Ordi-
nario cum bona fide, Ordinarii admiſſio, &
approbatio, inſtitutio præſentati, quæ effec-
tum ſortiatur per traditionem poſſeſſionis benefi-
cii (quæ refert accuratè poſt plurimorum allega-
tiones, Ludov. Poſthius *de manutent. obſervat.* 32.
*num.* 27.) Sed ſic eſt, quod omnibus iſtis acti-
bus præcedentibus non impeditur Ordinarius,
quominus agere poſſit de libertate beneficii, & 6
non adeſſe jus patronatus ab origine erectionis
illius, ſed fuiſſe creatum cum libertate. Ergo im-
poſſibile eſt, quod ex admiſſione præſentatio-
num induci poſſit conſenſus Ordinarii ad crea-
tionem juris patronatus. Patet, quia ſtante ejus
admiſſione, ut præciſè requiritur, ad quaſi poſſeſ-
ſionem præſentandi adquirendam, poteſt de liber-
tate agere quandocumque, ut dictum eſt: quod
facere non poſſet, ſi jus patronatus ex ſua inſti- 7
tutione qualificaretur, & ſibi præciſè obſtaret,
agenti de libertate beneficii, & de non exiſten-
tia juris patronatus, nam hujus exiſtentia indu-
ceretur ex ſuo conſenſu, & acceptatione, ſeu
admiſſione præſentationum: Sed hoc eſt falſum,
quia hoc eidem non eſt impedimento ad agen-
dum de non exiſtentia juris patronatus, & liber-
tate beneficii, prout ampliſſimè, & fortiter ap-
paret ex dictis *artic.* 3. 4. 10. *&* 12. ergo fal-
ſum eſt aſſeverare, quod ex admiſſione præſen-
tationum facta per Ordinarium inducatur conſen-
ſus fundationis præcedentis abſque eo ad forman-
dum, & creandum jus patronatus; quo inde-
lebili, & indiſſolubili argumento evidenter con-
vincuntur Doctores ſuperiùs relati contrarium
per tranſennam, & minus attentè aſſeveran-
tes.

Comprobatur diſcurſus iſte, quoniam ex præ- 8
ſentationibus quantocumque tempore continua-
tis, admiſſis, & effectum ſortitis non probatur
jus patronatus, ut ultra innumerabiles *Rotæ* de-
ciſiones adductas *in dict. art.* 3. 4. 10. *&* 12. niſi
continuatæ fuerint per ſpatium centum annorum;
aliæ adſunt ſeptem deciſiones idem confirmantes.
Has Rotæ deciſiones, & Doct. aliquos congeſſit
ipſa Rota *in dec.* 25. *inter recollectas* per Julium
Vivianum poſt *tract. de jure patron.* quæ *n.* 8. ita
determinat: *Cum itaque non exhibeantur præſen-
tationes continuatæ per ſpatium centum annorum:
non poteſt dici conſtare de jure patronatus, quod
non probatur ex præſentationibus: Archidiaco-
nus in c. unic. num.* 10. *poſt medium, verſ. Un-
de quamvis aliquis de jure patronatus, lib.* 6. *ubi
Geminianus, n.* 6. *& Franchis n.* 5. *Caſſiadorus de-
ciſ.* 2. *num.* 3. *poſt medium, verſ. Cujus patronus,
de probationib. Mobedanus deciſ.* 3. *de jure pa-
tronat. Rota coram Orano in Firmiana juris patro-
natus, Martii* 1591. *& coram Gyptio in Barchino-
nenſi unionis* 5. *Decemb. ejuſdem anni, in Neapo-
litana Capellaniæ, coram Cardinali Lancelloto
Seniori* 29. *Januarii* 1471. *& in eadem coram
Reverend. Atravatenſi* 19. *Decembris* 1608. *&c.*
Si enim ex tot præſentationibus admiſſis per Or- 9
dinarium non probatur jus patronatus, ergo fal-
ſum eſt aſſeverare, quod per admiſſionem præ-
ſentationis factam ab Ordinario inducitur con-
ſenſus qui defecit in erectione beneficii, & Ca-
pellaniæ per quem & non aliter oritur, & adquiri-
tur jus patronatus, imò per primam præſentatio-
nis admiſſionem jus patronatus crearetur, contra

tot

tot deciſiones, & communes Doctorum opiniones.

10 Comprobatur, quia illa præſentationum admiſſio ſolum operatur quaſi poſſeſſionem juris præſentandi (cæteris requiſitis ſuppoſitis ad illam adquirendam, abſque contractu juris patronatus, de quo in præſentationibus non agitur, nec controvertitur; ſed imò ſupponitur à præſentantibus, ad quas ſolummodo reſtringitur conſenſus, & admiſſio Ordinarii, non admiſſa, nec permiſſa extenſione ad ipſum jus pa-
11 tronatus, tanquam rem diverſam: quia aliud eſt jus præſentandi, aliud jus ipſum patronatus: & poteſt jus præſentandi eſſe apud unum, & jus patronatus apud alium; de uno ad aliud non poteſt fieri illatio, nec argumentari; ut latè probat Hieronym. Gonçalez, *in regul.* 8. *Cancella. gloſſ.* 18. *num.* 90. *& 92. & gloſſ.* 45. *§.* 2. *n.* 18. (quem non allegat, licet ſic pluries Lotterius *de re beneſic. lib.* 2. *quæſt.* 3. *n.* 24. *&* 25. & cum Alexand. *conſ.* 74. *n.* 5. *lib.* 4. & Lambertin. *de jure patron. lib.* 1. *part.* 1. *quæſt.* 11. *art.* 7. *num.* 8. & Rota *in recent. part.* 1. & melius ipſe Lotterius *lib.* 2. *quæſt.* 4. *n.* 14. & 15. & præ cæteris latiſſimè Campanilus, *diverſor. jur. Rubr.* 11. *c.* 13. *ex n.*
12 366. Ubi etiam, quod patronus poteſt donare alteri jus præſentandi, reſervato ſibi jure patronatus in proprietate tanquam ſeparabili, cum
13 jus præſentandi ſolum reſpiciat judicium poſſeſſorium, & quod jus patronatus reſpiciat petitorium, jus autem præſentandi poſſeſſorium, optimè comprobat Paulus de Citadinis *in tract. de jure patronat.* 6. *part. articul.* 3. *ex num.* 27. per quem, & Cæſarem de Graſſis idem firmat Marius Antonius *variar. reſolut. l.* 1. *reſolut.* 104. *n.* 6. 7. *&* 8.

14 Comprobatur, nam conſenſus, qui inducitur ex aliquo actu, ſolum operatur in illo actu, & ad illum ſe reſtringit, ultra quem non egreditur, *l. fin. C. ne uxor pro marito,* plura exempla ad hanc doctrinam congeſſit Petrus Surdus *conſ.* 33. *à n.* 9. *& deciſ.* 116. *ex n.* 19. Gratianus *tom.* 2. *diſceptat.* 356. *ex n.* 35. *& num.* 45. *& tom.* 3. *capit.* 485. *ex num.* 16. Carleval. *de judiciis, diſput.* 2.
15 *à num.* 381. *&* 990. ergo multo minus conſenſus præſtitus ab Ordinario juri præſentandi poteſt extendi ad jus patronatus, uti diverſum, & ſeparatum de quo in præſentationibus non tractatur, quia actus non debet operari ultra intentionem agentis, *l. non omnis, ff. ſi certum petat.* Atque ideo non obſtantibus præſentationibus admiſſis, atque quaſi poſſeſſione per eas quæſita inter compatronos, ſemper Ordinario remanet facultas illæſa, & præſervata impugnandi ipſum jus patronatus, & ejus exiſtentiam controvertendi abſque juris ſui præjudicio.

Quod & efficaciter procedit majori cum ratione in caſu, de quo agimus, quoniam in illis duabus præſentationibus (quibus inaniter nititur D.
16 Joanna Maria, quæque variis ex cauſis deſtructæ remanent) nullo modo tractatum fuit de jure patronatus, nec de defectu, & nullitate ejus ob non adhibitum conſenſum Ordinarii in fundatione capellaniæ, ut ortum haberet jus patronatus ipſum, qui ideo defectus incognitus erat Ordinario, credenti patronatus exiſtentiam, & ſub hac falſa credulitate admiſit præſentatos: quapropter ex tali admiſſione conſenſus, & approbatio induci nullo modo potuit: quoniam ut approbatio, & ratificatio habeat effectum, debet ratificans ſcire 17
defectum, & nullitatem actus ratificandi aliàs illam ignorans, etiam per mille actus inducentes approbationem, & ratificationem, ratificatio, & approbatio non induceretur ex defectu conſenſus, plurima ſcitu digniſſima videre eſt per Nos *in commentariis de ſupplicatione ad Sanctiſſ.* 1. *part. cap.* 3. *§. unic. ex n.* 26. *& ſeqq.*

Hinc ſi Papa conferat alicui beneficium ha- 18
benti defectum ad illud obtinendum; non intelligitur, Papam illum removere, ſi illum ignorabat, nec diſpenſare ſuper defectu quem ignorabat, ex defectu conſenſus, plures Doctores per Barboſ. *de offic. Epiſcop. allegat.* 19. *ex n.* 7. *tom.* 1. *& ad Tridentin. ſeſſ.* 23. *cap.* 13. *num.* 9. *de reformation. fol.* 223. Thomas Sanch. *de matrimon. libr.* 8. *diſput.* 4. *tota.* Ripol. *variar. reſolut. cap.* 7. *ex n.* 141. Ciarlinus *controverſ. cap.* 38. *ex n.* 42. *& ſeqq.*

Et quia admiſſio præſentationum facta per Or- 19
dinarium ſub falſa credulitate exiſtentiæ juris patronatus, corruit, detecta falſitate, ex defectu conſenſus; ut ex pluribus juribus, & Doctoribus probatur ſuperiùs, *in artic.* 9. *ad fin. ex n.* 17. prout in hac lite, & in antecedenti defectus fuit defectus juris patronatus, & ejus exiſtentiæ ob defectum conſenſus Ordinarii omnino requiſiti, ut ortum habeat, & creetur jus patronatus.

Nec eſt credendum, voluiſſe Ordinarium no- 20
viter creare jus patronatus, ſi ſciviſſet nullum adeſſe in Capellania, cum detrimento juris ſui, ſuæ dignitatis, & Capellaniæ erectæ cum libertate; & ſe, & ſuos ſucceſſores privare jure & poteſtate illam conferendi, abſque alterius interventu, cum potius à jure præſumatur, Prælatos eſſe vigilantes ſemper circa libertatem benefi- 21
ciorum, & negationem juris patronatus ob intereſſe proprium; juxta *conſ.* Purpurati 553. *n.* 6. *& conſtanter tenet* Rot. *dec.* 11. *de jure patron. in novis.* Achilles de Graſſis *deciſ.* 7. *de jure patronat.* Puteus *dec.* 172. *lib.* 1. *& deciſ.* 242. *l.* 2. Caſſiadorus *deciſ.* 2. *de jure patron.* Seraphinus *deciſ.* 1141. *n.* 8. Jacob. Cavaler. *dec.* 55. *n.* 2. *& deciſ. num.* 3. cum aliis citatis à Theodoſio de Rubeis *in ſingularib. Rotæ part.* 2. *verb. Ordinarius,* §. 2. *pag.* 74. illa enim admiſſio, & approbatio præſentationum ſimpliciter facta per Ordinarium, numquam refertur ad id, per quod induceretur renunciatio alicujus juris approbantis: Ancharan. *conſ.* 105. Aimon. Craveta *conſ.* 257. *ſub n.* 4. *verſ. Octavo ſi dicimus,* Decius *conſil.* 450. *ſub num.* 7. Rota ut per Alexand. Ludoviſ. *deciſ.* 317. *n.* 5. *&* 6. maximè in præjudicium Tertii, ut ex aliis proſequitur *dicta deciſio ſub num.* 6.

Comprobatur, nam ſi expreſſa confeſſio Præ- 22
lati, affirmantis abſque plena cauſæ cognitione aliquod beneficium eſſe juris patronatus, & ad aliquem pertinere, non inducit; nec ſufficit ad probationem, nec approbationem juris patronatus, nec ſuæ Dignitati, nec libertati beneficii præ-
judicat, ut ex *Viviano, Lotterio, & Rotæ* de- 23
ciſione dictum fuit *ſupra artic.* 6. *ex num.* 13. ubi etiam *num.* 16. de Capellania à ſua origine erecta libertate, ut Ordinarius ex poſt facto non poſſit illam ſubjicere oneri juris patronatus, pluribus Doctoribus, & Rotæ deciſionibus addu-
ctis: quia non ſtatur aſſertioni Epiſcopi atteſtan- 24
tis de jure patronatus, Caputaquenſ. *deciſ.* 128. *part.* 1. Ciarlin. *controv. forenſ. c.* 57. Quanto minus

nus admitti debet conſenſus Ordinarii tacitè inducendus ex amiſſione præſentationum, & ſic ex
25 diverſa, & ſeparata re ut dictum fuit *ſuprà ex n.* 10. ad creandum novum jus patronatus, & privandam Capellaniam, ſua originali libertate, in tantorum detrimentum; & ideo firmiter tenendum erit, ex admiſſione præſentationum non poſſe induci conſenſum Ordinarii ad canonizandum, & approbandum jus patronatus, quod ab origine non ſtabat. Cum in Ordinario falſo credente illius exiſtentiam, deficiat animus, & voluntas illud denuo creandi, cum ad id ejus conſenſus deſtinatus non ſit, nec ad illud tanquam rem diverſam extendendus, ex latius, & invincibiliter comprobatis *à principio hujus art.* quibus refragari nulla poſſit ratio, nec juris fundamentum.

26 Et cum ipſimet Doctores in contrarium citati *ſuprà*, *num.* 2. pariter cum cæteris affirment, poſſe quandocumque Ordinarium, negando jus patronatus, & ejus exiſtentiam, agere de libertate beneficii, quibuſcumque præſentationibus etiam antiquiſſimis, & quaſi poſſeſſionibus non obſtantibus, ut videre eſt *in dictis*, §. *ſeu articulis* 3. 4. 10. *&* 12. ſibi ipſis affirmantibus ex admiſſione præſentationum oriri conſenſum ad juris patronatus novam creationem repugnant: Cùm incompatibile ſit, creari novum jus patronatus ex præſentationum admiſſione, & illis non obſtantibus poſſe Ordinarium quandocumque agere de libertate beneficii, cum jam non reperiatur in libertate, ſi ex ipſarum admiſſione gravatum diceretur onere novi juris patronatus, quod verè contradictionem implicat.

Tandem præfati Doctores, adducti ſuperiùs, *ad principium hujus articuli*, præcisè intelligendi ſunt, quando admiſſionem præſentati præceſſit plena cauſæ cognitio ſuper ipſa juris patronatus exiſtentia, non aliàs: ad quod allego expreſſam declarationem Congregationis ad litteram adductam *infrà*, *articul.* 14. *n.* 19. quæ ita diſponit: *Cenſuit Sacra Congregatio non poſſe Patronum repelli à ſua quaſi poſſeſſione præſentandi, ſi adhibita cauſæ cognitione ſuper jure patronatus Ordinarius præſentatum à Patrono admiſiſſet, etiamſi poſt obitum ejuſdem præſentati de validitate juris patronatus iterum contigerit dubitari; ſecus autem ſi patroni præſentatio abſque cauſæ cognitione admiſſa fuiſſet, &c.*

27 Et ideo inter ſe ita componendi ſunt, ut admiſſiones præſentationum deſerviant ad quaſi poſſeſſionem juris præſentandi, interim dum non controvertitur jus ipſum patronatus, nec de initio libertatis beneficii apparet, & doceatur, ſed inter ipſos patronos, inter quos agentes duntaxat de pertinentia juris præſentandi, fuit ab aliquo contra cæteros quæſita, ſuppoſito per eos jure patronatus, in dubium non redacto: ut tunc interim proſit inter ipſos compatronos, ut il-
28 lis præferatur in præſentando, & ut ab eo præſentato fiat de Capellania inſtitutio, non tamen ad impediendum, ne Ordinarius, negando juris patronatus exiſtentiam, agere poſſit quandocumque de Capellaniæ libertate: ad latiſſimè comprobata ſuperiùs, *articul.* 4. *per totum.* quia tunc contra eum nihil prodeſt, nec opponi poteſt præfata quaſi poſſeſſio, ut *in eodem articulo* latius continetur.

## ARTICULUS XIV.

### De differentia judicii ſuper jure patronatus moti, nempe inter ipſos compatronos ſuper pertinentia juris præſentandi, & inter ipſos, & Ordinarium moti ſuper exiſtentia juriſpatronatus.

### Et quæ requirantur, ut ſententia probet jus patronatus, & omnibus præjudicet.

SUMMARIUM.

1 *Inter præſentantes ad vacationem beneficii judicium poſſeſſorium movetur, cum inter ipſos de quaſi poſſeſſione contendatur.*

2 *Exiſtens in quaſi poſſeſſione præſentandi, cæteris præſentantibus præfertur & præſentato per eum inſtitutio præcisè debetur.*

3 *In judicio poſſeſſorio inter præſentantes moto, leviores ſufficiunt probationes.*

4 *Judicium in quo aſſiſtit Ordinarius negans exiſtentiam juris patronatus, proprietatis eſt.*

5 *Quando agitur de libertate beneficii, plena requiritur cauſæ cognitio & concludentes probationes exiſtentiæ juris patronatus.*

6 *Ordinario exiſtente in cauſa pro libertate beneficii, principaliter agitur de jure patronatus.*

7 *Probationes requiruntur plenæ ſuper exiſtentia juris patronatus, nulla attenta quaſi poſſeſſione præſentandi.*

8 *Quaſi poſſeſſio quælibet præſentandi in nullo judicio, ſive plenario, ſive manutentionis, officit Ordinario, nec contra eum poteſt opponi.*

9 *Sententia lata inter compatronos, etiamſi enuntiet jus patronatus ad aliquem pertinere, non præjudicat libertati beneficii.*

10 *Pluries determinaſſe Rotam per deciſiones relatas ad litteram.*

11 *Confeſſio Ordinarii affirmantis aliquod beneficium eſſe juris patronatus, non præjudicat libertati Eccleſiæ.*

12 *Sententiæ latæ inter compatronos ſuper pertinentia juris præſentandi, multum defertur inter ipſos ad probationem exiſtentiæ.*

13 *Si iſta ſententia ſic enuncians jus patronatus ſit antiqua ultra centum annos.*

14 *Ex iis centum annis deducitur totum tempus litis motæ pro libertate beneficii, & num.* 15, *&* 16.

17 *Sententiæ antiquæ ultra centum annos enuntiantes jus patronatus, inter compræſentantes ſolum attenduntur, non contra libertatem beneficii, cui nec immemorialis quaſi poſſeſſio officit.*

18 *Sententia lata ſuper exiſtentia juris patronatus aſſiſtente Fiſcali pro libertate beneficii cum plena cauſa cognitione omnibus præjudicat, ſi ſit tranſlata in rem judicatam.*

19 *Sacræ Congregationis declaratio ad idem recenſetur.*

20 *Sententia lata ſuper exiſtentia juris patronatus, conſtito ex fundatione non fuiſſe creatum jus patronatus, juſtè fertur pro libertate Capellaniæ.*

21 In

21 *In materia juris patronatus ad docendum de notoria injuſtitia illud prætendentis, idem operatur inſtrumentum authenticum fundationis, ac confeſſio, & res judicata.*

22 *Inſtrumento à parte præſentato nihil per eam opponi poteſt.*

DUpliciter formatur, & movetur judicium in cauſis juris patronatus, unum ſuper poſſeſſorio, alterum ſuper petitorio, & proprietate. Poſſeſſorium tunc intentari dicitur, quando in va-
1 catione capellaniæ comparent prætendentes jus præſentandi, inter quos judicio in iſto ſuper quaſi poſſeſſione contenditur, ut probant Philippus Franchus *in capit. unic. n.5. de jure patronat. l.6.* Caſſiadorus *deciſ.2. fama regulariter, num.3. de probationib.* quos referens ſequitur Joann. Hieronym. Campanil. *diverſor. juris Canon. Rubric. 11. cap.13. n.367.* optimè comprobat Paulus de Citadinis *in tractat. de jure patronat. 6. part. art.3. ex n.27.* per quem & Cæſarem de Graſ. idem affirmat Marius Antoninus *variar. reſolut. lib. 1. reſolut.104. n.6.7. & 8.*

2 Et ratio eſt, quia hoc caſu ſolum attenditur, & tractatur in hoc judicio de quaſi poſſeſſione juris præſentandi, & qui eam adquiſivit, inter ſuos compatronos prætenſos, inter quos ſolum agetur de pertinentia juris patronatus, præfertur in præſentando, & ab eo præſentato præciſè facienda eſt inſtitutio: ad latè tradita per. Ludov. Poſth. *in tractat. de manutent. obſerv.31. ex num.4. cum pluribus ſeqq.*

3 Et in hoc judicio poſſeſſionis, quando ſolum contenditur inter ipſos compatronos ſuper pertinentia juris præſentandi leviores probationes, & præſumptiones ſufficiunt, Rota apud Farin. *in noviſſim. noviſſima anni 1612. & deciſ.45. num.1. & 2.* & poſt plures Doctores comprobat Ciarlinus *controverſ. forenſ. cap. 107. ex num. 73. & ſeqq.* Auguſt. Barboſ. *ad Concil. Tridentin. ſeſſ.25. de reformat. cap.9. n.23.* ubi plures Rotæ deciſiones, & Doctores alegat.

4 Secundo modo jus patronatus deducitur in judicium ordinarium, quando ſcilicet Ordinarius comparet, negando juris patronatus exiſtentiam, & agendo de libertate beneficii, ſeu capellaniæ, quo caſu agi dicitur de proprietate ipſius juris patronatus, ut probant Paul. de Citadinis *de jure patronat. part. 6. artic. 3. quæſt. 17. num.27. Cæſar de Graſ. deciſ.1. num.3. de reſtitut. ſpoliator.* Marius Antoninus *variar. reſolut. lib. 1. reſolution.104. num.6.* & ex Philipp. Franco, & Caſſiado. tenet Joan. Hieronymus Campanil. *diverſor. juris, Rubric.11. cap.13. n.367.* & ulterius latius apparebit.

5 Comprobatur, quia quando agitur de libertate Eccleſiæ, plena requiritur cauſæ cognitio, citato, aut aliàs comparente Fiſcali Dignitatis, eam allegante, & deducente in judicium, & negante exiſtentiam juris patronatus; quia cum agatur de proprietate illius, plenæ & concludentes probationes requiruntur; ad differentiam judicii poſſeſſorii inter ſolos prætendentes jus præſentandi, & contendentes ſuper pertinentia; uti plenè utrumque probatur ex Rotæ *deciſ. 238. num.7. & 38.* poſt tractatum Ludoviſ. Poſthii *de manutent.* illic: *Hoc autem caſu dubitari non poteſt, quin ageretur de ipſomet jure patronatus, cum ageretur ad effectum inſtitutionis in præjudicium libertatis beneficii, maximà cū Fiſcalis eſſet in cauſa:* ideoque certum eſt, requiri exactas probationes; ut fuit reſolutum in cauſa Pampilonenſi parochialis de Janſi 10. Aprilis, & 20. Novembr. 1599. coram bonæ memor. Cardinal. Mantic. &c. plurimos DD. & Rotæ deciſiones ad idem adducit Lotterius *de re beneſi. quæſt.13. num.117. & num.118. lib.2.* & per quamplures Ciarlin. *controverſ. forenſ. cap. 107. ex num. 73.* ubi de differentia in hoc puncto inter patronos ſolos agentes ſuper pertinentia juris præſentandi; & inter controverſiam cum Ordinario opponente libertate beneficii, & negante exiſtentiam juris patronatus. Ad eandem etiam diſtinctionem quam plurimi videndi per Auguſtin. Barboſ. *ad Concil. Trident. ſeſſ.25. de reformat. cap. 9. n.23.*

Comprobatur hæc propoſitio, quia quoties in lite adeſt Ordinarius, ejus Fiſcalis, aut alia perſona certans de libertate beneficii, negans exiſtentiam juris patronatus: principaliter agitur de ipſo jure patronatus reſpiciente proprietatem: ut per plures, Auguſtin. Barboſ. *ad Concil. Tridentin. ſeſſ.25. de reformat. c.9. ſub num.23.* Et tunc plena requiritur cauſæ cognitio, cum principaliter agatur de ipſo jure patronatus in via ordinaria, ut etiam latè probat Lotterius *de re beneſ. lib.2. qu.13. n. 114. cum multis ſeqq.* 6

Multò igitur requiritur plena, & exuberans probatio exiſtentiæ juris patronatus, nulla attenta quaſi poſſeſſione juris præſentandi: cum attendatur quod principaliter agitur, *l. 1. ff. de authoritat. tutor. c. ad Audientiam, de præſcriptionib.* Tiraquell. *in tractat. ceſſante cauſa, limita. 22. in fin.* Surd. *conſ.67. num. 31.* Mangilius *de imputat. qu.21. n.9.* 7

Tum etiam, quoniam reſpectu Ordinarii exiſtentis in lite, & defendentis libertatem beneficii, non ſolum non prodeſt quælibet quaſi poſſeſſio juris præſentandi inter illud prætendentes quæſita, verum etiam, nec in quolibet judicio poſſeſſorio ſummario, vel ſummariſſimo manutentionis (ubi aliàs ſola inſiſtentia de facto prodeſt, & admittitur quaſi poſſeſſio reſpectu tamen Ordinarii agentis de libertate, nulla prodeſt, nec admittitur quaſi poſſeſſio, ſed prorſus contemnitur, & excluditur; prout in terminis probant, poſt plures Doctores, & Rotæ deciſiones, Ludovic. Poſthius *de manutent. obſer.31. n. 26. & n.3.* Vivian. *de jure patronat. part.2. lib.3. cap.2. num. 36.* Addition. ad Burat. *dec 139. num. 17.* Cum contra eum, quia in ritibus antecedentibus inter ipſos compatronos ſolum tractantes de pertinentia juris patronatus, nulla poteſt dici quæſita quaſi poſſeſſio, & ſic contra Ordinarium, tanquam tertium, & beneficii libertatem, nihil proſunt, nec conſiderantur, ſed inter ipſos patronos duntaxat, inter quos fuit quæſita, ut ſæpè diximus, & ſignanter in *art.4.* 8

Eadem diſtinctio facienda in ſententiis latis in proviſionibus, & præſentationibus beneficii admiſſis; nam ſi lata fuerit inter ipſos compatronos privativos contendentes dumtaxat de pertinentia juris patronatus, & de quaſi poſſeſſione juris præſentandi, & etiam ſi in ea Ordinarius declaraverit, & enuntiaverit, jus patronatus ad aliquem tanquam patronum pertinere, licèt inter ipſos admittatur, non tamen præjudicat libertati beneficii, non controverſæ, nec deductæ in illud judicium, quia res inter alios acta aliis nec præjudicat, nec nocet, ex *Rubric. C. res inter alios acta*, cum *vulgarib.* & eſt optima Rotæ 9

*deciſ.415.per tot.*penes Farinac. *in recent.part.1. fol.376.* ubi poſt *Mobedanum deciſ. 8. in fin. de ſent. & re judic.* ita loquitur: *Sententia approbatoria juris patronatus lata inter compatronos, invicem contendentes de voce in ſuis præſentationibus; non facit jus contra libertatem Eccleſiæ, cum tunc non agatur cum aliquo proviſo tanquam de libero, &c.*

10 Optima etiam deciſio, *Joan. Baptiſtæ Coccini Decani* 106. *num.*8. illic: *Nec atteſtatio Epiſcopi in proviſionibus aliquid operatur; quia ut ex prædictis patet, conſtat de contrario, Felinus in c. quoniam Abbas, prope finem. de offic. delegati, Decius in l. edita num.86. C. de edendo, & in l. penult.n.2. de inſtitutionib. & ſubſtitutionib. & in c. 2.col.3.n.33. de reſcript. Creſcentius deciſ.8.n.5. de præbendis: & ex prædictis ceſſant quæ dicuntur, de præſentationibus factis per duces: quia ex prædictis conſtat de non jure patronatus, &c.* Mantica *dec.* 360.*n.*4. ibi: *Secundò ſententia eſt revocanda, quia adjudicat hoc beneficium, tanquam de jure patronatus, quod ex actis non probatur, & beneficium præſumitur eſſe liberum: Archidiac.&c.* eadem Rota penes Farinacium *in poſthumis, tom.2. dec.276. num.*11. in hæc: *Non obſtat tertium, & ultimum, de duabus declarationibus, nam prima Ordinarii Aretini non meretur allegari, cum Vicarius nihil affirmaverit ſed dubitativè enuntiaverit jus patronatus; ſententia vero Epiſcopi Peſſulani, de qua ſupra, detegitur eſſe notoriè injuſta, nec nocet Eccleſiæ, nec ſucceſſori: Verall. deciſ. 228. n.4. part.2. Rota in Romana Parochial.30.Januarii 1600. coram Corduba, & in Pampilonenſi beneficii, 4. Junii 1614. coram Remoledo, maxime, quia non conſtat, ipſam fuiſſe latam habita cauſæ cognitione, nec citato Fiſcali Menſæ Epiſcopalis, Seraphinus dec.1395.n.7. & in dict. Romana, coram Corduba, &c.*

11 Comprobatur ex Doctoribus, & Rotæ deciſionibus adductis *ſuprà art.9. ex nu.*13. affirmantibus confeſſionem Prælati atteſtantis aliquod beneficium eſſe juris patronatus, & ad aliquem pertinere, non præjudicare ſibi, nec Eccleſiæ libertati, quando non fuit emanata cum plena cauſæ cognitione juris patronatus, quod & ulterius apparebit.

12 Sed huic ſententiæ latæ inter contendentes de pertinentia juris patronatus, & de ejus quaſi poſſeſſione enuntianti jus patronatus ad aliquem ex contendentibus, multum defertur ad probationem juris patronatus, inter ipſos, ſi ſit antiqua ultra centum annos; cum aliter ſententiæ, & in-
13 ſtrumenta non dicantur antiqua, in quibus enuntiatur jus patronatus; ut ex aliis pluribus probant Peregrinus *de fideicom. art.*43. *num.*84. Mareſcot. *lib.*1. *variar. reſolut. cap.*10. *num.*6. Nicol. Garc. *de benef. part.* 7. *cap.*15. *num.* 32. *& ſeqq. & part.*12. *cap.*2. *num.* 284. 287. *&* 259. innumerabiles penè congeſſit Barboſ. *in Paſtorali, allegat.*72.*n.*32.*tom.*2. Farinac. *dec.*295. *num.*6. *&* 7. *part.* 1. *in recent.* Franch. *deciſ.*357. *num.* 3. Caſtillo *controverſiar. tom.*6. *cap.*123. *n.*8. *&* 9. Genua *de verbis enuntiativ. l.* 2. *cap.*1. *num.* 63. *&* 85. Lotterius *de re beneficiali, l.*2. *quæſt.*111. *num.*110. *&* 111. Trentacinq. *l.* 1. *variar. tit. de verbor. ſignif. reſolut.*2.*n.*84. Riccius *in praxi juris patronatus, reſolut.*157. *num.*4. Capic. Galeo. *controverſiar. tom.*2. *controverſ.*57. *n.*32. Alfonſ. de Leon. *de offic. capell. quæſt.*4. *praxi* 3. *nu.*161. Ferentill. ad Burat.*dec.*172.*n.*33. ubi ad longum Oliver. Beltramin. ad Alex.Ludoviſ. *dec.*3. *n.*7. Noguerol.*alleg.*25. *ex n.*258. *& in allegat.*26.*ex n.*319. ultra quos, plurimos alios congerit Pareia *de inſtrumentor. edition. tit.*1. *reſolut.*3. *num.* 82. *fol.* 66.

14 Ex iis centum annis deducendum eſt tempus litis, ac litium, qua, & quibus deducta fuit libertas capellaniæ, & negata exiſtentia juris patronatus, Rota *dec.*185. *vers. Dempto tempore litis, & deciſ.*188. *n.*1. *part.* 1. *diverſor.* & apud Farinacium *deciſ.*160. *ſub num.*9. *in recent.* & penes Burat. *dec.*278.*n* 8. ubi Ferentill. *in additionib. lit. A, & in addition. ad addition.* 111. *num.* 14. *& in dec.*667. *num.* 12. Garc. *de benef. part.* 12. *cap.*2. *num.*267. Seraphin. *dec.*76.*num.*2. Noguerol. *allegat.* 26. *num.* 320. Oliver. Beltramin. ad Alex. Ludoviſ. *dec.*205.*num.*6. *& eadem deciſ. num.*4. *& in deciſ.*435. *n.*12. Farinac. 2.*part. qu.* 47. *num.*116. præter quos, plurimos alios allegat Pareia *de inſtrumentor.edit.tit.*1. *reſolut.*3.§. 3. *num.* 83. *tom.*1.

15 Sed horum nihil requiritur in hac lite, & antecedenti: non enim in ſententiis latis ad præſentationes anteceſſorum D.Joannæ Mariæ, legitur quod Ordinarius enuntiavit jus patronatus, ſed dumtaxat quaſi poſſeſſionem juris præſentandi ad illos pertinere declaravit, de qua ſolummodo contendebatur inter juris præſentantes.

16 Deinde quia etſi in dictis ſententiis fuiſſet enunciatum jus patronatus: adhuc nihil probarent, cùm per multos annos non aſcendant ad centum, prout requiritur; nec adhuc ad quadraginta annos prima ſententia pervenit; fuit enim lata 31. *Auguſti anni* 1579. ut ex nova lite apparet, *fol.*66. deducto tempore litis, quo cœpit Fiſcalis Dignitatis opponere de libertate capellaniæ, 7. *Februarii anni* 1619. ut ex lite nova conſtat *fol.*36. quæ controverſia deducta in utraque lite, uſque adhuc durat, & pendet, cujus tempus omnino totum deducendum erit, ex ſuprà dictis.

17 Sed quando prædictæ ſententiæ enuntiarent jus ipſum patronatus, & fuiſſent antiquæ, latæ ultra prædictos centum annos, ſolum attenderentur inter ipſos compræſentantes, & prætendentes jus præſentandi ad iſtam capellaniam: non tamen officerent Ordinario, quominus valeat quandocumque controvertere jus ipſum patronatus ex ſupra dictis, *hoc articulo*, & docto de non exiſtentia nihil ei obeſſet etiam immemorialis, prout ad longum manifeſte remanet comprobatum, *art.*3. *per totum, & in art.*11. & alibi paſſim per diſcurſum *hujus tractatus, & art.* 10. ſuperiùs.

18 Aut verò ſententia lata fuit ab Ordinario ſuper exiſtentia ipſius juris patronatus cum plena cauſæ cognitione, citato, aliter comparente Fiſcali Eccleſiaſtico, vel alia perſona defendente libertatem beneficii, ex actis, & plenis adhibitis probationibus utriuſque partis; & tunc ſententia declarans exiſtentiam juris patronatus, & ad aliquem pertinere, tranſlata in rem judicatam, facit jus quoad omnes, & præjudicat Dignitati, & beneficio, ita ut amplius in alia vacatione de exiſtentia juris patronatus opponi non poſſit; ut per Rotam *in recentior.* penes Farinac. *dec.*413. *per totum*, 1. *part, fol.* 26. & poſt plurimos Doctores, & Rotæ deciſiones, præ cæteris comprobat Ciarlin. *controverſ. forenſ. c.*57. *num.* 9. *&* 10. & etiam per plures Doctores. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 310. *ex num.* 89. *tom.*2. Riccius *de probat. jur.patron.reſolut.*145.*n.*1. & per

*Gratian.*

*Gratian. & Ciarlin. Barboſ. ad Concil. Tridentin. ſeſſ.25. de reformat.cap.9. ſub num.19. & de offic. & poteſt. Epiſcop. allegat. 72. nu.9.* & ex pluribus Rotæ deciſionibus obſervat Joann. Hieronym. Campanill. *diverſor. jur. Canonic. Rubric. 11. cap.13. n.224.* ubi poſt *Gratian.* adducit declarationem S. Congregationis, quæ ita diſponit : *Cenſuit S.Congregatio, non poſſe patronum re-*
19 *pelli à ſua quaſi poſſeſſione præſentandi, ſi adhibita cauſæ cognitione ſuper jure patronatus, Ordinarius præſentatum à patrono admiſiſſet, etiamſi poſt obitum ejuſdem præſentati de validitate juris patronatus iterum contigerit dubitari; ſecus autem ſi patroni præſentatio abſque cauſæ cognitione admiſſa fuiſſet, &c.* Videndi etiam ſunt, quæ adducuntur ſuprà, *art.4. ex n.6.*

20 Et ideo cum in vacatione antecedenti, & in hac comparuerit Fiſcalis Dignitatis Abbatialis ſuper libertate hujus capellaniæ, negans exiſtentiam juris patronatus : ſuper qua pleniſſima fuit adhibita cauſæ cognitio inter utramque partem, & notoriè ex tenore inſtrumenti fundationis de non creatione, & ortu juris patronatus, & multo minus de patronatu gentilitio, & familiari, ſuper quo jus ſuum fundabat D. Joanna Maria, & ejus anteceſſores ; meritò tunc in illo judicio, & in hoc præſenti, ſuccubuere ex notorio defectu juſtitiæ ; quoniam in hac materia, idem eſt conſtare de notoria injuſtitia ex inſtrumento
21 fundationis, cui nihil poteſt opponi, ſicuti ex confeſſione partis, vel re judicata, ut ſæpe obſervavit Rota *in Lucana jur. patronat. coram Dunozeto*, poſt tractat. *de manutentio. dec.332. n.4. & 6. & dec. 333. nu.2. & 3.* & Rota *recent. dec. 180. num.1. & ſeqq.* & per alias plures deciſiones latius comprobat Ludovi. Poſt. *diſt. tractat. de manutent. obſervat.32. nu.* 8. Alii DD. & Rotæ deciſiones ad idem adducuntur ſuperiùs, *in art.6. num. 9.*

22 Et huic inſtrumento fundationis tantùm abeſt, quod aliquid poſſit opponi, imò nec poterit, cum fuerit præſentatum in utroque judicio ab eadem D. Joanna Maria, & ſuis anteceſſoribus ; & eo ſemper uſi fuerunt, & uſi ſunt ; quia producens inſtrumentum videtur fateri, & approbare omnia in eo contenta, etiam ſibi contraria, quæ impugnare non poteſt latiſſimè Gaito *de credit. c.2. tit.8. ex n. 2654. & ex n. 2643. & ſeqq. fol. mihi 1635.*

---

## ARTICULUS XV.

Omnes cauſæ, ex quibus impeditur à jure alicui adquiſitio quaſi poſſeſſionis juris præſentandi, vel adquiſita deſtruitur, omnes eædem influunt in præſentatum ab eo, ne inſtitui poſſit.

Recenſetur conſtitutio Synodalis Diœceſis Compluti Regii ad eumdem finem emanata.

### SUMMARIUM.

1 *Quaſi poſſeſſio juris præſentandi ad beneficium præfertur in præſentando, & ab præſentato præciſè fit inſtitutio.*

2 *Jus præſentati cauſatur, & derivatur à jure quaſi poſſeſſionis præſentantis.*

3 *Quaſi poſſeſſionis præſentantis defectus influit in præſentatum ab eo, ne conſequi poſſit inſtitutionem.*

4 *Cauſa ſublata tollitur effectus.*
*Cauſa ſecunda nihil prodeſt, niſi in quantum vim, & robur recipit à prima, ibidem.*

5 *Omne jus potentius eſt in cauſa, quàm in cauſato.*

6 *Jus præſentati ad beneficium procedens à cauſa, & radice infecta, nihil prodeſſe poteſt.*

7 *Præſentatus non poteſt plus juris conſequi à præſentante, quàm iſte habeat.*

8 *Infectis primi juris, infecta cenſentur derivativa.*

9 *Reſoluto jure dantis, reſolvitur jus accipientis.*

10 *Quaſi poſſeſſione præſentantis quomodo deſtructa, præſentato denegatur inſtrumento.*

11 *Conſtito de libertate beneficii qualibet præſentatis quaſi poſſeſſio annihilatus, & ex hoc defectu negatur inſtitutio præſentato.*

12 *Conſtito de initio libertatis beneficii deſtruitur poſſeſſio præſentantis.*

13 *Et propterea ob hunc defectum quaſi poſſeſſionis præſentantis denegatur inſtitutio ejus præſentato.*

14 *Quaſi poſſeſſio præſentantis quæſita cum mala fide ſicut non admittitur, pariter nec præſentatur ab eo.*

15 *Quaſi poſſeſſio præſentantis ſemel interrupta ſicut non prodeſt, ita ab eo præſentato denegatur inſtitutio.*

16 *Quaſi poſſeſſio præſentandi ad beneficium, ex cauſa conſanguinitatis, & juris patronatus gentilitii detecta, cum ſit juris patronatus hæreditarii ſicut non prodeſt præſentanti, ita nec præſentato.*

17 *Idem, & è converſo.*

18 *Quaſi poſſeſſio, per errorem adepti, & ex cauſa falſa reſpiciente ipſam rem, non adquiritur.*

19 *Defectus omnes quaſi poſſeſſionis relati in hoc* artic. 15. *concurrunt in præſentante ad hanc capellaniam.*

20 *Per neceſſe influunt in præſentato, ne inſtitui poſſit.*

21 *Ad hunc eundem finem emanavit conſtitutio Synodalis Diœceſis Abbatiæ Compluti Regii.*

22 *Dicta conſtitutio Synodalis refertur ad literam, ex qua conſtat, quod plures capellaniæ ſunt injuſtè uſurpatæ.*

23 *Deſidia Judicum Abbatialis Dignitatis occaſionem præbuit potentibus, uſurpandi jus præſentandi, cauſa nullis aſſiſtente.*

Quaſi poſſeſſionem juris præſentandi legitimè quæſitam habens in beneficio, planè admittitur ad præſentandum in ejuſdem vacatione, ita ut ab eo præſentatus præferatur cæteris præſentatis per alios compatronos, prætendentes præſentare in eadem beneficii vacatione: nam cum inter ipſos ſit ab aliquo adquiſita poſſeſſio, eoſdem excludere fas eſt, & per eum præſentato præciſè danda eſt inſtitutio beneficii, cujus jus cauſatur, & derivatur à jure quaſi poſſeſſionis quæſitæ legitimè ad eam habente, & illum præſentante, ad text. cum materia, *in cap. conſultationibus, de jure patronatus*, quem 1 2

exornant Noguer. *alleg.16. ex num.37.* & Poſth. *de manut. obſerv.71. ex nu.50. cum multis ſeqq. & obſerv.73. num.1.*

3 Si igitur quaſi poſſeſſio præſentantis illegitima fuerit, vel quia à jure impeditur illius acquiſitio, vel acquiſita ex aliquo juris defectu deſtruatur, & non admittatur; neceſſe eſt, ut hic defectus quaſi poſſeſſionis juris præſentandi detectus in præſentante influat præcisè in præſentatum per eum, ne admittatur, & ne conſequi poſſit inſtitutionem, nec titulum beneficii, cum jus ſuum, & ſpes dependeat, derivetur, & cauſetur à jure quaſi poſſeſſione ſui authoris præſentantis, qua detecta, & reperta inutili, & inefficaci, nullum effectum producere poteſt, quia cauſa ſublata

4 tollitur effectus, *l. tutores, §. curatore, ff. de adminiſtrat.tutor.* & cauſa ceſſante, ceſſat effectus, *cap. cum ceſſante cauſa, de appellat.* cum *valgaribus*, & cauſa ſecunda nihil prodeſt, niſi quatenus vim & robur recipit à cauſa prima, *l. peto, §. prædium, ff. de legat.2.l. ſi quis demum, §.1.ff. locuti,* Ariſtot. *lib.2.phyſicorum, cap.7.qu.12.art.2.*Surd. *conſ.*480. *num.*4.

5 Si enim omne jus potentius eſt in cauſa, quàm in cauſato, *l.digna vox,C. de legib.* Caſtrenſ. *conſ.* 129.*volum.*1. nec poteſt plus juris eſſe in cauſato, quàm in cauſa ceſſante, Caſtillo *controverſiar.lib.* 5.*cap.*103. *num.*14. præcisè eſt, ut deficiente, deſtructa, ſeu aliàs annihilata quaſi poſſeſſione præſentantis, à qua jus præſentati cauſatur; jus præſentati pariter pereat, & ceſſet.

6 Jus enim iſtud præſentati procedens à radice infecta nullum fructum producere poteſt, *l. maximum vitium, C. de liberis præteritis, l. fin. C. de nuptiis, l. ſi viva matre, & in l. 3. C. de bonis maternis, Authent. de hæredib. ab inteſtato veniunt, §. ſi igitur defunctis l. 2. verſ. ex di-*

7 *verſor.collatione* 9. nec poteſt à præſentante plus juris conſequi præſentatus, quàm ille habet, *l. nemo plus, ff. de regul. jur.*

8 Infecta igitur poſſeſſione præſentantis, à qua jus præſentati derivatur, & cauſatur, infecta etiam redditur præſentatio,& jus præſentati,quia infecta cauſa primitiva, infecta cenſentur derivativa, *l. unica. C. qui pro ſua juriſdict. judic. dare, darivè poſſint: ut per c. cum quid prohibetur, de reg. jur.* dicit Tiberius Saluſtius *in praxi audito. Camera l.1.c.17. n.8.* abunde Nos, *de Regia pro-*

9 *tect.p.4.cap.6. ex n.34. cum multis ſeq.* quia reſoluto jure dantis, reſolvitur jus accipientis, *l. lex vectigalis 41. ff. de pignorib. l. ſi ex duobus, §. 1. ff. de in diem adjectione.*

10 Ex his juris fundamentis recte infertur, ut quotieſcumque quaſi poſſeſſio præſentantis ad beneficium non fuerit ei quæſita, vel ſi aliqua juris diſpoſitione ſubvertatur, & non admittatur, parem fortunam pati debeat præſentatus ab eo, ne admittatur, & ut ei juſtè denegetur inſtitutio; ut in iis terminis multi probant in variis caſibus, & primus quando conſtat de initio libertatis beneficii; quaſi poſſeſſio præſentantis quantumcumque antiquiſſima contemnitur, & non admittitur, ut abunde probatur in *art. 4. ab initio.*

11 Et ex hac quaſi poſſeſſionis annihilatione pariter infertur ad non admiſſionem præſentati, ut legitimè denegetur ei inſtitutio beneficii,ad quod fuit præſentatus; ut in terminis declaravit S. Congregat. Cardinal. & pluries declaraſſe Rotam, ipſa teſtatur, *in deciſ.* 444. *numer. 1. poſt tractat.* Ludovi.Poſth. *de manutem,* & dicitur *in dict. artic.4. num.14. & 15.*

Et quod quando conſtat de initio libertatis, diſpoſitio text. *in cap.conſultation.de jure patronat.* arctans fieri inſtitutionem præſentato per habentem quaſi poſſeſſionem juris præſentandi, non habeat locum; cum præſentantis quaſi poſſeſſio hoc in caſu nihil proſit, ex Rotæ *deciſ.* & Doctorum authoritate probatum remanet, *art.3. n.33. & 34.* Pariter præſentato à ſucceſſore, qui nititur quaſi poſſeſſione anteceſſorum (in quem non transferri, probatur ſupra, *art.3. à principio*) ſimiliter denegatur inſtitutio ob defectum quaſi poſſeſſionis præſentantis apertè probatur, *dict. art. 5. ex num. 8.* 12 13

Inde oritur, quod cum quaſi poſſeſſio præſentandi, quæſita cum mala fide, nullo modo admittatur, ut in *articulo 6.* ſuperiùs abunde probatur; ſimiliter præſentatus ex hoc defectu poſſeſſionis præſentantis repellitur ab inſtitutione, & admiſſione, ut ex aliis probatur in *dict. art. 6. ex num. 5.* 14

Eodem modo, quoties quaſi poſſeſſio juris præſendandi fuit ſemel interrupta per unam, & ultimam collationem Ordinarii, non admittitur quaſi poſſeſſor ad præſentandum, & ab eo præſentatus excluditur, & juſtè denegatur inſtitutio ex defectu quaſi poſſeſſionis ſui authoris; quod omne probatur *in art.7. à principio.* 15

Ex hoc fundamentali, & incommutabili principio fluit, quaſi poſſeſſionem juris præſentandi, per plurimos annos quæſitam, ad beneficium ex cauſa conſanguinitatis habitum, & reputatum eſſe jus patronatus gentilitii, poſtquam poſtmodum conſtitit eſſe juris patronatus hæreditarii ex tenore inſtrumenti fundationis, eſſe contemnendam, & ab ultimo poſſeſſore præſentatum fuiſſe excluſum, & denegandam inſtitutionem; pluries determinaſſe Rotam probavimus ex tribus deciſionibus ſuprà *artic. 4. ex num.8. cum ſeqq.* 16

Et è converſo,quaſi poſſeſſio juris præſentandi quæſita ab aliquo ad beneficium juris patronatus gentilitii, ex qualitate hæreditarii, poſtquam ex fundatione conſtat eſſe gentilitium, contemnitur, & nullo modo ſuffragatur poſſidenti, nec per eum præſentato defectu quaſi poſſeſſionis ſui authoris; à quo jus ſuum cauſatur, ex Doctoribus, & Rotæ deciſionibus, probatur ſuperiùs *art. 11. ex num. 13. & ſeqq.* 17

Infertur etiam ad quaſi poſſeſſionem quæſitam ad beneficium qualificatum, & ſub ejus qualitate ſuppoſita per errorem, & cauſam falſam, reſpicientem ipſum beneficium, ut nullo modo adquiratur ſic poſſidenti, & per conſequens defectum hujuſmodi quaſi poſſeſſionis influere in præſentatum ab eo, ut excludatur, & ne ei fiat inſtitutio, poſtquam apparuerit defectus qualitatis beneficii, alteriuſve rei tanquam qualificatæ; ad latiſſimè comprobata ſuprà *dict. articul. 11. num. 15. uſque ad finem, & in articul. 12. per totum.* 18

Cum igitur omnes iſti defectus, *ex num. 10.* conſiderati ſimul concurrant, & reperiantur in quaſi poſſeſſione D. Joannæ Mariæ, prout ſingulos adnotavimus, & veraciter applicuimus hujuſmodi quaſi poſſeſſioni ejuſdem, in ipſimet locis adductis, *ex dict. n.10.* pariter, & per neceſſe influunt in præſentatum ab ea; cujus jus cauſatur, & immediatè derivatur à quaſi poſſeſſione præſentantis, quâ quoquo modo ſublatâ, & à juris diſpoſitione excluſâ, & non miſſâ, inſtitutio 19 20

prorſus

prorſus denegatur præſentato, ex abundè comprobatis à *principio hujus art.*15. Quapropter in hac lite, & in lite antecedenti, juſtiſſime latæ fuerunt ſententiæ excludentes quaſi poſſeſſionẽ, multipliciter vitioſam, & infectam, D. Joannæ Mariæ, & ab ea præſentati excluſi ab inſtitutione Capellaniæ, de qua agitur, quorum injuſtitia notoriè patet ex actis proceſſus, ut in ſingulis ſuis locis, & articulis, adnotavimus concludenter.

21 Ad hunc eundem finem emanavit Conſtitutio Synodalis hujus Abbatiæ Compluti Regii, qua admonemur, plurimas Capellanias eſſe in hac Diœceſi uſurpatas ſub ſuppoſitione juris patronatus, quo carent; quod in vacationibus perperam probant uſurpantes, nec ad illos pertinere jus præſentandi in damnum juris Abatialis, ad quod ſpectat libera earum collatio exhortans Judices Eccleſiaſticos ad vigilantiam, ut in caſuum occurrentia citetur Fiſcalis Eccleſiaſticus, ut ſe opponat præſentationibus hujuſmodi, & jus Dignitatis Abbatialis, & libertatem Capellaniarum in judicium deducat; ne incautè, & abſque defenſione fiat præſentatis nequam inſtitutio; conſtito de præſentantium iniqua, & contra juris diſpoſitionem quaſi poſſeſſione de facto quæſita & de defectu juris patronatus, ut clariùs per contradictionem uſurpatio appareat iſta eſt conſtitutio 1. *tit.*7. *de inſtitution. & jure patrona.* ita per hæc verba diſponens.

Conſtitutio Synodalis.

22 *EN las Igleſias de eſta nueſtra Abadia ay muchas Capellanias fundadas, y de muchas de ellas non parecen fundaciones, ni los que pretenden ſer patronos lo pruevan, como devieran, y con la qualidades, y requiſitos que el ſanto Concilio de Trento diſpone: y ay en eſto mucha confuſion, y à vezes recibe gravio, y per ſuyzio el derecho del Prelado en las proviſiones deſtas Capellanias, y algunos eſtan intruſos en los patronatos.*

*Por tanto, S. S. A. ordenamos, y mandamos, que acerca deſido, y provar los derechos de patronato, ſe obſerve, y guarde lo que diſpone el dicho ſanto Concilio.*

*Y nueſtros Juezes en las cauſas, y pleytas de patronatos eſten en eſto muy avertidos y todas las vezes que ſe ofreciere el caſo, manden dar tranſlato a nueſtro Fiſcal, para que alegue, y pida lo que convenga al derecho de nueſtra Dignidad, ſe haga juſticia.*

Benè agnoverunt Antiſtites noſtri uſurpationem potentium, ſe ingerentium in jus præſentandi ad plures Capellanias hujus Diœceſis, in eis deficiente jure patronatus, cum à ſua origine abſque eo fuerint erectæ, & ex ſuppoſitione ejus exiſtentiæ, ad illarum præſentationem inhærentes, & præſentantes ex cauſa conſanguinitatis, & proximitatis fundatori, nullo exiſtente jure patronatus in erectione Capellaniarum vel illud ſupponentes, ad illud præſentant tanquam gentilitium.

23 Sed deſidia judicantium, vel ignorantia principiorum juris ad reſiſtendum, & contendendum libertatem Capellaniarum, vel amore, vel timore potentium uſurpantium, iſtis præbuit occaſionem uſurpandi jus præſentandi injuſtè; Pueri petierunt panem, & non erat qui frangeret eis. Cum igitur, Nos experientia docti, & agnoſcentes hanc ruinam, curávimus recto tramite recuperare libertatem Capellaniarum, & finem uſurpationem imponere pro authoritate & jure ſimul Dignitatis, non parcentes labori; has elucubrationes ſcripſimus, regulas juris firmiſſimas apponendo, ut deinceps cognoſcantur cauſæ, ex quibus deſtruantur quaſi poſſeſſiones juris præſentandi, & detegatur jus patronatus, an fuerit vel non, creatum in fundatione Capellaniarum; & an ſit hæreditarium, vel gentilitium & an poſſit hæreditarium, ut gentilitium quaſi poſſideri; vel gentilitium tanquam hæreditarium etiam per multos annos; Speramus igitur, hunc tractatum admodum utilem Prælatis Eccleſiaſticis, & judicibus utriuſque fori futurum.

---

## ARTICULUS XVI.

De inanibus tramitibus, quibus uſus eſt adverſarius, abutendo ſalubri recurſu violentiæ.

Violentiæ decreto, & proviſione regia inde emanata, ſemel intimata, & per Senatum juſtis de cauſis denegato complemento, ſi pars iterum utatur abſque ejuſdem Senatus novo decreto, reus erit pœnæ ob temeritatem.

Super appellatione poſtmodum reſoluta, aut renuntiata, ſeu aliàs nulliter interpoſita, recurſus ad regem per viam violentiæ cedere non poteſt.

### SUMMARIUM.

1 *Libertas Capellaniæ ex inſtrumento fundationis probatur.*

*Quaſi poſſeſſio præſentandi nihil prodeſt præſentanti, nec præſentato, contra Ordinarium contendentem pro libertate Capellaniæ, ibidem.*

2 *Conſuetudine exequendi ſententias exiſtente, executio, & immiſſio juſta eſt.*

3 *Fingens diverſam ſententiam, mutando ejus ſubſtantiam, decipit Senatum Regium, & n.*4.

5 *Sentia quæ non convenit actis, nec ex eis juſtificatur, nulla eſt ipſo jure, & n.* 6.

7 *Sententia lata ex falſa cauſa, quæ ex actis detegitur, nulla eſt ipſo jure.*

8 *A ſententia nulla (etiam lata in quolibet judicio privilegiato) appellatio cauſat utrumque effectum, & attentata.*

9 *Conſuetudo exequendi ſententias non procedit in ſententiis nullis, ſed tantum in validis.*

10 *Decretum violentiæ, quod non convenit actis proceſſus, non obtemperatur.*

*Nec ſecunda juſſio conceditur in Senatu vidente diverſitatem factorum.*

11 *Pars utens proviſione regia ſemel à Senatu abolita graviter delinquit.*

12 *Sententia per deſertionem ob non factam diligentiam in proſecutione appellationis tranſit in rem judicatam, & n.*14. *&* 15.

13 *Appellatio ut nulla reſolvitur, ſi appellans intra decem dies non declarat judicem, ad quem appellat.*

16 *Appellatio frivola eſt, conſtito de notoria injuſtitia appellantis, & n. 17.*

18 *Conſuetudo exequendi ſententias in proviſione Capellaniæ non cauſat attentata.*

19 *Appellatione deficiente, aut quomodolibet reſoluta, ceſſat recurſus ad Regem.*

20 *Quando lex unum ſupponit, & aliud diſponit, non poteſt verificari diſpoſitio, niſi prius verificetur ſuppoſitio.*

21 *Delatio ſupponit appellationis legitimæ exiſtentiam qua deficiente deficit ſubjectum, ſuper quo cadere poſſit.*

22 *Appellatio deſerta ob non factam diligentiam in ejus proſecutione reſolvitur.*

23 *Et ſententia tranſit in rem judicatam.*

24 *Terminum ad ſibi aliquid faciendum impoſitum qui non ſervat, ſuo juri renuntiare intelligitur.*

25 *Qualitas, & legitimitas appellationis conſtare debet Senatui ex actorum inſpectione.*

26 *A ſententia declarata deſerta appellatio non cauſat attentata.*

27 *Appellationi nullæ, aut informiter interpoſitæ judex non deferens vim nullam facit.*

28 *Reſcripta emanata à ſuperioribus ſuper appellatione, quæ non ſtat, vel fuit tacitè, vel expreſſe reſoluta, nihil operantur.*

29 *Violentiæ cauſa ceſſante, ceſſat recurſus ad Regem.*

30 *Executio pendente appellatione, nulla, & attentata, convaleſcit ſubſecuta appellationis deſertione, ac ſi ab initio interpoſita non fuerit.*

31 *Appellatione deficiente deficit attentatum, quia quod nullum eſt, nullum producit effectum.*

32 *Sententiâ tranſlatâ in rem judicatam, non curatur de attentatis.*

33 *Duæ mirabiles deciſiones ad idem recenſentur ad literam. & n. 34. & 35.*

36 *In executione ſententiæ tranſlatæ in rem judicatam ob deſertionem ſervantur quatuor termini ad docendum de diligentiis geſtis in proſecutione appellationis.*

37 *Multi ſunt in jure caſus, in quibus non ſervantur dicti termini.*

38 *Judex certus ex inſpectione actorum nullam factam fuiſſe diligentiam in proſecutione appellationis, non tenetur ſervare ſolitos terminos.*

37 *Celebris ad idem refertur Rotæ deciſio literaliter.*

40 *Tunc præcipuè conſtare dicitur notoriè de non perſecutione appellationis quando ex actis non apparet, fuiſſe petitos apoſtolos.*

41 *Sententia ſi aliqua juris diſpoſitione poteſt exequi appellatione pendente, hac poſtea deſerta termini non ſervantur, & n. 42.*

43 *Quatuor termini dumtaxat ſervantur, quando agitur de exequenda ſententia quæ ob deſertionem tranſivit in judicatum, ſecus quando agitur de delaranda deſertione, & tranſitu in judicatum.*

44 *Quando ex actis proceſſus notoriè conſtat de deſertione appellationis, non curatur de male geſto proceſſu, nec ejus defectibus.*

45 *Fruſtra expectatur id, cujus eventus nullius eſt effectus.*

46 *Recurſu ad Regem pendente non currunt termini fatales, & n. 47. & 48.*

49 *Terminus appoſitus rei, tunc ſuſpenditur, quando ſuper ipſa re movetur controverſia.*

50 *Articulus motus ſuper re (cui eſt appoſitus terminus) tunc illum ſuſpendit, quando eſt probabilis, non calumnioſus, & n. 51.*

52 *Terminus oblatus ab impedimento, ſuppletur, quantum abſtulit impedimentum, & non amplius.*

53 *Impedimentum recurſus ad regem quantum fuerit, & duravit, facillimè ex actorum inſpectione probatur.*

54 *Conſtito Senatui ex actorum inſpectione de reſcriptione appellationis, nihil ſuper ejus delatione decernere poteſt, cum fuerit reſoluta, & annullata.*

55 *Recurſu ad regem pendente, geſta per judicem Eccleſiaſticum non ſubjiciuntur vitio nullitatis, vel attentati, & n. 56. & 57.*

58 *Abſentia deſertionis, & tranſitus in rem judicatam, appellatio caret ſuſpenſivo effectu.*

UT nihil intactum in progreſſu hujus litis relinquamus, quædam adnotanda erunt, quæ extra ordinem, & curſum legitimum recurſus ad regem per viam violentiæ acciderunt, referre non deſinam, ut modus, quo illis occurrere ſit neceſſe, agnoſcatur, ſuppoſita igitur ſpecie litis, de qua ſupra *art. 1. ex n. 5. & ſeqq.* lata fuit ſententia diffinitiva, ex qua fuit excluſa D. Joan. à jure præſentandi ad hanc Capellaniam, & abſolutè applicatum jus liberæ collationis Ordinario. Quàm juſta fuerit hæc ſententia, nullus qui perlegerit articulos in *hoc tractatu* deſcriptos, *ex art. 3. & 6. uſque ad* 15. ignorabit, 1
ex iis enim manifeſtè apparet, nec umbram juſtitiæ aſſiſtere præſentanti, nec per eam præſentato, ut admitti poſſit ad inſtitutionem, pluſquam notoriè conſtat, nullum creatum fuiſſe jus patronatus ab origine fundationis hujus Capellaniæ; ſed potius erecta in ſua libertate, ut ex inſtrumento fundationis monſtravit Fiſcalis Eccleſiaſticus; monſtravit etiam per varia juris fundamenta inevitabilia, præſentantem nullam potuiſſe acquirere quaſi poſſeſſionem juris præſentandi, ſed adquiſitam (etiam data exiſtentia juris patronatus) prorſus deſtructam, & contemnendam manere, & ad nihilum prodeſſe contra Ordinarium exiſtentem in lite pro libertate Capellaniæ.

Ab hac juſtiſſima ſententia appellavit præſentatus. 2
Judex appellatione non obſtante, executioni mandavit, immittendo in poſſeſſionem Capellaniæ proviſum ab Ordinario, motus notoria, & conſtante conſuetudine vigente ab immemoriali exequendi ſententias ſuper proviſione Capellaniarum, appellatione non obſtante; prout ad longum oſtenſa fuit ſuperius, *art. 1. & 2.* quæ ſine ullo ſcrupulo tranſit.

Pars appellans ab hac ſententia uſa fuit recur- 3
ſu violentiæ, ut ſuæ appellationi deferri, & reponi Senatus decernat, ſed timens conſuetudinis conſtantiam exequendi ſimiles ſententias (cui merito per Regium Senatum defertur, ut *in dict. art. 3. ex n. 8. cum ſeqq.*) confugit appellans ad extraordinarium modum, fingendo diverſam, & contrariam determinationem ſententiæ, aſſeverans, illam fuiſſe latam ſuper articulo devolutionis (cum abſolute fuerit lata pro libertate Capellaniæ eſſeque liberæ collationis) ut conſequi poſ- 4
ſet decretum violentiæ.

Quod facile conſequi poſſet, ſi ejus relatio foret vera, etiam non obſtante conſuetudine, & ad qualificandam ſuam malitiam (colludente etiam

Agente

Agente Dignitatis ) decipiendo Senatum Regium, monſtravit aliam ſententiam, in illa vacante latam jure devolutionis, fingens illam latam in hac vacatione, à qua appellaſſe ſupponebat.

5 Qua ſiniſtra relatione ſuppoſita, Senatus deceptus declaravit, vim facere judicem deferendo appellationi ab illa ſententia, decrevitque ut deferat, & reponat. Nam ſi ex facto jus oritur pariter ex modica facti mutatione jus variatur totum;cujus decretum juſtiſſimum fuit, ſi enim ſententia lata foret ex cauſa devolutionis(prout fingebatur) foret nulla ipſo jure, tum quia extra acta proceſſus ferebatur,in quibus nec veſtigium aliquod reperitur, ex quo cauſari potuiſſet devolu-

6 tio de qua nec actum, nec ullum verbum tractatum fuit, ideo ſententia, quæ non convenit actis proceſſus, nec ex iis juſtificari poteſt,nulla eſt ipſo jure, & notoriè injuſta.Pariſ. *conſ.54.nu.2.l.4.* Cæſar.de Graſ. *dec.2.de ſolutionib.*Gabr. *conſ.28. n.6.lib.1.* Graffis.*deciſ.13.in fin.de ſentent. & re judicat.* Rota *dec.689.n.2. part.1. in recent. & dec. 659. n.16. part.2. in recentior.* Rota ut per Marchesan. *de commiſſ. tom.1.fol.22.* Seraphin.*decis. 1261.nu.5.* Alexand. Ludoviſ. *decis.1.n.4.* quæ aliam deciſionem allegat, & plurimos ad hoc cumulavit Oliver. Beltramin. *in annotationib. ad Alexand. Ludoviſ. dict.dec.1. n.5.6.7. &* 8. omnino videndus.

7 Deinde quia ſi lata foret ex cauſa devolutionis, cum falſa eſſet, & uti falſa apparet ex actis, pariter nulla foret evidenter, nam ſententia lata ex falſa cauſa, quæ ex actis detegitur falſa, nulla eſt ipſo jure, Felinus *in cap. inter cæteras, num.5. de re judicat.* Aimon. Crave. *conſ.134. in fin.* Rota *dec.27. de re judicat. in antiq.*Alexand.Ludoviſ. *dec.2. numer.3. & 4.* & per Bart. Abbat. Felin. Contard. Surd. *conſ. 492. num.4. & conſ. 597. numer.9. lib.4.* tenet Sigiſmund.Scac. *de ſentent. & re judic. gloſſ.14. q.32. n.45.*

8 Ex quo ſequebatur; quod à ſententia nulla ( etiam lata in caſu, quo aliàs appellatio non admittitur ) juſta eſt appellatio, & legitima quoad utrumque effectum, producens attentata, ad latiſſimè per Nos ſcripta *in commentariis noſtris, de Regia protect. 3. part. c.9. à princ. & per totum.* in exornationem *l. 4. §. condemnatum ff. de re judic.*

9 In tantum, ut huic legitimæ appellationi reſiſtere non poterat conſtans conſuetudo Tribunalis Abbatialis, non admittentis appellationem ſuſpenſivam à ſententiis latis ſuper proviſione capellaniarum, cùm locum habeat in ſententiis validis, ritè, & rectè latis, non in ſententiis nullis,quarum executio à jure negatur, prout ad longum comprobatum remanet ſuperiùs *art. 2. ex nu.20. cum ſeqq. & uſque ad finem.*

10 Juſtè igitur inde emanavit decretum violentiæ, ut judex deferat appellationi interpoſitæ à ſententia devolutionis lata; quo decreto inſerto ſub hac relatione, & ſuppoſitione expreſſa expedita fuit proviſio Regia,ut huic appellationi judex deferret, qua intimata, actis viſis, & parte citata, ex illis cum non appareret, nec à parte monſtraretur talis ſententia devolutionis, nec ab ea appellatio aliqua, quâ verificari, & adaptari poſſit decretum violentiæ ad eam reſtrictum,ita reſponſum fuit proviſioni Regiæ; conqueſta fuit pars in Senatu petens ſecundam juſſionem, dictam *ſobrecarta,* ut judex primæ obtemperaret, adductis ad hoc in Senatum Regium actis, ex illis recognoſcentem juſtam reſponſionem judicis Eccleſiaſtici; juſtè denegavit complementum ſui decreti, & proviſionis, & non eſſe locum ſecundæ juſſioni, cujus determinatio tranſivit in rem judicatam.

Poſtmodum poſt longum tempus pars ipſa motu proprio, & abſque novo Senatus Regii interventu, aut decreto, iterum temerè utendo dicta prima proviſione violentiæ, ſic per Senatum Regium rectè revocata, & annihilata: comparuit coram judice Eccleſiaſtico, illam intimavit, petendo ejus complementum, & quod judex deferat, & reponat, prout in illa continebatur. Cui iniquæ prætenſioni Fiſcalis Eccleſiaſticus ſe oppoſuit,allegans temeritatem utentis præfata proviſione revocata, in dedecus Regii Tribunalis, & judicis Eccleſiaſtici, & petens pro calumnia,graviter multari. Protervia ductus adverſarius iterum recurrit ad Senatum Regium, ſimpliciter allegans, omiſſa prædictorum relatione, conqueritur de judice Eccleſiaſtico nolente obtemperari proviſioni Regiæ ſibi mandanti deferre, & reponere, adductis iterum actis conſtito ex eis de falſa, & ſiniſtra relatione partis conquerentis, non venire in ſtatu cauſam decrevit. Comparuit adverſarius coram judice Eccleſiaſtico, petens complementum dictæ primæ proviſionis abolitæ, & ſic declarare debere. 11

Interim Fiſcalis Eccleſiaſticus introduxit articulum admodum ad cauſam principalem utilem, & ſubſtantialem; nempe declarandam eſſe ſententiam in cauſa principali latam tranſiſſe in rem judicatam, eo quod pars ab ea appellans nullam in proſequutione ſuæ appellationis ab ea interpoſitæ feciſſet diligentiam, nec in Tribunali inferioris petendo Apoſtolos, nec in Tribunali ſuperioris, nec etiam in Senatu Regio, ſed omni negligentia per duos annos deſerta manſiſſet appellatio, & ſic nulla, & reſoluta, ac ſi initio interpoſita non fuiſſet. 12

Ac inſuper ex alio capite etiam oppoſuit Fiſcalis, nullam, & reſolutam manſiſſe præfatam appellationem eo quod pars appellans intra terminum decem dierum ad appellandum non declaravit judicem, ad quem & coram quo ſignanter volebat illam proſequi, cum multi ſuperiores adſint ad quos poſſit appellari ab hac Dignitate Abbatiali, ut ex actis hoc probatur. 13

Intimata parti hac articuli petitione, & introductione Fiſcalis Eccleſiaſtici, ut appellans diligentias in proſecutionem ſuæ appellationis oſtenderet nihil allegavit feciſſe,ſed ſibi non cucurriſſe terminum fatalem, eo quod impeditus fuerat,per recurſum ad Regem, tacitè confitens, ad nullas diligentias teneri, ob juſtum hoc impedimentum, & eo durante. 14

Concluſis his duobus articulis, declaravit judex,ſententiã tranſiſſe in rem judicatam,& deberi executioni mandari: in ſecundo autem articulo tangente complementum primæ proviſionis violentiæ per Senatum Regium abolitæ, multavit partem, ea utentem, ob temeritatem, & calumniam, ( & ob contemptum, & irreverentiam decreti Regii Senatus tranſlati in rem judicatam in vigenti millia marabitorum applicata operibus piis. Intimata hac ſententia, à re judicata appellavit, à condemnatione, & mulcta non appellavit; & fuit declarata tranſiſſe in rem judicatam. 15

Sua inſuper ſolita protervia ducta pars iterum & tertiò recurrit ad Senatum Regium, & facta

omnium prædictorum relatione, conqueritur de judice, nolle ſcilicet illum complere proviſionem Regiam illam primam abolitam & ut ſibi concedatur ſecunda juſſio, hoc eſt *Sobrecarta*, ut judex ejus virtute deferat, & reponat, prout in ea continebatur. Adductis ad Senatum Regium iterum actis, extra ordinem, & per modum inſolitum, declaravit Senatus, non venire per ordinem eo quod non fuit modus cognitus, quo illud primum decretum violentiæ reſtrictum ſententiæ devolutionis, & ab ea appellatione applicari poſſit ſententiæ latæ, & ejus appellationi.

16 Deſtituta jam pars ſuis ineptis remediis, confugit ad illam appellationem à ſententia lata per Proviſorem, qua abſolutè applicaverat jus conferendi hanc cappellaniam Abbatiali Dignitati, petens à Senatu illi deferendum, & fore reponendam executionem illus ſententiæ factam per judicem ſua appellatione pendente.

17 Sed hæc vana partis admodum protervæ prætenſio variis deſtruitur fundamentis; & primum ſit, ejus notoria injuſtitia, quæ ex actis proceſſus, & ex iis, quæ abundanter monſtravimus, ex *art. 3. uſque ad decimum quintum* incluſivè, manifeſtè apparet, nullum ſibi, nec eum præſentanti, jus in poſſeſſione, nec in proprietate competere, ſed potius variis ex cauſis utrique reſiſtere abſque humana aliqua defenſione, umbra, aut ſubterfugio: nam cum iſta appellatio notoriè, & maniſeſtè careat omni juris fomento, & quocumque vadat, nequeat effectum aliquem ſortiri, quia cum ſua notoria injuſtitia vadit veſtita, ideo notorie frivola judicatur, cui nec jus deferri, nec eſt à judice deferendum, ad latiſſime per Nos tradita *in tract. de Regia protect. 3. part. cap. 6. ex n. 35. cum multis ſeqq.*

18 Secundum ſit; conſuetudo immemorialis vigens in Tribunali Abbatiali Compluti Regii exequendi ſententias latas ſuper Capellaniarum proviſione, non obſtante appellatione, de qua, omnibus juris modis comprobata ſcripta remanet *in primo, & ſecundo art. hujus tractat.* ubi inanibus contradictionibus oppoſitis prorſus deſtructis, reſponſum præbuimus accuratè: qua igitur conſuetudine ſtante, omnibus Tribunalibus præciſè ſervanda, nullam vim facere judicem Eccleſiaſticum exequentem ſuas ſententias in proviſione Capellaniarum latas, declarandum eſſe à Senatu Regio, altius oſtendimus in *art. 1. ex n. 7. uſque ad finem*: quapropter adverſarius appellans excluſus reperitur à decreto violentiæ obtinendo à Senatu Regio.

19 Tertium & prorſus inevitabile, ſit defectus appellationis, qua quoquomodo deficiente, ceſſat omnino recurſus ad Regem per hanc viam violentiæ, qui ſolummodo deſtinatus eſt ad declarandam violentiam, & tollendam ob denegatam delationem appellationi juſtæ & legitimæ, interpoſitæ, & exiſtenti, juxtà magiſtralem diſpoſitionem, *l. 36. tit. 5. l. 2. Recopilat.* ibi: *Nos pertenece alçar las fuerças que los Juezes Eccleſiaſticos hazen en las cauſas de que conocen, no otorgando las apelaciones, que dellos legitimente ſon interpueſtas,*
20 *&c.* Igitur legitima appellatio debet adeſſe, ut delationem conſequi valeat, quia quando lex unum ſupponit, & illud diſponit, non poteſt verificari diſpoſitio, niſi prius verificetur ſuppoſitio, Surdus *conſ. 150. n. 38. & conſ. 430. n. 17.* Cephalus *conſ. 90. n. 51.* Roland. à Valle *de lucro dotis, quæſt. 11. n. 17. & conſ. 10. n. 14. l. 4.* Seſſe *deciſ. 160. n. 24.* Beccius *conſ. 53. num. 7.* Delatio namque ſup- 21
ponit appellationis legitimæ exiſtentiam, quæ ſi non ſtat, vel aliquo accidenti, & juris diſpoſitione reſolvatur, deficit ſubjectum, ſuper quo cadere poſſit delatio, cùm non entis, nullæ ſint qualitates, nec qualitas poſſit eſſe ſine ſubjecto.

Ex inſpectione itaque actorum conſtabit Se- 22
natui Regio notorius, & evidens defectus appellationis, cum interpoſita à diffinitiva, fuerit reſoluta juris diſpoſitione, tranſacto anno fatali, nulla facta per appellantem interim diligentia in proſecutionem ſuæ appellationis, nec coram judice inferiori, petendo Apoſtolos, & teſtimonium appellationis ad ſe præſentandum coram ſuperiori: nec aliter coram iſto comparuit, nec partem appellatam citavit ad aliquid agendum attingens proſecutionem, nec per duos fere annos uſus fuit ſua appellatione præfata in Tribunali Regio uſque modo, quo jam deſerta, & reſoluta reperitur, ob tranſitum duorum annorum à tempore appellationis uſque ad ſententiam, qua declarata fuit appellatio deſerta, & diffinitivam tranſiſſe in rem judicatam, ad cujus declarationem cùm fuiſſet citatus appellans, ut oſtenderet diligentias ab eo factas in proſecutionem ſuæ appellationis, nullam oſtendit, ſed imo potius ad nullam faciendam eſſe adſtrictum, durante recurſu ad Regem ( de quo inferius latiùs agendum erit, *ex num. 46.* ) allegavit.

Quo ſuppoſito ex ipſiſmet actis patenter ap- 23
paret, appellationem interpoſitam fuiſſe reſolutam, & ſententiam tranſiſſe in rem judicatam, juxta diſpoſitionem text. *in capit. cum ſit Romana 5. de appellationib. l. 6.* ibi: *Intra quod, ſi is, qui appellaverat, cauſam appellationis non fuerit proſecutus, tenebit ſententia, ſi poſt ſententiam appellaverit, & à cauſa ſua cecidiſſe videtur, nec amplius ſuper ipſo negotio audiatur appellans* text. *in cap. perſonas. 4. in ordine, de appellat.* ibi: *Ex tunc judicio ſuo ſuper iis, quæ in quæſtione vertuntur ſine contradictione aliqua ſtare, compellas:* text. *in l. quoniam nonnulli*, ibi: *Placuit, ut ſi intra dies ſolemnitatibus præſtitutos ad facienda, hæc appellatoris cura defuerit, deſerta ab eo provocatio exiſtimetur, moxque debitum exigatur, C. de appellat.* tex. *in l. fin. §. illud*, ibi: *Et ſententiam contra eum latam in ſuo robore durare, & ad effectum perduci, tanquam ſi ab initio minimè fuerit provocatum, &c. C. de temporibus appellatio.* quæ jura, & alia accuratè exornavimus, *in tractat. de Regia protect. 3. part.*
*cap. 18. ex nu. 88. cum multis ſeqq.* ad quod vide 24
celebres & magiſtrales Rotæ deciſiones ad literam adductas infra, *ex numer. 3.* certum eſt enim, ut qui terminum ſibi ad aliquid faciendum præfixum, labi permittit, ſuo juri renuntiare intelligatur; Cephalus *conſ. 201. n. 4. lib. 2. & conſ. 202. n. 18. eodem l.* Veſtrius *in praxi Rom. Curiæ, l. 8. c. 4. n. 21. adnot. ad Ægidium, num. 108.* Caſſiador. *dec. 4. num. 3. de dilationibus.*

Conſtito igitur Senatui de evidenti defectu 25
appellationis ſemel juris diſpoſitione reſolutæ, & ad nihilum redactæ ex inſpectione auctorum, juxta determinationem *d. l. 36. tit. 5. l. 1. Recopilat.* quæ ad hunc effectum agnoſcendi qualitatem, & exiſtentiam appellationis, acta proceſſus ad ſe perduci jubet, ibi: *Y ſi el Juez Eccleſiaſtico no la otorgada, mandem traer à las dichas nueſtras Audiencias el proceſſo Eccleſiaſtico originalmente, el qual traido ſin dilaciõ lo veã: y ſi por el les conſta,*

*conſtare, que la apelacion eſta legitimamente in*
*pueſta, alçando la fuerça, porvean que el tal Juez*
*la otorgue, &c.* quo caſu cum non reperiatur, nec
ſubſiſtat appellatio, Senatus aditus per hanc
viam violentiæ præcisè declarabit, nullam
violentiam adeſſe, & cauſam remittendam Ju-
dici Eccleſiaſtico, cum deficiat principale, &
eſſentiale fundamentum, hanc cauſam introdu-
cendi in Senatum Regium.

26 Quod & fortius cum majori ratione procedit,
quando jam Senatui apparet, judicis Eccleſia-
ſtici determinatio ritè facta ſuper eodem arti-
culo deſertionis, & tranſlationis ſententiæ in rem
judicatam, cui ſtandum eſt præcisè, interim dum
per tres ſententias conformes non fuerit revo-
cata per Judices Eccleſiaſticos, cum prædic-
tæ ſententiæ deſertionis, & tranſlationis in rem
judicatam effectus non poſſit ſuſpendi per ap-
pellationem ab ea interpoſitam, qua non obſtan-
te, executioni mandari, abunde probatum, & fun-
datum extat in *noſtris commentariis de Regia*
*protect.3. cap.18. à num.85. cum multis ſeqq.* per
plurima jura, & fundamenta.

27 Urget inſuper, quoniam appellationi nullæ,
aut informiter interpoſitæ judex non deferens
vim nullam facit, & ita determinat Senatus
aditus per viam violentiæ, permittens ſententiæ
executionem, ex copiosè reſolutis per Nos *in tra-*
*ctat. de Regia protect.3. part. cap.9. nu.106. cum*
*multis ſeqq.* Ergo fortius, ubi appellatio juris
diſpoſitione reſoluta, & annihilata reperitur,
quæ nullum juris effectum producere poteſt ul-
tra ſententiæ executionem actualem.

28 Ideoque nullum decretum violentiæ, nullaque
proviſio Regia emanata ſuper hac appellatione re-
ſoluta poteſt aliquem ſortiri effectum, quin ſemper
poſſit ſatisfieri & reſponderi, nullam exiſtere ap-
pellationem, cui poſſit deferri: cùm certum ſit
de jure, omnia reſcripta emanata à ſuperiori-
bus, ſuper appellatione, quæ non ſtat, aut
quæ fuit tacitè, vel expreſsè reſoluta, aut renun-
tiata, nihil operari, nec effectum ſortiri poſſe, ut
in iis terminis, & in aliis variis, & ſimilibus caſi-
bus abundè ſcripſimus *in noſtris commentariis, de*
*ſupplicat. ad ſanctiſſ.2. part. cap.5.§.1. ex nu.31.*
*cum ſeqq.* & melius, *ex num.56.* ubi plures Do-
ctores in terminis: & ſimiliter, *2. part. cap.9. ex*
*num.41. & 2. part. cap.10. num.109. & num.96.*
29 recurſus ceſſat, ceſſante violentiæ cauſa ob con-
ſenſum partis, Nos *in eodem tractat. 1. part. cap.*
*13. num. 61.*

30 Sed denique, ut ſciatur quanta ſit vis, virtus,
& efficacia deſertæ appellationis, illud ſcitu, &
admiratione dignum adnotandum erit, quod ſi
appellatio in ſe legitima à principio fuerit interpo-
ſita, ita ut ea pendente, executio ſententiæ cauſet
attentata, revocationi, & repoſitioni ſubjecta;
ſi poſtmodum ſuperveniat ipſius appellationis de-
ſertio ob negligentiam appellantis, tranſitum an-
ni fatalis, taliter appellatio ipſa amittit vires, &
affectum ſuſpendendi executionem ſententiæ, ut
executio ipſa, quæ à principio, & ante deſer-
tionem cauſavit attentatum, poſtea vitio atten-
tati purgato, & deleto per deſertionem ipſam,
convaleſcit, & firma manet, ac ſi à principio de
jure permiſſa fuiſſet, vel appellatio nulla fuiſſet
interpoſita; ex juribus adductis, *ſuprà, ex num.*
31 *23.* nam appellatione deficiente, deficit etiam
attentatum, quia quod nullum eſt, nullum pro-
ducit effectum, juxta juris regulam, *l.4.§. cùm*
*damnatum ff. de re judic. l. non putavit. §. non quæ-*
*vis, ff. de bonor. poſſ. contra tabul. l.2. ff. de authori-*
*tat. tutor. l. ſi aut nullum, C. de legitim. hæred. cap.*
*quod nullum, regul. jur. in 6.* & quia cùm per de- 32
ſertionem appellationis, ſententia tranſierit ipſo
jure in rem judicatam, hac ſtante, non curatur de
attentato præcedente.

Hanc mirabilem doctrinam juris fundamentis, 33
& plurimorum Doctorum exornatione pleries
in iis terminis canonizavit Rota Romana in plu-
ribus deciſionibus, ut videre eſt *in una capel-*
*laniæ, deciſ. 492.* penes Farinac. *in recentiorib.*
*2. part. fol. mihi 541.* quæ à principio ita ait:
*Licèt poſſeſſio capellaniæ capta per Petrum penden-*
*te termino ad appellandum à ſententia Ordinarii*
*Palentini ad ejus favorem lata, ſubſecuta Andreæ*
*ejus adverſarii legitima appellatione fuerit atten-*
*tata. c. non ſolum, de appellat. in 6. & ibi gloſſa, &*
*privilegio attentatorum revocanda, Francus, ibi,*
*num. 6. Seraphinus decis. 1583. num. 1. tamen*
*contrarium concluſerunt Domini in præſenti cauſa,*
*&c. executio enim facta pendente appellatione, illa*
*deſerta, convaleſcit, quando executio eſt directa ut*
*beneficii controverſi poſſeſſionis adeptio, ſublata enim*
*appellatione, tollitur ſuſpenſio judicati jam inducta,*
*& executio firma manet; & licèt malè facta ſit,*
*non revocatur, cum de novo fieri deberet; & firma-*
*to principali, videlicet ſententia, firmatur acceſſo-*
*rium, quod eſt ipſa executio poſt Joannem Mona*
*chum, quem refert Joannes Andreas. & utrumque*
*Franchus in cap. licet, nu.4. vers. Quod autem de*
*ſententia excommunicationis in ſexto. Ancharan. in*
*capit. non ſolum, num.7. de appellationib.5. Mi...*
*verbo, executio facta pendente, Lancellotus de at-*
*tenta appellatione pendente, 2. part. cap.12. ...*
*1. ex n.14. & ſeqq. ad quod facit optimè ...*
*contrario ſenſu in l. cum ex cauſa, ff. de appell...o-*
*nib. quem adducit Monachus, dict. cap. licet nu.2.*
*vers. Sed quæro, in princip. &c.* Hactenus de mi-
rabili deciſione.

Similem non omnino in eiſdem terminis de- 34
terminavit Rota *in deciſ. 496.* inter recollectas
per Ludovic. Poſthium *poſt tractatum de manu-*
*tentione,* quæ *ex num.1. & 2.* ita loquitur. *Et*
*quoad primam partem Domini non fuerunt con-*
*cordes. Nam contra attentata adducebatur, quod*
*ſententia A. C. tranſierat in judicatam, utpotè*
*lata 5. Decemb. 1617. à quo tempore nihil dicitur*
*actum in proſecutione appellationis, nec unquam*
*prorogata fatalia, quo caſu dicitur tranſiſſe in ju-*
*dicatum l. ultima. Authent. cum ſeqq. C. de tempori-*
*bus appellat. fuit dictum in Artenſ. bonorum 11.*
*Aprilis præteriti, coram R.P.D. Cavalerio, & ſæpè*
*alias: ſtante autem re judicata, executio ſententiæ,*
*quamvis alias ab initio fuiſſet attentata propter in-*
*terpoſitam appellationē, eâ tamen deſertâ, convaleſ-*
*cit per deſertionem enim appellationis tollitur ſuſ-*
*penſio judicati, & executio firma manet, & licet ma-*
*le facta non revocatur cùm de novo fieri deberet,*
*& firma ſententia remaneat, & ejus executio, Fran-*
*chus in cap. licet, num.4. verſ. Quia autem: de*
*ſententia excommuni. in ſexto, Lancellotus de at-*
*tentatis, 2. part. cap.2. ampliat.1. n.14. & ſequen-*
*tib. & dicit. Rota dec.592. num.3. part. in recent.*
*&c.* Poſt tantorum Doctorum, & Rotæ deciſio-
num authoritatem, & magiſtralem determinatio-
nem nihil eſt quod deſiderari poſſit in articulo
deſertionis, quibus adde Sigiſmund. Scacc. *de*
*appellat. l. 3. cap. 2. quæſt. 15. ex num.70. cum*
*multis ſequent.*

Ex

35 Ex quibus præcisè, & utiliter infertur, quod ſi in noſtro caſu, deficeret conſuetudo Tribunalis Abbatialis exequendi ſententias in proviſione capellaniarum appellatione non obſtante, & appellatio adverſarii fuiſſet legitima, & cauſaret executionem attentatam (quod negatur ex traditis ſuprà, *artic.1 & 2.*) adhuc ipſa executio poſt detectam appellationis deſertionem firma maneret, & convaleſceret, ac ſi nulla appellatio fuiſſet à principio interpoſita; & per conſequens declarandum fore, nullam violentiam commiſiſſe Judicem Eccleſiaſticum in non deferendo, nec in exequendo ſuam ſententiam, cum per deſertionem ſubſecutam appellatio fuerit redacta ad non appellationem, cui ſemel reſolutæ, & annullatæ nil remanet, quod deferri poſſit ultra.

36 Hoc deſertionis laqueo ſuſpenſus adverſarius, fruſtra nititur liberari, & diſſolvi duabus inanibus conſiderationibus, prima eſt quod in declaratione tranſitus ſententiæ in rem judicatam ob deſertionem, non fuerunt ſervati quatuor termini à jure requiſiti, ut condemnatus oſtenderet ſuas diligentias factas in proſecutione ſuæ appellationis: ad tradita per Nos *in tractat. de Regia protect.3. part. c. 18. ex num.68. cum ſeqq.*

37 Cui difficultati multipliciter reſpondetur, quod in noſtro jure multi ſunt caſus, in quibus omitti validè poſſint dicti quatuor termini, qui omnes omnino verificantur, & adaptantur caſui noſtro, de quo agimus, in quo ad effectum declarandi ſententiam tranſiſſe in rem judicatam ob tranſitum anni fatalis, adverſarius fuit citatus, ut oſtenderet ſuas diligentias; nullam exhibuit, nec
38 adhuc allegavit, & adductis actis proceſſus, & accuratè inſpectis notoriè conſtitit judici, nullam factam fuiſſe diligentiam in proſecutione appellationis, quo caſu judex non tenetur ſervare illos terminos: ut probant in terminis Lancellotus *de attentat.2.part.cap.12. ampliat.1. n.39. & 40.* Boër. *dec.206. n.11.* Rot. *deciſ. 1. deciſ.14. & deciſ.19. de appellat. in noviſ.* Mohedanus *dec. 4. de ſentent. & re judicat.* & ita fuiſſe reſolutum coram Achille de Graſſ. teſtatur Mandoſ. *in commiſſ. executoriali, verbo executoriales, qu.1.* pro quo elegans adeſt deciſio *Rotæ* 22. inter recollectas per Ludovi.Poſth. *poſt tractat. de manutent.* quæ *ex num.1.* ſic loquitur in hæc: *Veritas eſt, quod quando petitur executio rei judicatæ quæ provenit ob non interpoſitam appellationem, vel ob appella-*
39 *tionem deſertam, debeant ſervari quatuor termini ad evitandam pronuntiationem ſuper prædictis, ſcilicet ad docendum de appellatione, & ejus legitima proſecutione primo pro prima, item pro ſecunda, item pro tertia, & denique pro quarta dilatione, Veſtrius in praxi, l.8. c. ultimo num.8.*

*Sed hujuſmodi concluſio fallit, ſi ex actis judici conſtat de non legitima appellatione, vel de ejus legitima proſecutione neglecta, quia tunc non eſt opus alia legitima ſervatione terminorum &c.* hactenus de dicta deciſione, ubi allegantur ad hoc plures Doctores, & Rotæ deciſiones.

Idem probat Ludovi.Poſth. *in tractat. de manutentio. obſervation.12. ex num.155.* in hæc. *Nec etiam eſſet neceſſaria citatio, quando appellatio eſſet deſerta, & judex de hac eſſet certus; Rota dec.25. de appellation. in noviſſ. Rota deciſ. 300. num. 3. part. 2. Seraphinus deciſ. 565. num. 5. Rota coram Cardin. Blanchet. Taurinenſis capellaniæ, apud Marcheſan. de commiſſ. dict. part. fol.158. Coccinus deciſ.130.n.3. & in dict. Peruſina Bonorum. poſt tractat. deciſ. 22. num. 2. &c.*

40 Et tunc præcipuè dicitur notoriè conſtare ex actis, de non proſecutione appellationis, quando illis viſis apparet, non fuiſſe petitos Apoſtolos per appellantem à judice inferiori, ut in iis terminis ad excuſandos terminos proſequitur Rota *in d. decis.22. ex num.2. poſt tractatum de manutent.* in hæc: *Sed hujuſmodi concluſio fallit, ſi ex actis judici conſtat de non legitima ſecutione appellationis, quia tunc non eſt opus alia legitima obſervatione terminorum &c.* Sequitur, & facit in hæc: *In caſu autem, de quo agitur, conſtat ex actis Apoſtolos non fuiſſe petitos, & appellationem nullius fuiſſe momenti, Rota dec.47. de appellationibus in noviſſim Lancellot. de attent.part.2. cap. 12.limitat.50.n.195. & ſeqq.verſ.6.cauſa hujuſmodi autem negativa probatur ex ipſa inſpectione proceſſus, Milis in repert. in verbo, Proceſſus, appellat. &c. & ſunt Apoſtoli de ſubſtantia appellationis & pars illius, Rota deciſ.50.num.3. de appellationib. in noviſſim. Lancellot. de attentat. c.12. limit.50. n.202. Surd. conſ.228. num.4. volum.2. Cumque ex inſpectione ipſius proceſſus non reperiantur petiti, ſatis ex hoc probatur negativa non petitionis, cum ſit coarctata ad proceſſum ipſum Alexand.conſ.123. n.23.l.4. Vantius de nullitat. tit. à quo & quibus modis, num.12. & ſeqq. Milis in verb. ſententia, à qua non eſt appellatum, circa principium &c.* Ludovi. Poſth. *de manutent. obſervat.11. n.155. & 156.* ibi. *Ut ſi conſtat ex proceſſu de appellatione, & non reperirentur in eiſdem actis petiti Apoſtoli; Coccinus dict. deciſ. Peruſina bonorum, n.2. & 3. &c.* Atque ideo cum ex horum litis actuum accurata inſpectione judex certus fuerit, Apoſtolos appellationis non fuiſſe poſtulatos; ſecurè potuit omittere prædictos quatuor terminos: Rota *deciſ. 333. n.3. in poſthum. Farinacii tom.2.*

41 Pariter etiam omitti poſſunt illi quatuor termini requiſiti, quando ſententia lata in negotio principali, aliquo juris privilegio, ſtatuto, vel conſuetudine, poteſt exequi pendente appellatione, & cum effectu executioni fuit tradita: nam ſi poſtea ſuperveniat deſertio appellationis, ad ejus pronuntiationem pervenitur abſq; quatuor terminorum obſervatione, ut pluries determinavit Rota; ſicuti apparet ex *dec.438. ex n.14.* inter recollectas per Poſthū *poſt tract. de manutentio.* ibi: *Nec ſubſiſtit, quod ante executionem ſententiæ eſſent ſervandi quatuor termini, ad docendū de appellatione. Quia placuit reſponſio; quod cum à ſententia A.C. uti in mero poſſeſſorio lata per Ægidianam, l.16.c.2. denegatur appellatio, executio illius vigore retardanda non erat; ut poſt Pariſ.conſ.208.n.23.lib.1. cum aliis allegatis tenuit Rota dec.173.p.1.rec.* & per alias Rotæ deciſiones, idem obſervat Ludovi. Poſth. *de manutent. obſervat. 12. n.153. & 154.*

42 Quæ doctrina, & limitatio de plano verificatur in caſu, de quo agimus; in quo executio ſententiæ permiſſa fuit ſtante conſuetudine legitimè introducta in Tribunali Abbatiali exequendi ſententia lata in proviſione capellaniarum non obſtante appellatione; quo caſu dicti termini ſervari non debent; poſtea aſcendo ad actualem executionem ſubſequuta deſertione.

43 Deinde adnotandum erit, quod dicti quatuor termini tunc dumtaxat obſervantur, quando tractatur de exequenda ſententia, quæ ob deſertionem appellationis tranſitum fecit in rem judicatam; ſecus quando ſolum agitur de declaranda deſertione, & tranſitu in rem judicatam; ut eſt videre

dere

dere per Ludovi. Poſth. *de manutentio. obſerv.* 12. *ex n.* 149. Rotam *dec.* 22. *n.* 1. *& dec.* 438. *n.* 14. inter recollectas per ipſum *Poſthium*, prout contingit in caſu præſenti, in quo dumtaxat actū fuit de declaranda deſertione appellationis, & tranſitu ſententiæ in rem judicatam: atque denique in hac materia deſertionis, regula eſt conſtans, quod quando ex actis proceſſus manifeſtè
44 conſtat, de deſertione appellationis, nullo modo attenditur, nec curatur de male geſto proceſſu, nec de ejus defectibus; ut expreſſe probant plurimi DD. & duæ Rotæ deciſiones ad literam adductæ ſuperius, *ex n.* 33. *cum ſeqq. verſ. Hanc mirabilem doctrinam juris fundamentis &c.* quæ firmiter hoc tenent.

45 Suprà dictis addi poteſt, quod cum adverſarius fuiſſet citatus ad docendum diligentias à ſe factas in proſecutione appellationis, non ſolum nullam oſtendit, nec allegavit; ſed imo dixit ad diligentias non teneri, quia ſibi non poterat currere fatale tempus ob impedimentum pendentis recurſus ad Cancellariam; ex quo virtualiter faſſus fuit nullam diligentiam feciſſe: cum dixerit ſe ad nullum teneri; ideo fruſtratorium erat alios illi terminos ad docendum aſſignare: quia fruſtra expectatur id, cujus eventus nullius eſt effectus, & fruſtratorios actus abhorret lex, ut vulgare eſt.

46 Secunda conſideratio, qua adverſarius nititur, ad effugiendam deſertionem ſuæ appellationis, non minus fruſtratoria eſt alia præcedenti: allegavit etenim citatus ſibi non potuiſſe currere tempus fatalium, ob impedimentum recurſus ad Regem per viam violentiæ in hac cauſa ſæpius intentati, noſtras ad idem allegans doctrinas, quæ quidem regulariter, & prout jacent veræ ſunt in ſe, ſed non adaptabiles caſui noſtro.

47 Primò, quia falſum eſt, & contra facti proceſſus veritatem, aſſerere late impedimentum ob recurſus pendentiam: per totum etenim illud tempus ab appellationis emiſſione, uſque ad ſententiam latam ſuper deſertione, nullo modo tractatum fuit, nec mota aliqua controverſia ſuper præfata appellatione, nec in Regio Senatu per viam violentiæ, nec in alio quovis Tribunali Eccleſiaſtico, ſed intacta ſemper remanſit dicta appel-
48 latio, immobilis, & undique derelicta, & prorſus per appellantem oblita, & licet uſus fuerit recurſu ad Regem, non quidem virtute dictæ appellationis, ſed aliam diverſam fingens, & contrariam ſententiam turpiter, & inaniter proſecutus fuit recurſum, ſibi juſtiſſime bis, & ter denegatum à Senatu Regio, ut eſt videre ſuperius, *hoc cap. ex n.* 2. quo ſuppoſito, recurſus pendentis falſa eſt, & contra omnem facti veritatem.

49 Tunc etiam ſuſpenditur terminus appoſitus rei, quando ſuper ipſa re oritur controverſia ob iſtud impedimentum: ex abundè per Nos traditis *in tractat. de protection. Regia*, 1. *part. c.* 7. *ex n.* 75. *cum multis ſequent.* at ſuper iſta appellatione (de qua hodie agitur) nulla hactenus fuit orta controverſia, nec adhibitus recurſus unquam, ut ex actis manifeſtè patet. Sed recurſus adhibitus fuit ſuper rebus omnino diverſis, ſeparatis, & nullo modo tangentibus dictam appellationem, ut eſt videre ſurſum *ex numer.* 2. *cum ſeqq.* ergo terminus fatalis ad ejus proſecutionem appoſitus ſuſpendi non potuit cum omne ceſſaverit impedimentum.

Secundò reſpondetur, quod tunc articulus motus ſuper re, habet effectum ſuſpendendi terminum ipſi rei appoſitum; quando fit in ſui juſtificatione probabilis: at ſi fuerit improbabilis, ſeu calumnioſus, & vitioſus, prorſus caret effectu ſuſpendendi terminum rei appoſitum, ut plurimi probant Doctores, quos allegat, & ſequitur Giurba *deciſ.* 110. *ex nu.* 6. Nos in *tractat. de retention. bullar.* 1. *part. cap.* 15. *ex numer.* 23. *& ſequentib.*

At recurſus intentatus per adverſarium non ſolum fuit improbabilis, vitioſus, & calumnioſus: ſed prorſus falſus, & fictus contra verum factum proceſſus illius, & ſententiæ ſubſtantiâ mutatâ; ut ſuprà *ex n.* 2. & ita per Senatum adverſarius bis, & ter fuit repulſus; ergo nullo modo poterat ſuſpendere terminum anni fatalis. 51

Tertiò, & ultimo reſpondetur, quod dato caſu, quod recurſus ad Senatum Regium interveniſſet juſtè, & utiliter; adhuc impedimentum recurſus quomodocumque illud admittere velimus, non conſumpſit, nec attigit annum fatalem; num etiam deducto omni tempore, quo nequiter, & fruſtratoriè pars adverſa detulit litem ad Senatum Regium, & à quo fuit ſemper repulſus, remanent tredecim menſes, cum dimidio: à die etenim appellationis, uſq; ad diem, quo lata fuit ſententia deſertionis viginti menſes tranſierunt, & quatuor dies; è quibus deducto tempore recurſuum inanium, remanent tredecim menſes, cum dimidio; quibus cauſata fuit deſertio appellationis, cum à tempore appellationis nulla fuerit facta diligentia ſuper ea in nullo Tribunali, ut dictum eſt: nam ex toto prædicto tempore tranſacto, nullum aliud tollitur, quam limitatè tempus, quo duravit impedimentum dumtaxat, & non amplius, ita ut impedimento ceſſante & ſublato de medio, tempus currat & conjungatur cum tempore antecedente, non impedito; ut in iis terminis docuimus in noſtris commentariis *de Regia protection.* 1. *part. capit.* 7. *n.* 74. *cum ſequent.* & in tractat. *de ſupplication. ad ſanctiſſim. part. capitul.* 15. *num.* 8. *&* 17. *& n.* 20. *&* 22. plene Romanus *in conſ.* 443. *in princip.* Calderin. *conſ.* 219. *alias* 4. *de appellation.* Geminia. *conſ.* 42. *n.* 10. plura per Roman. *conſ.* 496. *num.* 9. Et hoc tempus recur- 53
ſus quantum fuerit, & quantum duraverit ejus impedimentum, evidens eſt, & patens ex actis proceſſus, ex quo legitimè probatur; ut in iis terminis adnotavimus *in tractat. de Regia protection.* 1. *part. c.* 7. *ex n.* 73.

Quibus omnibus ſic ſuppoſitis, & cunctis difficultatibus ſublatis, clara, & evidens remanet appellationis deſertio, notoriè patens ex actis, & eorum inſpectione; cùm in ejus proſecutione nullam unquam adverſarius appellans adhibuerit diligentiam, nec coram judice à quo, nec coram judice ad quem, nec coram Senatu Regio, cujus appellationis virtute, nullum recurſum intentavit per viam violentiæ uſque modo tranſactis duobus annis, quando jam ipſa appellatio ſtat ſublata, reſoluta, & extincta per ſubſecutam devolutionem, & judicis declarationem tranſitus ſententiæ in rem judicatam, quo tempore non exiſtente jam appellationis veſtigio, impoſſibile eſt, ut ejus virtute poſſit recurri ad Senatum per viam violentiæ; nec tali uti remedio omnino inutili, & inani, cum appellationis delatio non poſſit cadere ſuper appellatione, quæ non ſtat; ſed eſt à jure reſoluta, prout à *principio hujus articuli* latiùs manet comprobatum. 54

Pro

Pro coronide non omittamus aliqua, quæ otioſè, vitioſèque attigit adverſarius aſſeverans pro excuſanda deſertione, quod omnia geſta per inferiorem eſſent nulla, & attentata, cùm fuerint geſta pendente recurſu ad Regem, quo tempore Judex Eccleſiaſticus non poterat in cauſa procedere, ſed conquieſcere debebat.

55 Hæc propoſitio falſa eſt, tam reſpectu facti, quàm reſpectu juris: reſpectu facti, quia illo tempore, quo proceſſum fuit ad judicium deſertionis, nullus articulus erat pendens in Senatu per viam violentiæ, ſed potius omnes, qui nequiter
56 per adverſarium adducti fuerunt, decretis repulſionis extincti erant, ut ex actis proceſſus clarè patet: ex quibus etiam decretis acta fuerunt remiſſa Judici Eccleſiaſtico, ut libere in cauſa procederet, juxta determinationem *l. 36. tit. 5. l. 2. Recopilat.* & quæ in ejus exornationem adduximus abundè in noſtris commentariis, *de Regia protect. 1. part. cap. 7. per tot.*

Reſpectu verò juris, falſa detegitur dicta 57
propoſitio, nam etiam ſuppoſita recurſus exiſtentia in Senatu Regio, Judex Eccleſiaſticus non impeditur interim procedere, nec ejus proceſſus cauſat nullitatem, nec attentata; prout latiſſimè poſt longam diſputationem, validiſſimaque fundamenta probavimus *in tractat. de Regia protection. 1. part. cap. 7. ex num. uſque ad 58.* omnino videnda.

Tandem advertendum, quod licet adverſa- 58
rius appellaverit à ſententia deſertionis, & tranſitus in rem judicatam, ejus virtute ad Senatum non recurrit per viam violentiæ: & quando recurreret, non poſſet obtinere decretum *vim fieri*, cum in ejus ſententiæ executione nullam vim faciat; non etenim admittit appellationem: prout latè diſputantes poſt plurima jura, & Doctores reſolvimus in *dict. tractat. de Regia protectio. 3. part. cap. 18. ex numer. 85. cum multis ſeqq.*

INDEX

# INDEX

## Copioſiſſimus Rerum, & Verborum, quæ in hoc Tractatu de Libertate Beneficiorum, & Capellaniarum recuperanda, & de quaſi poſſeſſione præſentandi ſubvertenda continentur.

A. *Articulum*; N. *Numerum marginalem*; P. *Paginam denotat*.

### A

APPELLATIO à ſententia lata ſuper proviſione beneficii ſimplicis legitima eſt, quoad utrumque effectum, art. 1. num. 7. pag. 2.

Niſi adſit conſuetudo in tribunali Eccleſiaſtico executionem ſententiæ amittens, appellatione non obſtante, ib.num.8.ib.

Appellatio eſt de ordinariis judicii, ad quam attenditur conſuetudo judicis à quo. art. 1.n. 13. ibid.

Conſtitutione Synodali poteſt tolli appellatio ſuſpenſiva in beneficiis ſimplicibus, ibid.n.17. ibid.

Idem eſt non allegare, quod allegare & non probare, d.art.1.n.23. & 24.p.3.

Actus judiciales ad introducendam conſuetudinem non requiruntur, ſed extrajudiciales ſufficiunt, art.2.ex num.2.cum ſeqq.p.5.

Actus conſuetudini contrarii, ſi poſſunt attribui alteri cauſæ, non præjudicant conſuetudini, d.art.2.n.14.& 25.p.6.

Appellatio legitima à judice procedente, tempore quo debebat conquieſcere, d.a.2.n.38.& 39.pag.8.

Ademptio ejus, quod in diſpoſitione non continetur, nihil operatur, ib.n.43.ib.

Attentati ſententia exequitur appellatione non obſtante, ibid.n.44.& 45.ibid.

Accumulationis articulo pendente alterius litis ſententia lata nulla eſt, admittens appellationem, d.art.2.n.49.p.9.

Et quo decreti genere tunc utitur Senatus Regius, ib n.50.& 51. ibid.

Contra actionem nondum natam præſcriptio cadere non poteſt, art.3. num.29. & ex num.26. p.15.

Alienatio rei Eccleſiæ minus ſolemniter facta, ſi per 30. vel 40. annos pacifice poſſideatur, præſumitur beneplacitum S. A. interveniſſe, art. 11.n.3.p.30.

Sed iſta præſumptio ſolum durat interim, quod de contrario non appareat ex inſtrumenti inſpectione, ib.n.4.cum ſeqq. ibid.

Actus geſtus ſub aliqua qualitate, iſta deficiente, actus corruit, art.12.n.5. &6.p.33.

Si ex admiſſione præſentationum facta per ordinarium induceretur conſenſus ad noviter creandum jus patronatus, multæ Rotæ deciſiones, & Doctorum opiniones communes ſubverterentur, a. 13. ex num. 2. cum multis ſeqq. p.34.

Actus præſentandi, qui non ſortitus eſt effectum ad nihil attenditur, nec prodeſt; artic. 5. n. 8. pag.19.

Actus præſentationis, qui dederunt cauſam liti, non ſunt in conſideratione ad quaſi poſſeſſionem adquirendam, d.art.5.n.9.p.20.

Appellatio uti nulla ſolvitur, ſi appellans intra decem dies non declaret judicem ad quem appellat, art.16.n.13.p.43.

Appellatio frivola eſt, conſtito de notoria injuſtitia appellantis, articul.16. numer. 16. & 17. pag.44.

Appellatione deficiente, ob quomodolibet reſoluta, ceſſat recurſus ad Regem, art.16.n.19. & ſeqq. ibid.

Appellatio deſerta ob non factam diligentiam in ejus proſecutione reſolvitur, art. 16. 22. ibid.

Appellationis qualitas, & legitimitas conſtare debet Senatui ex actorum inſpectione, ib. n. 25. ibid.

A ſententia declarata deſerta appellatio non cauſat attentata, ib.n.26.p.45.

Appellationi nullæ aut informiter interpoſitæ judex non deferens vim nullam facit, ib.n.27. ibid.

Reſcripta emanata à ſuperioribus ſuper appellatione, quæ non extat, vel fuit tacitè, vel expreſſe reſoluta, nihil operantur, d.art.16.n. 28. & 29. ibid.

Appellatione pendente executio attentata, & nulla convaleſcit ſubſecuta poſtea appellationis deſertione, ac ſi ab initio interpoſita non fuiſſet, d.art.16.n.30.ibid.

Appellatione deficiente, deficit attentatum, quia quod nullum eſt, nullum producit effectum, ibid.n.31.ibid.
Tunc præcipuè conſtare notorie dicitur de non proſecutione appellationis, & de ejus deſertione quando ex actis non apparet, petitos fuiſſe Apoſtolos, ibid.n.40.p.46.
Sententia ſi aliqua juris diſpoſitione poteſt exequi appellatione pendente, hac poſtea deſerta termini non ſervantur, num. 41. & 42. ibid.

B

Beneficium eſſe juris patronatus, & liberæ collationis ſimul, contraria ſunt, quæ non compatiuntur, art. 7. numer. 11. & ſeqq. pag. 22.
Juris patronatus impedimento ſublato beneficium recuperat libertatem ipſo jure, ibid.nu. 12. ibid.
Beneficium ex ſua origine creatum in libertate, non poteſt poſtea prælatus juri patronatus ſubjicere, art.9.n.14.15.& 16.p.26.

C

Conſuetudo exequendi ſententias in proviſione capellaniarum, non cauſat attentata, a. 16.n.18.p.44.
Conſuetudini exequendi ſententias ſuper proviſione capellaniarum, aſſiſtit præſumptio juris, art.1.n.8.& 9.p.2.
De conſuetudine exequendi ſententias, ſi conſtat tribunali Regio, vim non fieri declaratur, ibid.n.10.ibid.
Conſuetudo poteſt introducere, ut ſententia in caſu non privilegiato poſſit exequi, appellatione non obſtante, ibid.n.11.ibid.
Conſuetudo exequendi ſententias ejus tribunalis, quo feruntur attendenda, d. articul. 12.ibid.
Appellatio eſt de ordinatoriis judicii ad quam attenditur conſuetudo judicis inferioris, à quo interponitur, d.art.n.13.ibid.
De conſuetudine ad ſtatutum valet argumentum, cum ad paria procedant, ibid. nu.14. ibid.
Et quantum ad effectum non differt ab ſtatuto, ibid.n.15.ibid.
Conſuetudo fortior eſt ſtatuto, d.art.1.num.8.& 9.p.2.
Conſuetudo tribunalis Abbatialis exequendi ſententias latas ſuper proviſione capellaniarum, conſtans eſt, & exuberanter probata, ibid.n. 18.p.3.
Et conſuetudine attenta plurimis in cauſis delatis ad Senatum Regium vim non fieri, fuit decretum, d.art.1.n.19.ibid.
Officialibus ejuſdem tribunalis atteſtantibus de conſuetudine, multum defertur, ibid. n. 20. ibid.
Teſtibus etiam extraneis atteſtantibus de conſuetudine alicujus tribunalis fides datur, ibid. n. 21. ibid.
Notariis ejuſdem tribunalis atteſtantibus de ejus conſuetudine magna fides datur, d.art.1.nu. 22. ibid.
Conſuetudinem contradicens, & nihil probans ſuccumbit. ibid.n.14. & 25.ibid.
Conſuetudinem confitens in una cauſa, & in altera negans, non auditur, d. art.1. num.25 ibid.
Caſus in quo Senat. Regius deferens conſuetudini tribunalis Abbatialis, vim non fieri declaravit, refertur, n.26.ibid.
Conſuetudo exequendi ſententias ſuper capellaniis latas, concludenter probanda eſt, art. 2. n.1.p.5.
Actus poſitivos inductivos conſuetudinis debere fieri in contradictorio judicio, qui autumarunt, d.art.2.n.2. ibid.
Horum Doctorum opinio eſt communiter reprobata, ibid.n.3.ibid.
Ad conſuetudinem introducendam non requiruntur actus judiciales in contradictorio judicio, ibid.n.4. & 5. ibid.
Actus poſitivi ad introductionem conſuetudinis exequendi ſententias, judiciales ſunt, d.art.2. n.6.ibid.
Decreta violentiæ an opponantur conſuetudini exequendi ſententias, n.7.& 8.d.art.2.ibid.
Ad conſuetudinem introducendam in aliquo tribunali, actus poſitivi ejuſdem tribunalis requiruntur, ib.n.9.ibid.
Ad conſuetudinem interrumpendam, actus contrarii ejuſdem tribunalis requiruntur, d. art. 2.n.10.ibid.
Et per contrarium conſenſum conſuetudinem introducentis, ibid.n.11.ibid.
Conſuetudo ſemel formata non tollitur, niſi eodem modo contrario, quo fuit creata, ibid.n. 12. ibid.
Et cum ejuſdem contrariis requiſitis, ib.n.13.& 14.p.6.
Conſuetudinem interrumpendi decreta violentiæ non ſunt capacia, d. articul. 2. num.15.& 16. ibid.
Tribunali Regio, ſi non conſtat ex proceſſu delato, de conſuetudine exequendi ſententias, legitimè vim fieri decernit, abſque læſione conſuetudinis, ibidem numer. 17. & 18. ibidem.
De conſuetudine ſi conſtitit tribunali Regio, decreta violentiæ emanata non attribuuntur defectui conſuetudinis, d. articul. 2. numer.19. ibid.
Sed defectui ſubſtantiali actorum impediente executionem, etiam in caſibus aliàs privilegiatis, ib.n.20. & 21. ibid.
Conſuetudo exequendi ſententias appellatione non obſtante, intelligitur de ſententiis validis, non de nullis, ibid.n.23.ibid.
Actus difformes, ſi non ſunt inter ſe incompatibiles, conſuetudinis curſum non impediunt, d.art.2.n.24.ibid.
Actus conſuetudini contrarii, ſi poſſunt attribui alteri cauſæ, non præjudicant conſuetudini, ibid.n.25.
Conſuetudo ſemel legitime formata, non interrumpitur per ſententiam contrariam illius diſpoſitioni, ibid.n.26.ibid.
Decretum violentiæ latum conſtito de conſuetudine, ergo conſuetudo reprobatur, non valet argumentum, ibid.n.27.ibid.
Varii ſunt caſus, ex quibus poteſt variari diſpoſitio legis, & conſuetudinis permittentis executionem ſententiæ: d. art. 2. n.28. & 29. ibid.
De conſuetudine exequendi ſententias non conſti-

conſtitiſſe ſenatui in caſibus; quibus vim fieri decrevit oſtenditur, ibid. ex numer. 34. pag. 7.

Conſuetudo conſiſtit in facto, quæ non præſumitur, niſi probetur, d. art. 2. num. 35. & 36. ibid.

Decreta violentiæ lata propter nullitatem proceſſus conformia ſunt conſuetudini, pariter tunc neganti executionem ſententiæ, ib. n. 37. & 40. ibid. & 8.

Caſus ſententiæ nullæ non includuntur in conſuetudine ſicut nec in decretis violentiæ, quæ ideo non opponuntur conſuetudini, art. 2. nu. 14 & 41. 42. p. 8.

Conſuetudo exequendi ſententias ſi non conſtat ſuperiori cognoſcenti de appellatione juſtè, ſuper attentatis declarat, ibid. num. 44. ibid.

Pro conſuetudine exequendi ſententias ſuper capellaniis latas in tribunali Abbatiali, ultimus ſtat ſtatus, d. art. 2. numer. 48. & 52. p. 9.

Actus poſitivi contra conſuetudinem contineri debent intra ſuos terminos, illos non egrediendo, ibid. n. 53. & 54. ibid.

Conſuetudo eſt ſtricti juris, in qua nihil ſuppleri debet ultra obſervantiam, art. 2. numer. 55. p. 10.

Conſuetudine contraria, qui ſe juvat non in genere, ſed in ſpecie illam probare tenetur, d. art. 2. n. 56. ibid.

Conſuetudo non poteſt trahi de uno ad alium caſum, n. 57. ibid.

Pro conſuetudine probata præſumit lex, ex juſta, & legitima cauſa fuiſſe introductam, n. 56. & 60. ibid.

Conſuetudo exequendi ſententias latas ſuper proviſione capellaniarum, eſt laudabilis, d. art. 2. n. 61. & 62. ibid.

Conſuetudinem unius tribunalis confitens pars in una lite, an ſibi præjudicet in alia inter diverſas partes, ib. n. 62. ib.

Confeſſio partis expreſſa, & non tacitè inducta ex aliquo actu, ſibi præjudicat in alio judicio, ib. n. 64. p. 11.

Confeſſio partis facta principaliter, & non incidenter in uno judicio ſibi præjudicat in alio, d. art. 2. n. 65. ib.

Confeſſio partis in uno judicio ſi ad aliud trahatur ad eundem finem, & non ad diverſum ſibi præjudicat, n. 66. ib.

Confeſſio partis facta per libellum in uno judicio prodeſt etiam abſentibus, ib. num. 67. ibid.

Confeſſio partis iis, quæ non dependent à ſola voluntate, ibi non præjudicat, ib. num. 68. & 69. ib.

Confeſſio inter prohibitos diſponere præjudicat concurrentibus adminiculis, d. art. 2. nu. 70. & 71. ib.

Indignum eſt providi, quod ſemel confitendo deſideravit, iterum impugnare, numer. 72. ibid.

Clauſulæ fundationis Capellaniæ inferuntur, art. 3. n. 12. & 13. p. 13.

Confeſſio prælati atteſtantis aliquod beneficium eſſe juris patronatus, & ad aliquem pertinere, nec ſibi, nec libertati beneficii præjudicat, art. 9. n. 13. p. 26.

Si confeſſio emanavit abſque cauſæ cognitione, ib. num. 14. & 15. ibidem.

Conſenſus, qui deducitur ex aliquo actu ad illud ſe reſtringit, & illud non egreditur, art. 13. n. 14. p. 35.

Conſenſus præſtitus ab Ordinario, ad jus præſentandi, nequit extendi ad jus patronatus, ib. n. 15. ib.

Confeſſio Ordinarii affirmantis, aliquod beneficium eſſe juris patronatus, non præjudicat libertati beneficii, articul. 14. numer. 11. pag. 38.

Cauſa ſublata tollitur effectus, art. 15. num. 3 & 4. p. 40.

Cauſa ſecunda nihil prodeſt, niſi in quantum vim, & robur recipit à prima, d. art. 15. ibid.

Omne jus potentius eſt in cauſa, quàm in cauſato, ib. n. 5. ib.

Jus præſentandi ad beneficium procedens à cauſa, & radice infecta, nihil prodeſſe poteſt, d. art. 15. n. 6. ib.

Conſuetudine exequendi ſententias exiſtente executio lata eſt, art. 16. n. 2. p. 42.

## D

Decreta violentiæ non ſunt capacia interrumpendi conſuetudinem Tribunalis Eccleſiaſtici, art. 2. n. 15. & 16. p. 6.

Decreta violentiæ lata ob nullitatem ſententiæ non opponuntur conſuetudini, quæ pariter non permittit executionem ſententiæ nullæ, ib. n. 22. & 23. ib.

Quatuor decreta violentiæ inferuntur, in quibus vim feciſſe judicem exequentem ſuas ſententias, decrevit Senatus, ut appareat ex cauſa nullitatum fuiſſe lata, art. 2. n. 30. uſque ad n. 33. p. 7.

Decretum violentiæ latum ob nullitatem ſententiæ, compatitur cum conſuetudine, pariter tunc denegante executionem illius, ib. n. 40. & 37. p. 8.

Diſpoſitio omnis de mundo, ſive legi, ſive hominis loquens de actu exequendo, intelligitur de valido, & non de nullo, dict. art. 2. nu. 41. & ſeqq. ib.

Decreta violentiæ prolata in caſibus nullitatis proceſſuum, ſolum in eiſdem interrumperet conſuetudinem, ſi illos comprehenderet, ib. n. 53. p. 9.

Devolutio capellaniæ non cauſatur, ſi præſentatus, alias incapax diſpenſationem oſtendat, art. 7. n. 15. p. 23.

Diſpoſitio quælibet ſub cauſa, quæ creditur vera reſolvitur, & annullatur apparente falſa ex defectu conſenſus, art. 9. numer. 17. p. 27.

Decretum violentiæ, quod non convenit actis proceſſus, non obtemperatur, art. 16. n. 10. p. 43.

Et ſecunda juſſio denegatur in Senatu Regio, ibid.

Delatio ſupponit appellationis legitimæ exiſtentiam, qua deficiente deficit ſubjectum, ſuper quo cadere poſſit, artic. 16. numer. 21. p. 44.

Quando ex actis proceſſus notoriè conſtat de deſertione appellationis non curatur de male geſto, & male fulminato proceſſu, art. 16. num. 44.

Conſtito in Senatu de appellationis deſertione ex actorum inſpectione, nihil ſuper ejus deſertione decernere poteſt. Cum fuerit reſoluta, & annullata, ib.n.45. & ſeqq.

A deſertionis ſententia, & tranſitus in rem judicatam appellatio caret effectu ſuſpenſivo, art. 16. num.58.

E

ERror plurimorum attribuentium indiſtinctè, & promiſcuè robur quaſi poſſeſſionibus juris præſentandi, adnotatur, art.4.n.2.& ſeqq. p. 17.

Enuntiativæ juris præſentandi emanatæ à capellanis viſitatis, & non à viſitatore ipſo, nihil probant, art.9.n.6.p.26.

Enuntiativæ emanatæ ab habentibus intereſſe nihil probant, ib.n.7.ib.

Enuntiativæ nihil probant, quoties de enuntiato contingit controverti, d. art. 9. num.8. ibid.

Jus patronatus in aliquo inſtrumento enuntiatum, non probatur, poſtquam de ipſo patronatu oritur controverſia, num. 9. & 10. d. art. 9. ib.

Maximè ſi controvertitur enuntiatum cum eo, qui non invenit in inſtrumento enuntianti, ib. n.11.ib.

Enuntiativa inſtrumentorum nihil probat in quacumque materia, quoties de enuntiato principaliter controvertitur, d. art. 9. num. 10. ibid.

Error, & falſa cauſa reſpiciens ipſammet rem impedit poſſeſſionis adquiſitionem, quoad omnes juris effectus tam in petitorio quàm in poſſeſſorio ſummariſſimo, art. 12. num. 4. & ſeqq. p.32.

Executio pendente appellatione nulla, & attentata convaleſcit ſubſecuta poſtmodum appellationis deſertione, ac ſi ab initio interpoſita non fuerit, articul.16. numer. 30. & ſeqq. pag. 45.

F

FIngens diverſam ſententiam mutando ejus ſubſtantiam decipit Senatum Regium, art.16.n. 3. & cum ſeqq.p.40.

Fruſtra expectatur id, cujus eventus nullius eſt effectus, art.6.n.45.p.47.

I

JUdicium poſſeſſorium movetur inter ipſos præſentantes ad beneficii vacationem, cum inter ipſos de quaſi poſſeſſione contendatur, art.14. n.1.& 2.p.37.

In judicio poſſeſſorio inter præſentantes moto leviores requiruntur probationes, d.art.14.n.3. ibid.

Judicium, quo aſſiſtit Ordinarius, negans exiſtentiam juris patronatus proprietatis eſt, ibid. num.4. ibid.

Super juris patronatus exiſtentia probationes requiruntur exactæ, nulla attenta quaſi poſſeſſione præſentandi, art. 14.n.7. ib.

Inſtitutio beneficii denegatur præſentato ob quemlibet defectum quaſi poſſeſſionis præſentantis, artic. 15. num. 10. 11. & 12. & n. 13. p. 40.

Clauſula fundationis hujus capellaniæ inſeritur; art.10.n.16.p.28.

Jus patronatus hæreditarium eſſe, & gentilitium, contraria, d.art.10.n.17.ibid.

Jus patronatus non ortum à principio fundationis, hæres fundatoris conſequi nequit, cum non reperiatur in hæreditate, ib.n.19.ib.

Jus patronatus hæreditarium prætendens hæres, non deducens, nec probans qualitatem hæredis ſuccumbit, d.art.10.n.20.p.29.

Jus patronatus hæreditarium prætendens conſanguineus proximior tanquam gentilitium, non poteſt obtinere, ib.n.22.ib.

Jus utile, & efficax habens, quo omiſſo, erit ex alio inutili, nec ex iſto tanquam inutili, nec ex altero utili, quod non deduxit, poteſt obtinere, ibid. numer. 23. 24. 25. & n.26. ibid.

Ad jus patronatus agens hæreditarium tanquam gentilitium ex cauſa proximitatis fundatori, nec poteſt obtinere in hæreditario, ſi qualitate hæredis uſus non fuit, nec ex qualitate conſanguinitatis, quia gentilitium deficit, d. art. 10.n.27.ibid.

Jus patronatus hæreditarium ex obſervantia præſentandi per conſanguineos proximiores, præſumitur gentilitium, art.11.n.1.p.30.

Si ex fundationis tenore appareat, eſſe hæreditarium, ad ipſam qualitatem reducitur, plurimis præſentationibus contrariis non obſtantibus, ib.n.2.ib.

Vel etiam è contra, ib.

Jus patronatus, quam plurimis annis poſſeſſum à conſanguineis tanquam gentilitium, conſtito ex inſtrumento fundationis eſſe hæreditarium, pluries reduxit Rota ad ſuam qualitatem primævam, d.art.11.n.8.ib.

Jus patronatus ſi eſt hæreditarium, nunquam alius tanquam conſanguineus admittitur, ib.n.9.10. & 11. ib. & 31.

Jus patronatus gentilitium poſſeſſum tanquam hæreditarium, conſtito de fundatione eſſe gentilitium, quaſi poſſeſſionem contrariam Rota contendit, d.art.11.n.12.13. & 14.p.31.

Ad jus patronatus adquirendum, cum fundatione requiritur conſenſus Ordinarii, ſine quo capellania cum libertate creatur, art. 13. n.1. p.34.

Infecta primitiva, infecta cenſentur derivativa, art. 15. ex num. 8. & ex nu.2. cum ſeqq. p. 40.

Conſenſus Ordinarii, ad creandum jus patronatus, an tacitè inducatur ex admiſſione præſentationum, art.13.n.2. & ſeqq.p.34.

Et induci, qui tenuerunt, ib.n.3.ib.

Si ex admiſſione præſentationum induceretur conſenſus Ordinarii, ad noviter creandum jus patronatus, multæ Rotæ deciſiones, & communiter Doctorum opiniones ſubverterentur, art. 13.n.4.ib.

Ad quaſi poſſeſſionem præſentandi acquirendam requiruntur præſentatio, admiſſio, inſtitutio præſentati, & poſſeſſionis beneficii apprehenſio quieta, d.art.13.n.6.ib.

Præſentationum admiſſio ſolum prodeſt ad adquirendam quaſi poſſeſſionem juris præſentandi abſque contractu juris patronatus, art. 13.n.10.p.35.

Jus præſentandi aliud eſt, aliud jus ipſum patronatus, ibid. n. 11.ibid.

Et poteſt jus patronatus eſſe apud unum, & jus præſentandi apud alium, ibid.

Et de uno ad aliud non poteſt fieri illatio, nec argumentum, d.art.13.d.n.11.ibid.

Poteſt quis donare jus præſentandi, retento jure patronatus, ibid.n.12.ibid.

Jus patronatus reſpicit proprietatis judicium, jus præſentandi reſpicit judicium poſſeſſorii, d.art. 13.n.13.ibid.

Defectum fundationis non continentis jus patronatus, ſi ignorat Ordinarius, approbatio corruit ex defectu conſenſus, ibid. num. 16. ibid.

Etiam per mille actus conſenſum inducentes, conſenſus non induceretur, ibid.n.17.ibid.

Admiſſio præſentationum fit ab Ordinario ſub falſa credulitate exiſtentiæ juris patronatus, & corruit detecta falſitate, art. 13. num.19. ibid.

Ordinarius ſi ſciret non adeſſe jus patronatus, credendum non eſt velle illud noviter creare, ibid.n.19.20. & 21. ibid.

Ordinario atteſtanti aliquod beneficium eſſe juris patronatus, non creditur, ibid. num.22. ibid.

Capellaniam creatam cum libertate, non poteſt prælatus ſubjicere juri patronatus, d. art. 13. n.23. ibid.

Aſsertioni Epiſcopi atteſtantis adeſse jus patronatus non ſtatur, ibid.n.24. ibid.

Conſenſus Ordinarii deſtinatus ad ſolam admiſſionem præſentationis, non extenditur ad novam creationem juris patronatus, d. art. 13. n. 25. p. 35.

Doctores affirmantes, conſenſum Epiſcopi requiſitum ad creationem juris patronatus ſufficere tacitè induci ex admiſſione præſentationum, ſibi ipſis eſſe contrarios oſtenditur, ibid.n.26.ibid.

In materia juris patronatus ad docendum de notoria injuſtitia, illud prætendentis, idem operatur inſtrumentum authenticum fundationis ac confeſſio partis, vel res judicata, art.14. n.21.p.39.

Juris patronatus exiſtentiam negans Fiſcalis per conſequens, & adeſſe gentilitium, art.3.n.8. p.13.

Ad juris patronatus exiſtentiam, ſeu pertinentiam attendendus ſemper eſt tenor inſtrumenti fundationis capellaniæ, d. art. 3. num. 11. ibid.

In capellania, de qua agitur, ab origine fundationis defecit jus patronatus, ibid. nu. 17. p.14.

Jus patronatus non aſſumit initium à fundatione, ſed à conſenſu Ordinarii, ibid. nu. 20. ibid.

Jus patronatus non adquiritur ex ſola fundatione abſque Ordinarii conſenſu, & approbatione, d.art.3.n.18.& 19. ibid.

Jus patronatus non præſumitur creatum in fundatione, niſi expreſsè ex ea appareat, ibid. n.21. & 22. ib.

Jus patronatus non accedente authoritate Epiſcopi, non poteſt dici eſſe in hæreditate fundatoris, ibid.n.23.ibid.

Jus patronatus non probatur ex fundatione ſola, niſi ei accedat conſenſus Ordinarii, d.art.3.n. 24. ibid.

Conſenſus Ordinarii requiſitus ad creationem juris patronatus, non inducitur ex admiſſione præſentationum ab eo facta, ibid. numer. 25. ibid.

Jus patronatus an præſcriptione adquiri poſſit quæſtio eſt controverſa, n.37.p.15.

Negativam quis tuetur, ibid.n.38.ibid.

Contrariam præſcriptione adquiri poſſe, qui teneant, ib.n.39.ib.

Tertia opinio diſtinguens verior, & receptior eſt, ib.

Jus patronatus ab initio creatum authoritate Ordinarii, ut tunc contra patronum admittatur, præſcriptio, ib.n.40.ib.

Jus patronatus ab initio non ortum, nec creatum ex defectu conſenſus Ordinarii, nulla præſcriptione adquiri poteſt, d. art.3.nu.41. ibid.

Niſi accedat tempus immemoriale cum continuatis præſentationibus, & bona fide, ib. n. 42. ib.

Præfatam diſtinctionem ſequuntur innumerabiles penè Doctores relati, ib. n. 43. & 44. ib. & p.16.

Quaſi poſſeſſio nec præſcriptio non poſſunt cadere ſuper jure patronatus ab origine non creato, d.art.4.n.45.p.16.

Quotieſcunque ex fundationis inſtrumento conſtiterit, non fuiſſe ab initio ortum jus patronatus, corruit præſcriptio immemorialis, ib. n.46.47. & 48. ib.

Ubi concurrunt diverſa jura reſpectu diverſarum perſonarum, eadem res poteſt diverſo jure cenſeri, artic. 4. numer. 19. 20. & 21. p. 18.

Juris patronatus impedimento ſublato, beneficium recuperat ſuam libertatem ipſo jure, art. 7.n.12.p.22.

Jus patronatus in aliquo inſtrumento enuntiatum non probatur, poſt quam de ipſo patronatu oritur controverſia, art.9.n.8.9. & ſeqq. p.26.

Inſtrumento à parte præſentato, nihil per eam opponi poteſt, art.14.n.22.p.39.

Inſtrumenta præſentata, & de falſo redarguta, ſi non comprobantur, nihil probant, art.8.n.1. & 2.p.24.

Inſtrumenta antiqua, etſi redarguantur de falſo non egent comprobatione, ibid. num. 3. ibid.

Requiritur ad hoc, ut ſint antiqua, quod excedant centum annos, aliter non excuſantur à comprobatione, d.art.8.n.4.ib.

Inſtrumenti data de falſo redarguti non attenditur ad ejus antiquitatem, ibid. numer. 5. ibid.

Ex tempore inſtrumenti antiqui deducitur tempus, quo duravit lis mota, ibid. numer. 6. ibid.

Ad inſtrumenti antiquitatem plura alia ultra tempus requiruntur, ibid. num. 7. remiſſivè ibid.

Inſtrumenta, ex quibus probatur quaſi poſſeſſio præſentandi, debent eſſe clara, ita ut nullam patiantur contradictionem, d. art. 8. ibid.

Inſtrumenta in uno judicio præſentata per contrariam ſententiam perpetuo manent reprobata, ib.n.9.ib.

Idem de confeſſionibus in eo judicio emanatis; ibidem.

Inſtrumentorum enuntiativa, nihil probat in quacumque materia, quoties de enuntiato principaliter controvertitur, art. 9. num. 9. 10. & 11. p. 26.
Jus patronatus ab origine creatum duplicis generis eſt, aut hæreditarium, aut gentilitium, art. 10.n.1.23. & 4.p.27.
Jus patronatus hæreditarium legitimè creatum jure operante adquiritur hæredibus fundatoris, etiam nulla eorum facta mentione, d. art. 10.n.5.ibid.
In jure patronatus hæreditario alius, cui deficit qualitas hæredis ſuccedere non poteſt, ib.n.6. ibid.
In jure patronatus hæreditario filius, qui hæres non eſt, non ſuccedit, ib.n.7.p.28.
Jus patronatus gentilitium illud eſt quando fundator expreſsè reliquit ſuæ familiæ, ibid.n.8. ibid.
Et tunc ſuccedit proximior conſanguineus de familia, ib.n.9.ib.
Juris patronatus hæreditarii qualitas eſt naturalis, & à jure inducta, art.10.n.10.ib.
Juris patronatus gentilitii qualitas eſt accidentalis ad nutum fundatoris, ib.n.11.ib.
Jus patronatus in dubio potius præſumitur hæreditarium, quàm gentilitium, ibid. num.12. ib.d.
Niſi contrarium clarè pateat ex tenore fundationis, d.art. 10.n. 10.13.ib.
Jus patronatus ſimpliciter creatum nulla perſona vocata, fundatori, & ejus hæredibus adquiſitum intelligitur, ib.n.14.ib.
Ad juris patronatus qualitatem cognoſcendam tenor ſcripturæ fundationis erit attendendus, ib.d.art.10.n.15.ibid.

L

LEx, vel ſtatutum reformatum in parte, in cæteris firmum remanent, art. 2. num. 58. p.10.
De libertate beneficii quandocumque conſtiterit præſcriptio, etiam immemorialis de nihilo ſervit, art.3.n.30. & 31.p.15.
Præſcriptio nulla prodeſt præſcribenti, docto de initio libertatis, ib.n.32.ib.
Ultimus ſtatus juris præſentandi non attenditur conſtito de origine libertatis beneficii, d. art. 3.n.33. ibid.
Contra Ordinarium contendentem libertatem beneficii nihil prodeſt quaſi poſſeſſio juris præſentandi quæſita, art.4.n.4.p.17.
Quando agitur de libertate beneficii, inſtitutio denegatur præſentato per exiſtentem in quaſi poſſeſſione, n.14.ib.p.18.
Conſultationibus de jure patronatus non habet locum, quando agitur de libertate beneficii, art. 4.n.15. ib.
De libertate beneficii agi dicitur quando Fiſcalis adeſt in lite negans exiſtentiam juris patronatus, ib.n.16.ib.
Pertinentiam juris præſentandi debet præcedere probatio exiſtentiæ negatæ, ibid. num.17. ibid.
Ubi agitur de libertate beneficii, principaliter tractatur de ipſo jure patronatus, ib. nu. 18. ibid.
Semper, quòd ex inſtrumento fundationis apparet beneficium fuiſſe erectum cum libertate, nec immemorialis quaſi poſſeſſio contraria ſuffragatur, articul. 11. num. 12. cum ſeqq.
In libertate creata dicitur capellania, ſi in fundatione deficit conſenſus Ordinarii, art.12.n.1. p.32.
Ad libertatem beneficii Ordinarius quandocumque agere poteſt, artic. 13. numer. 4. & 5. p.34.
Omnibus præſentationibus admiſſis præcedentibus non impeditur Ordinarius agere de libertate beneficii, art.13.n.7. & ſeqq. ib.
Si ex admiſſione præſentationum induceretur conſenſus Ordinarii ad noviter creandum jus patronatus; ſemper impediretur agere de libertate beneficii, non impeditur quandocumque agere de ea, ergo conſenſus Ordinarii non inducit jus patronatus noviter creandum, art.13.n.8. & 9. ib.
De libertate beneficii quando agitur plena requiritur cauſæ cognitio, & concludentes probationes exiſtentiæ juris patronatus, art. 14. n.4. & 5.p.37.
Ordinario exiſtente in lite pro libertate beneficii principaliter agitur de jure patronatus, art. 14.n.6.ib.
Conſtito de libertate beneficii quælibet præſentantis quaſi poſſeſſio annihilatur, & ex hoc defectu denegatur inſtitutio præſentato, art. 15.n.10. & 11.p.40.
Conſtito de libertate beneficii, quælibet præſentantis quaſi poſſeſſio reſolvitur, ib. nu.12. ibid.
Conſtito de initio libertatis beneficii deſtruitur quaſi poſſeſſio præſentantis, n.12.ib.
Libertas capellaniæ ex inſtrumento fundationis probatur, art.16.n.1.p.42.
Quando lex unum ſupponit, & alterum diſponit non poteſt verificari diſpoſitio, niſi prius verificetur ſuppoſitio, art. 16. num. 19. cum ſeqq. p.44.
Impedimentum ob recurſum ad Regem quantum fuerit, & duraverit, facillimè ex actorum inſpectione probatur, d. art. 16. nu. 53. p. 47.

N

NOn nomen fictum appoſitum, ſed effectus actus, qui geritur attendendus eſt, art.7. n.21.p.23.
Inhibitioni habenti effectum perpetuæ ſi à judice imponatur nomen temporalis, & ſuperſeſſoriæ, non eſt attendendum, n.24.ib.

P

PRivatio præſupponit habitum, art.2.n.42.& 43.p.8.
Pro conſuetudine probata præſumit lex, ex juſta & rationabili cauſa fuiſſe introductam, ibid. n.59.p.10.
Præſumptionem juris qui pro ſe habet, alia non eget probatione, ib.n.60.ib.
Probatio, quæ non percutit punctum litis, nec prodeſt, nec ſuffragatur, art. 3. nu.9. & 10. p.13.
Præſcriptio, nec poſſeſſio cadere non poſſunt ſuper re non exiſtente in rerum natura, art. 3.n.28.p.15.

Præſ

Præſcriptio dari non poteſt contra actionem nondum natam, ibid. numer. 29. & ex num. 26. ibid.

Præſcriptio de nihilo ſervit, quandocumque conſtiterit de libertate beneficii. ibid. nu. 30. ibid.

Etiamſi ſit immemorialis, ibid. n. 31. ibid.

Præſcriptio non prodeſt præſcribenti docto de initio libertatis beneficii, d. art. 3. n. 32. ibid.

Præſcriptione an, & quando adquiri poſſit jus patronatus latè diſtinguitur, ibid. ex n. 37. cum multis ſeq. ibid.

Præſcriptio immemorialis corruit ſemper, quod appareat ex fundatione jus patronatus ab origine non fuiſſe creatum, d. art. 3. n. 46. 47. 48. & 49. p. 16.

Præſcribens contra tenorem inſtrumenti, quod penes ſe habet, dicitur eſſe in vera mala fide, excludente quaſi poſſeſſionis adquiſitionem, art. 6. n. 3. & 4. p. 20.

Habens ſcientiam fundationis diſponentis de jure patronatus in favorem hæredis, & præſcribens ut gentilitium ob malam fidem, præſcriptio nihil operatur, articul. 6. num. 7. p. 21.

Mala fides præſcribentium quotieſcumque conſtiterit, aut aliter de injuſto principio appareat, etiam poſſeſſio immemorialis juris patronatus, non ſuffragatur, d. art. 6. n. 8. ibid.

Patronus laicus plures accumulative præſentans, ſi unus ſit incapax, uni ex aliis inſtitutio facienda erit, art. 7. n. 26. p. 23.

Papa conferens alicui beneficium ignorans incapacitatem, non intelligitur ſuper ea diſpenſare, art. 13. n. 18. p. 35.

Præſentati jus ad beneficium cauſatur, & derivatur à quaſi poſſeſſione præſentantis, art. 15. n. 2. cum ſeqq. p. 39.

Jus præſentati procedens à cauſa, & radice infecta nihil prodeſſe poteſt, ibid. n. 6. & ſeqq. & à n. 3. p. 40.

Præſentatus non poteſt plus conſequi à præſentante, quàm iſte habeat, ibid. n. 7. ibid.

Deſidia judicum Abbatialis Dignitatis occaſionem præbuit potentioribus uſurpandi jus præſentandi nullo titulo illius aſſiſtente, art. 15. n. 21. 22. & 23. p. 41.

Proviſione Regia jam per Senatum abolita utens graviter delinquit, art. 16. n. 11. p. 43.

## Q

Quaſi poſſeſſionem centum quadraginta annorum præſentandi ad beneficium per conſanguineum tanquam juris patronatus gentilitii, ejecit Rota, conſtito ex fundationis inſtrumento eſſe juris patronatus hæreditarii, art. 11. n. 10. & 11. p. 31.

Poſſidentis animus applicatus ad rem cum qualitate, hac deficiente non remanet ſubjectum, cui applicetur illa poſſeſſio, ibid. n. 15. ibid.

Diverſa eſt poſſeſſio, rei qualificatæ, alia, & diverſa eſt poſſeſſio rei ſimplicis ſine qualitate, art. 11. n. 16. ibid.

Conſtito de non qualitate rei, quam ſub qualitate quis erroneè poſſidebat, nullum ei jus ex tali poſſeſſione quæritur, ib. 17. ib.

Qualitate rei poſſeſſæ extincta, extinguitur poſſeſſio, & nec tranſit ad ſimplicem tanquam rem diverſam, d. art. 11. n. 19. p. 32.

De quaſi poſſeſſione unius rei, non bene infertur ad aliam rem diverſam, ibid. numer. 20. ibid.

Poſſeſſio de una re ad aliam non migrat, art. 11. n. 31. ibid.

Quaſi poſſeſſio apprehenſa per errorem reſpicientem cauſam poſſidendi, licet quoad petitoriam ſit vitioſa, quoad judicium manutentionis ſuffragatur, art. 12. n. 1. & 2. ibid.

Quaſi poſſeſſio præſentandi quantumvis legitimè quæſita inter compatronos, nullatenus ſuffragatur contra Ordinarium nec in petitorio, nec in poſſeſſorio ſummariſſimo, d. art. 12. n. 3. ibid.

Error, & falſa cauſa tangens ipſammet rem impedit poſſeſſionis acquiſitionem, quoad omnes juris effectus tam in petitorio, quàm in manutentione, ib. n. 4. ib.

Quaſi poſſeſſio juris præſentandi beneficium tanquam gentilitium, cum non ſit erronea, & falſa cauſa tangens ipſammet rem ad nullum judicium prodeſt, art. 12. n. 5. p. 36.

Actus geſtus ſub aliqua qualitate, iſta deficiente actus corruit, ibid. n. 6. ibid.

In comprobationem ſupra dictorum optima adducitur Rotæ deciſio, ibid. n. 7. ibid.

Admiſſio præſentationum deſervit ad adquirendam quaſi poſſeſſionem præſentandi, art. 13. n. 27. p. 36.

Non tamen ad impedimentum Ordinarii, ut quandocumque poſſit de beneficii libertate agere, d. art. 13. n. 28. ibid.

Quaſi poſſeſſio quælibet præſentandi in nullo judicio ſive plenario, ſive manutentionis officit Ordinario, nec contra eum poteſt opponi, art. 14. n. 8. p. 37.

Quaſi poſſeſſio juris præſentandi multum attenditur, & præcisè danda inſtitutio beneficii, art. 15. n. 1. p. 39.

Quaſi poſſeſſio præſentandi non admittitur contra Ordinarium agentem de libertate beneficii, art. 3. n. 45. & 6. & 7. p. 73.

Ex ſimplici clauſula fundationis velle prætendere quaſi poſſeſſionem præſentandi, inane eſt, ib. n. 14. 15. & 16. p. 14.

In capellania, de qua agitur, ab origine fundationis defecit jus patronatus, d. art. 3. numer. 17. ibid.

Jus patronatus non adquiritur ex ſimplici fundatione, abſque Ordinarii conſenſu, & approbatione, ib. n. 18. & 19. ib.

Jus patronatus non aſſumit initium à fundatione, ſed à conſenſu Ordinarii, ibid. num. 20. ibid.

Jus patronatus non præſumitur creatum in fundatione, niſi expreſsè ab ea appareat, d. art. 3. n. 22. ibid.

Jus patronatus non accedente authoritate Epiſcopi, non dicitur eſſe in hæreditate fundatoris, ib. n. 23. ib.

Jus patronatus non probatur ex ſola fundatione, niſi accedat conſenſus Ordinarii, ibid. nu. 24. ibid.

Conſenſus Ordinarii requiſitus ad creationem juris patronatus, non inducitur ex admiſſione præſentationum ab eo facta, ibid. nu. 25. ibid.

Quaſi poſſeſſio rei non exiſtentis in rerum natura adquiri non poteſt, art. 3. n. 26. ibid.

Nec ſeminari nondum erecti, ibid. n. 27. ibid.

Super non ente, nec poſſeſſio, nec præſcriptio cadere poſſunt, ib.n.28.ib.
Qualitas non poteſt eſſe ſine ſubjecto, d.art.3.n. 35. & 6. ib.
Quaſi poſſeſſio juris præſentandi legitimè quæſita, attenditur inter ipſos præſentantes ad beneficium, art.4.n.1. & 2.p.17.
Et ejus præſentatio inter cæteros præfertur, ib. n.2.ibid.
Quaſi poſſeſſio juris præſentandi de nihilo ſervit contra Ordinarium contendentem libertatem beneficii, ib.n.4.ib.
Nec adhuc tunc prodeſt poſſidenti ad manutentionem, d.art.4.n.5.ibid.
Niſi agatur de patronatu Regio, ibid. n.6. & 7. ibid.
Quaſi poſſeſſio juris præſentandi admittitur, quando jus patronatus non revocatur in dubium, ib.n.8. & 9. ibid.
Quaſi poſſeſſio præſentandi attenditur, quando judicium non agitur cum Ordinario, ib.n.10. ibid.
Ubi apparet non de exiſtentia juris patronatus, quaſi poſſeſſio juris præſentandi ad nihilum redditur, d. a. 4. num. 11. & num. 12. & 13. p.18.
Eandem quaſi poſſeſſionem prodeſſe contra compatronos, & non prodeſſe contra Ordinarium, repugnantiam pati videtur, ib.num.19. ibid.
Poteſt quis juſte poſſidere quoad unum, & injuſte, quoad alios, ib.n.20.& 21.ibid.
Tres inſtantiæ dantur quarum quælibet deſtruit quaſi poſſeſſionem præſentandi, etiam data exiſtentia juris patronatus, art. 5. numer. 1. p. 19.
Quaſi poſſeſſio præſentandi legitime quæſita, & juxta juris regulas, attenditur inter ipſos præſentantes, art.4.n.2.p.17.
Et ejus præſentatio cæteris præfertur, ib. nu. 3. ibid.
Quaſi poſſeſſio præſentandi de nihilo ſervit contra Ordinarium contendentem libertatem beneficii, ibid.n.4.ibid.
Nec tunc prodeſt poſſidenti ad manutentionem, ibid.n.5.ibid.
Quaſi poſſeſſio præſentandi quantumcumque legitime quæſita per patrem non transfertur in filium, etiam hæredem, art.5.n.2.p.19.
Niſi iſte poſſeſſionem actualem apprehendat præſentando in aliqua vacatione ſubſecuta, d.art. 5.n.3.ibid.
Cum hæredes facti ſumus omnia jura ad nos tranſeunt, præterquam poſſeſſio, quæ niſi actualiter apprehendatur, ad nos non tranſit, d. art.5.n.4. ibid.
Animus, quo retinetur poſſeſſio, extinguitur cum defuncto, n.5.ibid.
Quaſi poſſeſſio præſentandi non tranſit in ſucceſſorem, etiam filium, etiam ſtante ſtatuto; ut poſſeſſio defuncti transferatur in ſucceſſorem ipſo jure, d.art.5.n.6.ibid.
Quia tale ſtatutum non admittitur contra Eccleſiam, nec in foro Eccleſiaſtico, ibid. n.7. ibid.
Filia, quæ nititur præſentationibus patris, poſt cujus mortem non præſentavit, nihil agit, ib. n.8.ib.
Etiamſi ipſa filia hæredem ſui patris ſe eſſe probet, ibid. n.9.ibid.
Quaſi poſſeſſio patris alia eſt, alia poſſeſſio filiæ, etiam hæredis, d.art.5.n.10.p.20.
Quaſi poſſeſſio præſentandi tranſit in ſucceſſorem, ſi jus patronatus ſit annexum Dignitati, vel majoratui, & de ratione, d.art.5.numer.11. ibid.
Quaſi poſſeſſio juris præſentandi nunquam adquiritur cum mala fide, a.6.n.1. & 2.ibid.
Præſentato per exiſtentem in quaſi poſſeſſione præſentandi, cum mala fide denegatur inſtitutio, art.6.n.5.p.20.
Et datur præſentato à vero patrono habente jus patronatus in proprietate, ibid. numer.6. ibid.
In materia juris patronatus ad obſervandam quaſi poſſeſſionem, idem eſt conſtare de proprietate per inſtrumentum authenticum, quod per rem judicatam, vel confeſſionem partis, d.art.6.n.9.p.21.
Ultimus ſtatus pro Ordinario collatore interrumpit quaſi poſſeſſionem præſentandi antecedentem, art.7.n.1.p.22.
Status ultimus Ordinarii attenditur, ut præferatur cuilibet quaſi poſſeſſioni antecedenti, art.7.n.2.ibid.
Quaſi poſſeſſio præſentandi ſicut unico actu adquiritur, pariter, unico actu contrario amittitur, ib.n.3.ibid.
Ordinarius adquirit quaſi poſſeſſionem contra patronum, conſtito, contuliſſe beneficium tanquam liberum, d.art.7.n.4.ibid.
Ex actu ultimo liberæ collationis denegatur inſtitutio præſentato ab habente quaſi poſſeſſionem antecedentem, ibid.n.6.ibid.
Quaſi poſſeſſio Ordinarii ex ſententia lata jure devoluto, non eſt perpetua, ſed pro illa vice devolutionis, d.art.7.n.8.ibid.
Sententia negans abſolute jus patronatus applicatio proviſionis facta per eam Ordinario, pariter debet eſſe abſoluta, ib.n.9.p.ib.
Quaſi poſſeſſio patris non transfertur in ejus filiam, quæ actualem non apprehendit poſſeſſionem juris præſentandi, art.9.n.1.p.25.
Qualitas juris patronatus hæreditarii eſt naturalis, & à jure inducta, art.10.n.10.p.28.
Qualitas juris patronatus gentilitii & accidentalis ad nutum fundatoris, ib.n.11.ib.
Qualitas, & cauſa, ex qua quis deducit jus ſuum in judicio attendenda eſt ad terminationem, d.art.10.n.18.ibid.
A quaſi poſſeſſione præſentantis ad beneficium cauſatur, & derivatur jus præſentati, art.15. n.1. & 2.p.39.
Quaſi poſſeſſionis præſentantis defectus influit in præſentatum ab eo, d.art.15.n.3.p.41.
Quaſi poſſeſſione præſentantis quoquomodo deſtructa præſentato denegatur inſtitutio, ibid. n.10.ibid.
Quaſi poſſeſſio præſentantis quæſita cum mala fide, ſicuti non admittitur, ita pariter excluditur præſentatus ab eo, art. 15. numer. 14. ibid.
Quaſi poſſeſſio præſentantis ſemel interruptæ, ſicut non prodeſt ad præſentandum, ita ab eo præſentatur, negatur inſtitutio, d.art.15.n.15. ibid.
Quaſi poſſeſſio præſentandi ad beneficium ex cauſa juris patronatus gentilitii conſtito eſſe hæreditarium, ſi jus non prodeſt præſentanti, ita nec præſentato, d.art.15.n.16.ibid.

Ita

Ita è converſo. n.17. ibid.
Quaſi poſseſſio per errorem adepta, & ex cauſa falſa reſpiciente ipſam rem, non adquiritur, d. art.15. n.18. ib.
Defectus omnes quaſi poſseſſionis relati in hoc art.15. concurrunt in præſentante ad capellaniam, de qua agitur, ib.19. p.61.
Et per neceſse influunt in jus præſentanti ne inſtitui poſſit, d. art.15. n.20. ib.
Et ad hunc eundem finem emanavit conſtitutio Synodalis Diœceſis Abbatiæ Compluti Regii, ib. n.21. p.41.
D. conſtitutio Synodalis refertur ad litteram, ex qua conſtat, plures Capellanias ſtare injuſte uſurpatas, n.22. ib. & n.23. ib.
Quaſi poſseſſio præſentandi, nec præſenti, nec præſentato prodeſt, contra Ordinarium agentem de libertate Capellaniæ, a.16. num.1. pag. 42.

R

Res qualificata diverſæ naturæ, & ſpeciei eſt, cujus ſimplex, art. 11. num.17. cum ſeqq. pag.31.
Reſoluto jure dantis reſolvitur jus accipientis, art.15. n.9. & ex n.2. cum ſeqq. p.40.
Recurſu ad Regem pendente geſta per judicem Eccleſiaſticum non ſubjiciuntur vitio nullitatis, vel attentati, a. 16. num. 55. 56. & 57. pag. 48.

S

Solemnitas, quæ requiritur in conſtruendo eadem requirit in deſtruendo, art.2. n. 12. 13. & 14. p.5. & 6.
Sententia nulla non meretur executionem, ſed permittit appellationem cauſantem attentata, art.2. n.20. 21. & ſeqq. p.6.
Sententia lata termino probatorio pendente, nulla eſt, & admittit appellationem ſuſpenſivam, art.2. n.28. ib.
Quia judex debet tunc ſuperſedere, ib.
Sententia lata ſuper negotio in quo judex poſt lapſum terminum probatorium admittit teſtes, nulla eſt, admittens appellationem ſuſpenſivam, & devolutivam, d. art.2. n.46. p.8.
Et ſi de conſuetudine exequendi ſententias conſtaret Senatui. n.47. p.9.
Et etiam in judiciis privilegiatis, alias permittentibus executionem, prædicta nullitas appellationem ſuſpenſivam admittit. ib.
Sententiæ nullæ non includuntur in conſuetudine permittente executionem, ſed ab ea excluduntur, art. 3. n.1. p.12.
Sententia collationis lata ſpreto jure patronatus, ſeu quaſi poſſeſſione legitime quæſita, nulla eſt ipſo jure, d. art. 3. n.2. ib.
Et ab ea appellatio admittenda quoad utrumque effectum, ib. n.3. ib.
Niſi appareat nullum eſſe jus patronatus ab origine erectionis Capellaniæ, ibid. numer.4. ibid.
Sententia declarans beneficium eſse liberæ collationis, à qua non fuit appellatum, bene probat libertatem beneficii, art.7. n.5. p.22.
Sententia lata jure devoluto non parat perpetuum præjudicium quaſi poſseſſori, ſed pro illa vice tantum, art.7. n.7. & 8. ibid.
Sententia negans abſolutè jus patronatus, applicatio collationis facta per eam Ordinario, pariter debet eſse abſoluta, & ſine limitatione, ibid. n.9. p.22.
Sententia negans jus patronatus, alia applicatione non facta Ordinario, tacite includit collationem Ordinario pertinentem de jure, ib. n.10. ib.
Sententiæ verba debent impropriari, ut rei de qua agitur conveniant. art.7. n.14. p.23.
Et ne mutent ſubſtantiam rei, ib. n.15. ib.
Sententiæ verbum vitioſum non conveniens actis proceſsus, tanquam ineptum deletur ab ea, ib. n.16. ib.
Sententia recipit declarationem ex actis proceſſus, ib. n.17. ibid.
Et ſecundum naturam actus intelligenda etiam ejus verba impropriando. ib.
Non omne verbum judicis, in ſententia prolatum vim ſententiæ habet, d. art.7. numer.18. ibid.
Judex in ſententia dicens, *per hanc noſtram ſententiam diffinitivam.* Non ideo dicetur diffinitiva, ſi ſui natura eſt interlocutoria, ibid. n. 19. & ſequent. ib.
Inepta judicis aſsertio in ſententia non eſt attendenda, d. art.7. n.10. & ſeqq.
Sententia applicans collationem Ordinario ex cauſa devolutionis, quæ ex actis non apparet, cauſa uti inepta deletur; manente ſententia illæſa, art.7. n.27. p.23.
Sententia ferri nequit ſuper cauſa non deducta judicio, art.10. n.20. & 21. p.29.
Sententia lata inter compatronos, etſi annuntiet jus patronatus ad aliquem pertinere, non præjudicat libertati beneficii, art. 14. nu. 9. pag. 37.
Pluries determinavit Rota per deciſiones relatas ad litteram, d. art. 14. ibid. & numer.10. pag. 38.
Sententiæ latæ inter compatronos ſuper pertinentia juris præſentandi multum deferiur inter ipſos ad probationem exiſtentiæ juris patronatus, art.14. n.12. ibid.
Si ſententia iſta ſic annuntians jus patronatus ſit antiqua ultra centum annos, ibid. num. 13. ibid.
Ex iis centum annis deducitur tempus litis motæ pro libertate beneficii, ibid. num.14. num. 15. & 16. ibid.
Sententiæ antiquæ ultra centum annos enuntiantes jus patronatus ſolum attenditur inter compatronos, non contra libertatem beneficii, cui nec immemorialis quaſi poſſeſſio officit, d. art. 14. n.17. ibid.
Sententia lata ſuper exiſtentia juris patronatus, aſſiſtente Fiſcali pro libertate beneficii, adhibita plena cauſæ cognitione, omnibus præjudicat, ſi ſit tranſlata in rem judicatam, art. 14. n. 18. ibid.
S. Congregationis declaratio ad idem refertur, ibid. n.19. p.39.
Sententia lata ſuper exiſtentia juris patronatus, conſtito de fundatione non fuiſſe creatum juſte fertur pro libertate beneficii, ibid. num. 20. ibid.
Sententia quæ non compatitur cum actis, nec ex eis juſtificatur, nulla eſt ipſo jure, art. 16. n.5. & 6. p.43.
Sententia lata ex falſa cauſa, quæ talis detegitur

ex actis, nulla eſt ipſo jure, ib.n.6.ib.

Conſuetudo exequendi ſententias non habet locum in nullis ſed in validis, ib. numer. 9. & 8. ibid.

Sententia ob deſertionem tranſit in rem judicatam, art.16.n.12.14. & 15. ib.

Sententia tranſlata in rem judicatam, non curatur, nec tractatur de attentatis, ib.nu.32.p.45.

Duæ mirabiles deciſiones ad literam ad idem recenſentur, ib.n.33.34. & 35. ibid. & 46.

T

TErminum ad aliquid faciendum ſibi aſſignatum, qui non ſervat ſuo juri renuntiare videtur, art.16.n.24.p.44.

In executione ſententiæ tranſlatæ in rem judicatam ob deſertionem ſervantur quatuor termini ad docendum de diligentiis geſtis in proſecutione appellationis, ibidem num.36. p.46.

Multi ſunt in jure caſus, in quibus non ſervantur dicti termini, d.art.16.n.37.ib.

Judex certus ex inſpectione actorum factam fuiſſe diligentiam in proſecutione appellationis, non tenetur ſervare ſolitos terminos, ib. nu. 38. ib.

Celebris ad idem refertur ad literam Rotæ deciſio, n.39.ib.

Quatuor iſti termini duntaxat ſervantur, quando tractatur de exequenda ſententia; quæ ob deſertionem tranſivit in judicatum, ſecus quando agitur tantum de declaranda deſertione, & tranſitu in rem judicatam, d. a. 16. n. 43. ibid.

Termini fatales non currunt pendente recurſu ad Regem, ib.n.46.47. & 48. p.47.

Terminus appoſitus rei, tunc ſuſpenditur, quando ſuper ipſa removetur controverſia, ibid. num. 49.

Articulus motus ſuper re, cui eſt præfixus terminus, tunc illum ſuſpendit, quando eſt probabilis, & non calumnioſus, ib. num. 50. & 51. ibid.

Terminus ablatus ab impedimento ſuppletur quantum abſtulit impedimentum, & non amplius, ib.n.52. & 53. ibid.

V

VTilitas hujus tractatus commendatur, profecturi tam Judiciis Eccleſiaſticis, quàm Regiis Cancellariis, art.1.n.1.p.1.

Excluſivus juris præſentandi dum agitur de libertate beneficii, ib.n.2.ib.

Subtiliter exhauſtus ex viſceribus materiæ juris patronatus, ib.n.3.ib.

Tractatu hoc ceſſabit contagium præſentationum ad jus patronatus uſurpatum, d. art. 1.n. 4. ibid.

Brevis proponitur ſpecies litis, ex qua exhauritur tractatus iſte, ib.n.5.& 6. ib.

Verum eſſe non poteſt, quod falſo nititur fundamento, art.3.n.34.p.15.

Verba judicis debent intelligi ſecundùm mentem juris, a.7.n.13.p.22.

Verba ſententiæ debent impropriari, ut de re, de qua agitur conveniant, ib.n.14.ib.

Et ne mutent ſubſtantiam rei, n.15.ib.p.23.

Verbum ſententiæ vitioſum non conveniens actis proceſſus, tanquam ineptum debet ab ea deleri, art.7.n.16.ib.

Non omne verbum à judice ſententiæ prolatum vim ſententiæ habet, ib. nu.18. & ſeqq. ibid.

Verba ſupervacanea, ſæpe ſcribi ſolent, ſine virtute aliquid operandi, d.art.7.n.21.ibid.

In unione beneficiorum cum quieta poſſeſſione, conſenſus capituli præſumitur interveniſſe, art. 11.n.5.p.30.

Conſtito tamen ex inſtrumento unionis, non interveniſſe conſenſum capituli præſumptio ceſſat, & unio reſolvitur, ibid. num. 6. & 7. ibid.

Violentiæ cauſa ceſſante, ceſſat recurſus ad Regem, a.16.n.29.p.45.

Viſitator capellaniæ an poſſit approbare enuntiativam factam à poſſeſſore, ſe ad præſentationem alicujus poſſidere, art.9.n.2.p.25.

Ex viſitationis libris enuntiantibus jus patronatus ad aliquem pertinere, jus patronatus non probatur, ib.n.3.ib.

Viſitationis libri enuntiantes pertinentiam juris præſentandi, probant inter ipſos compatronos. Non tamen deſerviunt ad probandum juris patronatus exiſtentiam, d.art.9.num.4. ibid.

Viſitationis libri, ut faciant aliquod indicium pro exiſtentia juris patronatus, quibus egeant requiſitis, ib.n.5.ib.

Viſitator nullam habet poteſtatem approbandi, vel reprobandi jus patronatus enuntiatum per Capellanos viſitatos, d.art. 9. num.12. & ſeq. p.26.

*FINIS.*